




CVIACIJ
EPISTOL
GRÆCAN.
1606











ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΕΛΛΗΝΙΚΑΙ ΑΜΟΙΒΑΙΑΙ.

HOC EST,

EPISTOLÆ GRÆCANICÆ MVTVAE,

ANTIQVORVM RHETORVM, Oratorum, Philoſophorum, Medicorum, Theologorum, Regum, ac Imperatorum aliorúmque præſtantiſsimorum virorum à IACOBO CVIACIO *Clariſsimo J. C. magnam partem Latinitate donatæ.*



AVRELIÆ ALLOBROGVM.

Sumptibus Caldorianæ Societatis.

M. DCVI.



STVDIOSO LECTORI
Typographus S.

STUDIOSE Lector, Græcas diuersorum virorum, quotquot inuenire potuimus, Epistolas, Rhetorum, Oratorum, Philosophorum, Medicorum, Theologorum, Regum denique ac Imperatorum in vnum quasi corpus nuper collegimus, quas nunc in tuam gratiam typis & sumptibus nostris excusas publicamus. Auctores verò, quorum Epistolas damus, numero sunt circiter Centum & quinquaginta, quorum nomina ferè omnia quarta pagina indicabit. His itaque vtere, non tantùm fruere. Vale.

ILLV-





ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΑΜΟΙΒΑΙΑΙ ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ
ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΚΑΙ ΛΙΒΑΝΙΟΥ
τοῦ Σοφιστοῦ.

EPISTOLAE MVTVAE BASILII
MAGNI ET LIBANII
Sophistæ.

Basilius Libanio.

PVdet me singulos tibi Cappadoces adducere, & nõ potius omnes quib⁹ p ætatẽ licet, persuadere, vt ad dicẽdi facultatem & disciplinam animum adiiciãt, teque vtãtur exercitationis huius magistro. Verùm quoniam fieri non potest vt vniuersos, qui se decentia complectuntur, semel consequar, sigillatim faciẽdum est, vt eos persuadeam, & ad te transmittam, tãtum illis beneficium præstans, quantum qui sole confectis ad fontium aquas præeunt. Qui verò nunc venit, sui ipsius caussa ab omnibus obseruabatur, posteaquam eruditus a te fuerit, iam quidem ex patre nobilis existit, qui propter vitæ synceritatem, & prudẽtiam in Repub. singularẽ summũ nomen apud nos est consecutus. Mihi quoq; arctissimo amicitię suę vinculo cõiunctus est, quamobrem vt ipsum remunerer, hoc officium filio conferre volui, tibique eum commendare, quod sane optatum omnibus esse debet, qui virtutem hominis probatã cognitãmque habent.

Libanius Basilio.

VEnit ad nos ante aliquod tẽpus iuuenis Cappadox. primum hoc commodum, quod Cappadox. Sed & clarissimæ familiæ hic Cappadox. Secundum illud commodum. Adhæc scriptum admirandi Basilij nobis reddidit, quod eiusmodi est vt dici præstantius nihil possit. Nam ego, quem tui memoriam abiicere arbitraris deposuisse, olim quidem te adolescentem semper colui, quem viderem in ea ciuitate, quæ voluptatibus scateret modestia sapiẽtiáque sic præstare, vt etiam ætate affectis nihil cederes, & eloquendi longè prestantissimam partem iam secutum esse: posteaquam Athenas proficisci in animum induxisses, Celsúmq; persuasisses plurimum Celsi caussa lætatus sum, quod sententiam tuam sequeretur. Deinde cum reuenisses, & patriã teneres, cœpi egomet mecum ipse loqui. Quid nobis Basilius nunc rerum gerit, aut quam vitæ conditionem sequitur? Numne veterum æmulatione oratorum qui in forẽsibus negotiis versaturi an fortunatorum parentum filios oratores efficit? Cum autem venientes ad nos aliqui nunciassent, te longè excellentiorem viam insistere, atque illud spectare, vt Deum potius amicum propitiúmque tibi redderes, quàm vt aurum colligeres: non te, so-

Βασίλειος Λιβανίῳ.

ΑΙσχύνομαι καθ' ἕνα σοι προσάγων τοὺς Καππαδόκας, ἀλλὰ μὴ πάντας τοὺς ἐν ἡλικίᾳ πείθων, λόγων καὶ παιδεύσεως ἀντιποιεῖσθαι. καὶ σοὶ κεχρῆσθαι τῆς ἀσκήσεως διδασκάλῳ. ἀλλ' ἐπειδὴ πάντων εἰσάπαξ ἐπιτυχεῖν τῶν προσηκόντων σφίσιν αὐτοῖς αἱρουμένων οὐχ οἷόν τε, τοὺς ἑκάστοτε πειθομένους, παραπέμπομαί σοι. τοσοῦτον αὐτοῖς χαριζόμενος, ὅσον καὶ οἱ τοῖς διψῶσι καθηγούμενοι τὰς πηγάς. ὁ δὲ νῦν προσιών, μικρὸν ὕστερον ἑαυτοῦ ἕνεκεν σπουδασθήσεται, ἐπειδάν σοι συγγένηται. νῦν δὲ ἀπὸ πατρός ἐστι γνώριμος, μέγα ἐπὶ ὀρθότητι βίου καὶ δυνάμει πολιτικῇ, παρ' ἡμῖν λαβόντος ὄνομα. ὃς καὶ ἐμοὶ εἰς τὴν ἄκραν φιλίαν ἥρμοσται. ἧς ἀμειβόμενος αὐτόν, τῷ παιδὶ ταύτην τὴν χάριν δίδωμι· σοὶ ποιῶν αὐτὸν γνώριμον. πρᾶγμα, μεγίστης εὐχῆς ἄξιον τοῖς ἀρετὴν ἀνδρὸς κρίνειν ἐπισταμένοις.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

ΔΙὰ χρόνου πρὸς ἡμᾶς Καππαδόκης ἥκει νέος· ἓν τοῦτο κέρδος, ὅτι Καππαδόκης· ἀλλὰ καὶ τοῦ πρώτου γένους ἐστὶν ὁ Καππαδόκης. δεύτερον τοῦτο κέρδος· ἀλλὰ καὶ γράμμα τοῦ θαυμαστοῦ Βασιλείου κομίζων ἡμῖν. τουτὶ μὲν οὐκ ἔστι τις εἴποι μεῖζον. ἐγὼ γὰρ ὃν ἐπιλελῆσθαι σου νομίζεις, καὶ πάλαι νέον ὄντα ᾐδούμην. σωφροσύνῃ τε πρὸς τοὺς γέροντας ἁμιλλώμενον ὁρῶν. καὶ ταῦτα ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει τῇ ταῖς ἡδοναῖς βρυούσῃ· καὶ λόγων ἤδη μοῖραν κεκτημένον μεγάλην. ἐπειδὴ δὲ ᾠήθης δεῖν καὶ τὰς Ἀθήνας ἰδεῖν καὶ τὸν Κέλσον ἔπειθες, συνέχαιρον τῷ Κέλσῳ τῆς σῆς ἐξηρτημένῳ ψυχῆς. ἐπανήκοντος δέ σου καὶ ἔχοντος τὴν πατρίδα, ἔλεγον πρὸς ἐμαυτόν. τί νῦν ἡμῖν ὁ Βασίλειος δρᾷ; καὶ πρὸς τίνα βίον ὥρμηκεν· ἆρ' ἐν δικαστηρίοις τρέπεται τοὺς παλαιοὺς ῥήτορας ζηλῶν. ἢ ῥήτορας εὐδαιμόνων πατέρων ἀπεργάζεται παῖδας. ὡς δὲ ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ἀμείνω σε πολλῷ τουτωνὶ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι, καὶ σκοπεῖν, ὅπως ἂν γένοιο θεῷ μᾶλλον φίλος, ἢ συλλέξεις χρυσίον, εὐδαιμόνισα σέ τε καὶ Καππα-

δόκας. σὲ μὲν τοιοῦτον βουλόμενον εἶναι. ἐκείνους δὲ τοιοῦτον δυναμένους δεικνύναι πολίτην. Φιρμῖνος δὲ ἐκεῖνος ὡς πανταχοῦ δὴ ἐτέλεσε κρατῶν, οὐκ οἶδα· ἐντεῦθεν γὰρ αὐτῷ τῶν λόγων ἡ δύναμις. πολλῶν δὲ ἐπαίνων ἀπολαύσας, οὐκ οἶδα ὅτι πώποτε τηλικούτων, ἡλίκων νῦν ἐν τοῖς σοῖς ἀκήκοα γράμμασι. τὸ γὰρ μηδένα ἂν τὴν ἐκείνου δόξαν ὑπερβαλέσθαι σὲ τὸν λέγοντα εἶναι, πόσον τι χρὴ νομίζειν ἐκείνῳ. δοκεῖς δέ μοι καὶ τούτους ἀπεσταλκέναι πρὶν ἢ τὸν Φιρμῖνον ἰδεῖν. ἢ γὰρ ἂν αὐτὸν οὐκ εἶχε τὰ γράμματα· καὶ νῦν τί ποιεῖ ἢ τί μέλλει Φιρμῖνος. ἔτ᾽ ἐστὶν ἐν τοῖς τῶν γάμων πότοις· ἢ ἐκεῖνα μὲν πάλαι πέπαυται. βαρεῖα δὲ ἡ βουλή. καὶ πᾶσα ἀνάγκη μένει, ἢ τινές εἰσιν ἐλπίδες, ὡς αὖθις ἔσται λόγων κοινωνός. ἀποκρινάσθω τι ἡμῖν. καὶ εἴη μέν τι χρηστόν. εἰ δ᾽ οὖν τι καὶ λυπηρόν, τοῦ γε βλέπειν ἡμᾶς πρὸς τὰς πύλας ἀπαλλάξει. εἰ δὲ Ἀθήνησι νῦν ὁ Φιρμῖνος ἐτύγχανεν ὤν, τί ἂν ἔδρων οἱ βουλεύοντες παρ᾽ ὑμῖν, ἢ τὴν σαλαμινίαν ἔπεμπον ἂν ἐπ᾽ αὐτόν. ὁρᾷς ὅτι καὶ μόνον ὑπὸ τῶν σῶν ὑβρίζομαι πολιτῶν. οὐ μὴν ἔγωγε τοῦ φιλεῖν καὶ ἐπαινεῖν καππαδόκας παύσομαι. ἀλλ᾽ εὔχομαι μὲν αὐτοὺς ἀμείνους γενέσθαι περὶ ἐμέ. μένοντας δὲ ἐπὶ τῶν αὐτῶν οἴσω. Φιρμῖνος δὲ μῆνας ἡμῖν συνεγένετο τέτταρας. ἡμέραν δὲ ἤργησεν οὐδὲ μίαν. τὸ δὲ συνειλεγμένον ὅσον ἐστίν, αὐτὸς εἴσεται. ἴσως οὐ μέμψεται. πρὸς δὲ τὸ πάλιν αὐτὸν δεῦρο δυνηθῆναι ἐλθεῖν, τίνα χρὴ προσπαρακαλῶν σύμμαχον. εἴπερ δὲ εὖ φρονοῦσιν οἱ βουλεύοντες, πρέποι δ᾽ ἂν ἀνθρώποις πεπαιδευμένοις, τιμήσουσι τοῖς δευτέροις, ἐπειδὴ τοῖς προτέροις ἐλύπησαν.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

Ἰδοὺ σοι καὶ ἕτερος ἥκει καππαδόκης. υἱὸς ἐμὸς καὶ αὐτός. πάντας δὲ ἡμῖν εἰσποιεῖ τὸ σχῆμα τοῦτο, ἐν ᾧ νῦν ἐσμέν. ὥστε κατά γε τοῦτο ἀδελφὸς ἂν εἴη τοῦ προλαβόντος καὶ τῆς αὐτῆς σπουδῆς ἄξιος, ἐμοί τε τῷ πατρὶ καὶ σοὶ τῷ διδασκάλῳ. εἴπερ τι πλέον ἔχειν δυνατὸν τοὺς παρ᾽ ἡμῶν ἐρχομένους. τοῦτο δὲ λέγω, οὐχ ὡς οὐκ ἂν τῆς σῆς λογιότητος πλέον τι τοῖς παλαιοῖς τῶν ἑταίρων χαριζομένης. ἀλλ᾽ ὡς ἀφθόνου πᾶσι τῆς ὠφελείας σου προκειμένης. ἀρκοῦν δ᾽ ἂν εἴη τῷ νεανίσκῳ πρὸ τῆς ἐκ τοῦ χρόνου πείρας, ἐν τοῖς οἰκείοις τετάχθαι. ὃν ἀποπέμψαιο ἡμῖν ἄξιον τῶν τε ἡμετέρων εὐχῶν καὶ τῆς σαυτοῦ δόξης, ἣν ἔχεις ἐν τοῖς λόγοις· ἐπάγεται δὲ καὶ ἡλικιώτην τὴν ἴσην ἔχοντα περὶ τοὺς λόγους σπουδήν. εὐπατρίδην καὶ αὐτὸν καὶ ἡμῖν οἰκεῖον. ὃν οὐδὲν ἔλαττον ἕξειν πιστεύομεν, κἂν πλεῖστον τῶν ἄλλων τοῖς χρήμασιν ἀπολείποιτο.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Οἶδα ὅτι τοῦτο πολλάκις γράψεις· τὸ, ἰδοὺ σοι καὶ ἕτερος ἥκει καππαδόκης. πολλοὺς γὰρ οἶμαι πέμψεις. ἀεὶ μὲν καὶ πανταχοῦ τοῖς κατ᾽ ἐμοῦ χρώμενος ἐγκωμίοις. τούτῳ αὐτῷ καὶ πατέρας κινῶν καὶ παῖδας. ἀλλ᾽ ὅ γε ἐγένετο περὶ τὴν ἐπιστολήν σου τὴν καλήν, οὐ καλὸν σιωπῆσαι· παρεκάθηντο

lum verumetiam Cappadocas beatos iudicaui, te quidem, qui talis esse velles: illos verò qui ciuem eiusmodi possét exhibere. Sed de Firmino illo, quod quidem vbique palmam semper obtinuerit, nō me clàm est. Etenim à nobis ei dicendi facultas & vis verum plurimis laudibus honoratus, haud scio an vnquam amplioribus, quam quas in tuis literis perscripsisti sit affectus. Neminem enim gloriam eius superare, quod id qui dicit, es tu, magnum momentum ad illius laudem habere debet. Sed mihi videris hos misisse, prius quam Phirminum videres. Alioquin enim non eius mentionem in literis fecisses. Et nunc quid agit Phirminus, aut quid de illo futurū esse censes? Quid? an etiamnū conuiuiis nuptialibus indulget? An his depositis grauis sentētia, atq; extrema necessitas impendet, an verò spes ostenditur aliqua, fore, vt ad dicendi nedum commerciaque sit rediturus? Respondeatur nobis aliquid, & sit id bonum quiddam. Sin minus, hoc sane labore acui criminis, vt ad portas respicere nos necesse non sit. Quod si iam Athenis Phirminus esset, quid prius agerent iudices apud vos, quam vt Salaminiam ad eum mitterent. Vides, quemadmodū solū tui ciues iniuriā mihi inferant? Ego tamen Cappadocas beneuolentia & laude prosequi non desinam. Sed precor ipsis meliores erga me animos. Quod si sic perstiterint, ferā. Phirminus quatuor menses nobiscum egit, neque diem vllum otio prætermisit. Quātum verò profecerit, ipse sciet, neque fortasse pœnitebit. Verum vt huc iterum ad nos veniendi fiat illi potestas, cuius auxilium quærendum est? Nam si sapiunt iudices facient profecto, quod hominum peritorum & sapientum officium postulat, & cum antea dolorem ei iniusserint nunc eum honore & laude prosequuntur.

Basilius Libanio.

EN tibi alius venit Cappadox, qui ipse quoque filius meus est. Nam is status in quo nunc collocati sumus, omnes nobis adoptione coniungit. Itaque hoc modo superioris frater fuerit, & pari studio dignus tam mihi patri quam tibi præceptori existimandus: si possumus impetrare, vt qui à nobis veniunt aliqua fruantur prærogatiua. Hoc autem non eò dico, quod credam tuam facundiam non aliquo modo plus veteribus amicis gratificari solere, sed quod sciam omnibus ex æquo ineffabile tuū auxilium & opem esse propositam: satis in hunc adolescentem contuleris, si eum ante temporis experientiam, in familiarium tuorum numerum receperis. Quem sic instructum remittas nobis vt & expectationi nostræ & tuæ gloriæ, quam in dicendi facultate adeptus es respondeat. Adducit secum æqualem alium, diligentia quidem & studio ad dicendum par claris etiam parentibus ortum & nobis familiarem. Quem non peius habiturum speramus, etiamsi copiis & opibus à reliquis longe superaretur.

Libanius Basilio.

SCio te sæpe scripturum hoc esse. En tibi alius venit Cappadoxa. Multos enim, vt opinor mittes, semper & vbique nos laudibus vehēs, atque sic parentes simul & liberos impellens. Sed, quod de pulcherrima tua epistola accidit, silentio præterire minime pulchrum esse censeo. Assidebant mihi

princi-

principes ex Repub. viri tum alij non pauci, tum etiã per quam optimus Alypius Hieroclis ius consobrinus, postquam igitur tradiderunt epistolam, qui attulerãnt, cum silentio totam percucurrissem. Victi sumus inquam cum modesto quodam risum, & gaudio. Et quam tu victoriam narras, qua victus sis inquiunt, aut quomodo, victus cùm sis, dolore non afficeris. Elegantia, dicebam epistolarum victus sum. Basilius autem palmam victoriámque obtinuit, & quoniam est homo mihi amicus, eam ob causam, lætitia exulto. Hæc cùm ego dixissem, voluerunt ex ipsis literis de victoria cognoscere, atque eam legit Alypius, reliquis, qui simul aderãt, audientibus: & pedibus in eam sentẽtiam itum est, nihil me falsum affirmasse. Is verò qui legerat simul cum literas discessit, ostensurus, nisi fallor, etiã aliis, atq; vix tãdem restituit. Perge itaq; his similia scribere ac vince. Hoc enim est me vincere. Etiã illud rectè coniectasti, nos nostra bona nõ pecuniis metiri solere, sed satis est, si qui dare nõ potest, accipere velit. Quod enim si quẽ animaduertã pauperẽ dicẽdi studio flagrare, illũ ego diuitibus antepono. Atqui nobis eiusmodi præceptores nõ obtigerũt. Sed nihil impedit, quò minus hac in re hui⁹ illis meliores. Neminẽ itaq; paupertas ad nos venire deterreat, si vnum hoc possideat laborare posse.

Basilius Libanio.

QVid non dicendo consequatur homo Sophista, & eiusmodi Sophista cuius artis hæc est propria professio, vt ex magnis exigua facere, cùm velit, & exiguis rebus magnitudinem oratione adiungere possit, id quod tu nunc reipsa in iis quæ ad nos scribis, demonstrasti. Nam epistolam illam sordentem, vt vos, qui sermonis ornamenta spectatis fortè appellaueritis, nihil hac quam nunc in manibus habes, tolerabiliorem, sic extulisti verbis quasi in ea victus sit, & primas scribendo partes nobis deferas. Sed tu mihi simile quiddam patrum lusibus facere videris, cùm suæ victoriæ laudem pueris ad gloriandum concedunt, quæ res nec ipsis fraudem adfert, & liberorum ambitionem alit. Sed dici me hercule non potest, quantam voluptatem sermo tuus hac lusione nobis attulerit, non secus ac si Polydamas aliquis aut Milo Pancratij seu Palæstræ certamen mecum inire detrectaret. Nam rebus omnibus circumspectis, nullum roboris vestigium potui reperire sic, vt qui superlationes in dicendo peruestigant, hic, tuam vim, qui ita per lusum cõtra nos descendere potuerat, plus admirentur, quàm si Barbarũ vltrà Atho nauigantẽ perpulisses. Verùm nos ô vir admirande, Moysi Heliæ & reliquis similiter beatis viris operam nauamus, qui nobis barbaro sermone sua loquuntur. Et quæ apud ipsos sunt, ea loquẽdo referimus, mentẽ quidẽ syncerã: verba verò splẽdore doctrinaq; carẽtia quẽ admodũ eadẽ hæc sunt argumẽto. Nã si quæ à vobis docẽtibus etiã imbibimus, eorũ tẽporis lõginquitas memoriã obscurauit. Tu verò rescribe nobis, aliáq, literarum argumenta materiámq; suppedita, quæ simul eloquentiæ tuæ splendorẽ præ se ferãt, & nostrã imperitiam non redarguant. Filium Anysium iam ad te adduxi, quasi meum ipsius filium. Nam si meus filius est, pertinet ad officium patris filium. Inops ex inope. Facilè intelligis quid sentiam qui vir es sapiens & præsertim Sophista.

τό μοι τῶν ἐν ἀρχῇ γεγενημένων ἄλλοι τε οὐκ ὀλίγοι καὶ ὁ πάντα ἄριστος Ἀλύπιος Ἱεροκλέους ἀνεψιὸς ἐκείνου. ὡς οὖν ἔδοσαν οἱ φέροντες τὴν ἐπιστολὴν σιγῇ διὰ πάσης ἐλθὼν, νενικήμεθα ἔφην μειδιῶν τε ἅμα καὶ χαίρων· καὶ τίνα σὺ νενίκησαι νίκην ἤροντο· καὶ πῶς οὐκ ἀλγεῖς νενικημένος. ἐν κάλλει μὲν ἔφην ἐπιστολῶν νενίκημαι. βασίλειος δὲ κεκράτηκε. φίλος δὲ ὁ ἀνήρ, καὶ διὰ τοῦτο εὐφραίνομαι. ταῦτα εἰπόντος ἐμοῦ, παρ' αὐτῶν μαθεῖν ἠβουλήθησαν τῶν γραμμάτων τὴν νίκην. καὶ ἀνεγίνωσκε μὲν ὁ Ἀλύπιος, ἤκουον δὲ οἱ παρόντες. ψῆφος δὲ ἠνέχθη μηδέν με ἐψεῦσθαι. καὶ τὰ γράμματα ἔχων ὁ ἀναγνοὺς ἐξῄει, δείξων οἶμαι καὶ ἄλλοις. καὶ μόλις ἀπέδωκε. γράφε τοίνυν παραπλήσια καὶ νίκα. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐμὲ νικᾶν. καλῶς δὲ κἀκεῖνο εἰκάζεις, ὡς οὐ χρήμασι μετρεῖσθαι τὰ παρ' ἡμῶν. ἀλλ' ἀρκεῖ τῷ μὴ δυναμένῳ δοῦναι, τὸ βουληθῆναι λαβεῖν. κἂν γὰρ αἴσθωμαί τινα ἐν πενίᾳ λόγων ἐρῶντα, πρὸ τῶν πλουτούντων ἐστί. καίτοι οὐ τοιούτων πεπειράμεθα διδασκάλων. ἀλλ' οὐδὲν κωλύει ταύτῃ γε εἶναι βελτίονας. μηδεὶς οὖν πένης δεῦρο ὀκνείτω βαδίζειν. εἰ ἓν ἐκεῖνο κέκτηται μόνον, τὸ ἐπίστασθαι πονεῖν.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

ΤΙ οὐκ ἂν εἴποι σοφιστὴς ἀνὴρ καὶ σοφιστὴς τοιοῦτος, ᾧ γε ἴδιον εἶναι τῆς τέχνης ὡμολόγηται καὶ τὰ μεγάλα μικρὰ ποιεῖν ὁπότε βούλεται, καὶ τοῖς μικροῖς περιθεῖναι μέγεθος. ὁποῖον δὴ σὺ καὶ περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξω. τὴν γὰρ ἐπιστολὴν ἐκείνην τὴν ῥυπῶσαν, ὡς ἂν ὑμεῖς οἱ περὶ τοὺς λόγους τρυφῶντες εἴποι τε, οὐδὲν οὖσαν τῆς ἐν ταῖς χερσί σου ταύτης ἀνεκτοτέραν, τοσοῦτον ἦρας τῷ λόγῳ, ὡς ἡττηθῆναι δῆθεν αὐτῆς. καὶ ἡμῖν τῶν πρωτείων τοῦ γράφειν παραχωρεῖν· ὅμοιον ποιῶν ταῖς τῶν πατέρων παιδιαῖς. ὅταν ταῖς παρ' ἑαυτῶν νίκαις παραχωρῶσι τοῖς παισὶν ἐναβρύνεσθαι. οὔτε αὐτούς τι ζημιοῦντες. καὶ τῶν παίδων τρέφοντες τὸ φιλότιμον. τῷ ὄντι δὲ καὶ ἀμύθητον ὅσην ἡδονὴν εἶχεν ὁ λόγος ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς παιδιᾷ. οἷον πολυδάμαντός τινος ἢ μίλωνος, παγκρατίου ἢ πάλης ἀγωνίαν παραιτουμένου τὴν πρὸς ἐμὲ αὐτόν. πολλὰ γὰρ περισκεψάμενος, οὐδὲν εὗρον ἀσθενείας ὑπόδειγμα. ὥστε τοὺς τὰς ὑπερβολὰς τῶν λόγων ἐπιζητοῦντας, ἐνταῦθά σε μᾶλλον ἄγασθαι τῆς δυνάμεως, ὅτι δυνηθέντα ταῖς παιδιαῖς πρὸς ἡμᾶς καταβῆναι, ἢ εἰ τὸν βάρβαρον ἦγες ὑπὲρ τὸν ἄθω πλέοντα. ἀλλ' ἡμεῖς μὲν ὦ θαυμάσιε, Μωσεῖ καὶ Ἠλίᾳ καὶ τοῖς οὕτω μακαρίοις ἀνδράσι σύνεσμεν, ἐκ τῆς βαρβάρου φωνῆς διαλεγομένοις ἡμῖν τὰ ἑαυτῶν. καὶ τὰ παρ' ἐκείνων φθεγγόμεθα. νοῦν μὲν ἀληθῆ. λέξιν δὲ ἀμαθῆ. ὡς αὐτὰ ταῦτα δηλοῖ. εἰ γάρ τι καὶ ἦμεν παρ' ὑμῶν διδαχθέντες. ὑπὸ τοῦ χρόνου ἐπελαθόμεθα. αὐτὸς δὲ ἐπίστελλε ἡμῖν ἄλλας ὑποθέσεις ἐπιστολῶν ποιούμενος. αἳ καὶ σὲ δείξουσι καὶ ἡμᾶς οὐκ ἐλέγξουσι. τὸν υἱὸν Ἀνύσιον ἤδη σοι προσήγαγον ὡς ἐμαυτοῦ υἱόν. εἰ δὲ ἐμός ἐστι παῖς, τοῦ πατρός ἐστι τὸ παιδίον. πένης ἐκ πένητος. γνώριμον δὲ τὸ λεγόμενον ἀνδρὶ σοφῷ τε καὶ σοφιστῇ.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Εἰ πάνυ πολὺν χρόνον ἐσκόπεις, πῶς ἂν ἄριστα συνείποις τοῖς περὶ τῶν γραμμάτων ἡμετέροις γράμμασιν, οὐκ ἂν ἄμεινον τοῦτο ποιῆσαι ἐδόκεις, ἢ τοιαῦτα γράφων, ὁποῖα νῦν ἔγραψας. καλεῖς μὲν γάρ με σοφιστήν. τοῦ δὲ τοιούτου εἶναι φῂς, τὸ δύνασθαι τὰ μικρὰ μεγάλα ποιεῖν, καὶ τὰ μεγάλα μικρά· καὶ δὴ τὴν ἐμὴν ἐπιστολὴν βεβουλῆσθαι φῂς δεῖξαι τὴν σὴν καλὴν οὐκ οὖσαν, καλήν. εἶναί τε οὐδὲν ἧς νῦν ἔπεμψας βελτίω· ὅλως τε οὐδὲ μίαν εἶναι παρὰ σοὶ λόγων δύναμιν. τῶν μὲν νῦν ὄντων ἐν χερσὶ βιβλίων τοῦτο οὐ ποιούντων, ὧν δὲ εἶχες πρότερον λόγων ἐξορρυηκότων. καὶ ταῦτα πείθειν ἐπιχειρῶν οὕτω καλήν, καὶ ταύτην, ἣν λέγεις κακῶς, εἰργάσω τὴν ἐπιστολήν, ὥσθ᾽ οἱ παρόντες ἡμῖν οὐκ εἶχον μὴ πηδᾶν ἀναγινωσκομένης. ἐθαύμασα οὖν ὅτι ταύτῃ τὴν προτέραν καθελεῖν ἐπιχειρήσας, τῷ φάναι ταύτῃ τὴν προτέραν ἐοικέναι, ταύτῃ τὴν προτέραν ἐκόσμησας. χρῆν δὲ ἄρα τὸν τοῦτο βουλόμενον, χείρονα ποιῆσαι ταύτην ἐπὶ διαβολῇ τῆς πρόσθεν. ἀλλ᾽ οὐκ ἦν οἶμαι σόν, ἀδικῆσαι τὴν ἀλήθειαν. ἠδίκητο δ᾽ ἄν, γράφοντος ἐξεπίτηδες φαυλότερα καὶ οὐ χρωμένου τοῖς οὖσι. τοῦ αὐτοῦ τοίνυν ἂν εἴη τὸ μήτε ψέγειν ἃ δίκαιον ἐπαινεῖν, ἵνα μή σε τὸ πρᾶγμα φέρον εἰς σοφιστὰς ἐμβάλῃ, πειρώμενον ταπεινὰ τὰ μεγάλα ποιεῖν. βιβλίων μὲν οὖν ὧν φῂς εἶναι, χείρω μὲν τὴν λέξιν, ἀμείνω δὲ τὴν διάνοιαν, ἔχου καὶ οὐδεὶς κωλύει. τῶν δὲ ἡμετέρων μὲν ἀεί, σῶν δὲ πρότερον, αἱ ῥίζαι μένουσι. σοί τε καὶ μενοῦσιν ἕως ἂν ᾖς. καὶ οὐδεὶς μήποτε αὐτὰς ἐκτέμοι χρόνος, οὐδ᾽ ἂν ἥκιστα ἄρδοις.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Οὔπω μοι τῆς λύπης ὑφῆκας. ὥστε μεταξὺ γράφοντα τρέμειν. ἀλλ᾽ εἰ μὲν ὑφῆκας, τί οὐκ ἐπιστέλλεις ὦ ἄριστε· εἰ δὲ κατέχεις ἔτι, ὃ πάσης λογίας ψυχῆς καὶ τῆς σῆς ἀλλότριον, πῶς ἄλλοις κηρύττων μέχρι δυσμῶν ἡλίου μὴ χρῆναι φυλάττειν λύπην, ἐν πολλοῖς ἡλίοις ἐφύλαξας. ἢ τάχα ζημιῶσαί με προείλου. τιμωρεῖσθαί με βούλει τῆς μελιχρᾶς σου φωνῆς ἀποστερῶν. μὴ σύ γε ὦ γενναῖε. ἀλλὰ γενοῦ πρᾶος. καὶ δὸς ἀπόλαυσιν τῆς παγχρύσου σου γλώττης.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

Οἱ πρὸς τὸ ῥόδον ἔχοντες ὡς τοὺς φιλοκάλους εἰκός, οὐδὲ πρὸς αὐτὰς τὰς ἀκάνθας ὧν τὸ ἄνθος ἐκφύεται δυσχεραίνουσι, καί τινος ἤκουσα τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῶν παίζοντος τάχα ἢ καὶ σπουδάζοντος. ὅτι καθάπερ ἐρωτικά τινα κνίσματα τοῖς ἐρασταῖς, τὰς λεπτὰς ἐκείνας ἀκάνθας ἡ φύσις τῷ ἄνθει προσέφυσε. πρὸς μείζονα πόθον τοῖς ἀπλήκτοις κέντροις τοὺς δρεπομένους ὑπερεθίζουσα. τί μοι δὴ βούλεται τοῖς γράμμασι τὸ ῥόδον ἐπεισαγόμενον. πάντως οὐδέν σε χρὴ διδαχθῆναι τῆς ἐπιστολῆς μεμνημένον τῆς σῆς. ἣ τὸ μὲν ἄνθος εἶχε τοῦ ῥόδου ὅλον ἡμῖν τὸ ἔαρ τῆς εὐγλωττίας

Libanius Basilio.

SI diu meditatus esses, quemadmodum nostras à te tuis scriptis literas defenderes, non videbaris melius id præstare potuisse, quàm ea ipsa quæ nunc scripsisti, scribendo. Nominas enim me Sophistam. Eius verò proprium esse munus & officium dicis, parua magna facere posse, & rursus magna parua, atque affirmas meam epistolam voluisse tuam inelegantem, elegantem esse demonstrare eámque hac quam nunc misisti nihilo politiorem aut meliorem, fuisse & vt vno verbo dicam cõtendis nullas tibi ad dicendum vires inesse, quod & ij libri quos nunc in manibus habes, hoc non conferant, & quæ antè tenuisti de sermonis polienda ratione, nunc effluxerint. Atque dum horum mihi fidem conaris facere, tam splendidas has, quas tu repræhendis, literas concinnasti, vt qui cum legeretur intererant, non exilire non potuerint. Satis igitur mirari non possum. Nam dum hac superiorem vituperare vis, dicisque huic similem superiorem extitisse, præsente superiorem ornari. Nam qui id facere voluisset, eum oportebat deteriorem hanc ad superioris vituperationem efficere. Sed credo tuum non erat, vim adhibere veritati. Violasses autem si data opera consultóque ieiuniora scripsisses, neque iis quæ suppetebant, fuisses vsus. Eiusdem igitur fuerit, neque improbare, quæ laudationem merentur, ne te factum illud in Sophistarum numerum coniiceret, si quæ magna sunt, abiecta & inania tentares efficere. Libris verò, quorum vt elocutionem deteriorem, sic sensum præstantiorem esse dicis, fruere solùm, neque te quisquam impedit. Nostrorum verò semper: sed magis tamen tuorum, radices insitæ tibi manent & manebunt, donec hanc auram carpes, neque tempus vllum eas excindet, etiamsi minimè irriges.

Libanius Basilio.

NOndum indignationem istam remisisti. Itaque inter scribendum metuo. Quod si remisisti, cur non ô bone vir, litteras mittis? Quod si retines etiamnum, quod ab omni sapienti tuóque præsertim animo remotissimum esse debet, quomodo cum pro cõcione reliquis commemoras iram vsq; ad occidentem solem retinere fas non esse tu eam multis solibus iã exactis conseruas, aut fortasse me vis lædere. Pœna me vis afficere, quod melle cõdita tua voce me priuas. Quòd, ô generose, ne facias, sed benignius mihi reddaris & aureæ linguæ tuæ fructum aliquem percipere nos sinas.

Basilius Libanio.

QVi erga Rosam sic affecti sunt, vt pulchritudinis amantes par est ij neq; spinas è quibus flos enascitur, molestè ferũt atque audiui ex aliquo tale quiddam de ipsis loquentem siue is luserit siue seriò dixerit, quod quemadmodũ amatorias quasdam compunctiones amatoribus, sic tenues & subtiles illos aculeos natura flori admiscuisset, vt decerpẽtes ad maiorem cupiditatem acribus istis stimulis irritaret. Quorsum autem mihi rosa iam literis inducitur? Nihil opus habes vt doceare, si modo scripti sui meministi, quod rosæ florem continens, ver vniuersum nobis facundiæ diffundit & apeuit:

aperuit: sed querelis quibusdam & accusationibus ex aduerso nos quasi pupugit, instar spinæ verum mihi tui sermonis spina voluptati est, & ad acrius quodammodo desiderium me amoris incendit.

Libanius Basilio.

SI proficiscuntur hæc ab obtusa lingua qualis eris & quantus, si eam acueris. Nam in ore tuo præstantiores laticum affluentia & inundatione fontes scaturiunt orationis ornatæ. Nobis verò, nisi quotidie rigemur, reliquum est vt sileamus.

Basilius Libanio.

QVod non frequenter ad tuam eruditionem literas mitto, in causa sunt metus & imperitia. Quod verò tu strenuè taces, quomodo non quærendum esse videatur. Adhæc si quis consideret te, qui in sermonibus vitam agis ad scribendum tardiorem esse, obliuionis nostri nominis te condemnabit. Nam cui dicere in promptu est, ei mittere quoq; nō difficile. Qui cum hæc suppetunt, tamen silet, eum hoc aut superbia aut obliuione adductum facere, palàm est. Ego vero taciturnitatem tuā scribendo cōpensabo. Proinde vale, preciosissime, & si voles scribe, & nō scribe, si tibi ita videtur.

Libanius Basilio.

MAgis video defensione mihi nunc opus esse, quod non dudum literas ad te dare inceperim: quàm excusatione, quod nunc dare incipio. Nam ego sum is, qui quandocunque comparueris, accurrere consueui, & flumini linguæ tuæ quam promptissimè aures subdere, qui te dicente sic afficior voluptate, vix vt hunc abstrahi queam, qui familiaribus dicere soleo, virum tantum in eo præstantiorem esse filiabus Acheloi, quod demulcet & oblectat eodem modo, quemadmodum illæ, lædit autem & officit nequaquam sicut illæ. Et hoc exiguum quidem est quia non lædit: Sed & huius carmina luctum accipienti præstant, cum hoc animo sim affectus & amari etiam me putem, itémque vim aliquam in dicendo possidere videar, non audere literas dare extremæ pigritiæ foret, mihique ipsi in damnum cederet. Dubium enim non est, quin mihi pro epistola breui & rudi, longam atque eruditā sis remissurus. Atque caue ne mihi secundò etiam iniuriam facias. Arbitror autem multos ad hoc verbum exclamaturos, atque concursu facto vociferaturos. Basilius ne fecit iniuriam? An non igitur & Æacus, & Minos & huius frater? Ego verò semper alias te præstitisse fateor: quis enim est qui te nouerit & non inuideat? in vno tamen à te contra me peccatum esse, quod si tibi in memoriam reduxero prohibe tandem ne clamorem tollant, quibus res indigna videtur. Nemo qui te accessit beneficiúmque petiit, quod præstare facilè esset, non impetrauit. Ego verò beneficium quidem poposci, non autem accepi. Quid igitur poposci? Sæpenumerò, cum in prætorio tecum agerem, volui tua doctrina fretus ad intima Homeri furoris penetralia peruenire. Quod si totum fieri non posset, saltem in partē sortis nos introduceres. Partē autē illā concupiui, in qua eū malis affligerentur Græci, quē lęserat, Agamemnon, cum muneribus placaret. Hæc cum dicerem ridebas, negare quidem te posse,

διαπετάσασα. μέμψεσι δέ τισι καὶ ἐγκλήμασι καθ' ἡμῶν ἐξηκάνθωτο. ἀλλ' ἐμοὶ τῶν σῶν λόγων καθ' ἡδονήν ἐστι καὶ ἡ ἄκανθα πρὸς μείζονα πόθον τῆς φιλίας ἐκκαίουσα.

Λιβάνιος βασιλείῳ.

ΕΙ ταῦτα γλώττης ἀργοτέρας, τίς ἂν εἴης αὐτὴν ἀκονῶν. σοῦ μὲν γὰρ ἐν τῷ στόματι λόγων οἰκοῦσι πηγαὶ κρείττους ναμάτων ἐπιρροῆς. ἡμῖν δὲ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἀρδοίμεθα, λείπεται τὸ σιγᾶν.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

ΤΟ μὴ συνεχῶς με γράφειν πρὸς τὴν σὴν παίδευσιν, πείθουσι τό, τε δέος καὶ ἡ ἀμαθία. τὸ δὲ σὲ καρτερικώτατα σιωπᾶν, τί τῆς μέμψεως ἐξαιρήσεται; εἰ δέ τις λογίσαιτο τὸ καὶ ἐν λόγοις σε βιοῦντα ὀκνεῖν ἐπιστέλλειν, καταψηφιεῖταί σου λήθην τὴν πρὸς ἡμᾶς. ᾧ γὰρ τὸ λέγειν πρόχειρον, καὶ τὸ ἐπιστέλλειν οὐκ ἀνέτοιμον· ὁ δὲ ταῦτα κεκτημένος εἶτα σιγῶν, εὔδηλον ὡς ὑπεροψίᾳ ἢ λήθῃ τοῦτο ποιεῖ· ἐγὼ δέ σου τὴν σιωπὴν ἀμείψομαι προσρήσει. χαῖρε τοίνυν τιμιώτατε καὶ γράφε εἰ βούλοιο. καὶ μὴ γράφε εἰ τοῦτό σοι προσφιλές.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

ΜΑλλον ὅτι μὴ πάλαι σοι γράφειν ἠρξάμην οἶμαί σοι δεῖν ἀπολογίας, ἢ νῦν παραιτήσεως, ὅτε τοῦτο ποιεῖν ἠρξάμην· ἐγὼ γὰρ ἐκεῖνος ὁ προσθέων ὁπότε φανείης καὶ ὡς ἥδιστα ὑπέχων τὰ ὦτα τῷ ῥεύματι τῆς γλώττης, καὶ λέγοντος εὐφραινόμενος καὶ μόλις ἀπαλαττόμενος, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγων, ὡς οὗτος ἀνὴρ τοσούτῳ κακίων τῶν ἀχελώου θυγατέρων, ὅσῳ θέλγει μὲν ἧπερ ἐκεῖναι. βλάπτει δὲ οὐχ ὥσπερ ἐκεῖναι. καὶ μικρόν γε τὸ μὴ βλάπτειν. ἀλλ' ὅτι τὰ τοῦδε μέλη κέρδος τῷ δεξαμένῳ. τὸν οὖν οὕτως ἔχοντά με γνώμης, νομίζοντα δὲ καὶ φιλεῖσθαι, λέγειν δὲ δοκοῦντα μὴ τολμᾶν ἐπιστέλλειν, ἐσχάτης ἀργίας. καὶ τοῦτ' ἂν εἴη ἅμα ζημιοῦντος αὐτόν. δῆλον γὰρ ὡς ἀμείψῃ μου τὴν ἐπιστολὴν τὴν μικρὰν καὶ φαύλην καλῇ τε καὶ μεγάλῃ. καὶ φυλάξῃ δήπου μή με καὶ δεύτερον ἀδικῇς. οἶμαι δὲ πολλοὺς βοήσεσθαι πρὸς τὸ ῥῆμα καὶ περιστήσεσθαι πρὸς τὰ πράγματα κεκραγότας. βασίλειος ἠδίκησέ τι κἂν σμικρόν; οὐκ οὖν καὶ αἰακὸς καὶ μίνως. καὶ ὁ τούτου δὲ ἀδελφός. ἐγὼ δέ σε τῇ μὲν ἄλλῃ νενικηκέναι συγχωρῶ. τίς δὲ ἰδών τέ σε καὶ οὐ φθονῶν. ἓν δέ τι σοι ἡμάρτηται πρὸς ἡμᾶς. κἄν σε τοῦτ' ἀναμνήσω, πεῖθε τοὺς ἀγανακτοῦντας μὴ βοᾶν. οὐδείς σοι προσελθὼν καὶ δοῦναι χάριν ἐπαγγείλας ἣν δοῦναι ῥᾷστον, ἀτυχὴς ἀπῆλθεν. εἰμὶ τοίνυν τῶν χάριν αἰτησάντων μέν, οὐ λαβόντων δέ. τί οὖν ᾔτουν. πολλάκις ἐν στρατηγίοις σοι συγγενόμενος, ἠβουλήθην διὰ τῆς σῆς σοφίας εἰς τὸ βάθος τοῦ ὁμήρου μανίας εἰσελθεῖν· εἰ δὲ τὸ πᾶν οὐ δυνατόν, σὺ δ' ἀλλ' εἰς μέρος ἡμᾶς εἰσάγαγε τοῦ κλήρου. μέρους δὲ ἐπεθύμουν, ἐν ᾧ τῶν ἑλλήνων κακῶς πεπραγότων ὃν ὕβρισεν ἀγαμέμνων ἐθεράπευε δώροις. ταῦτ' ἐμοῦ λέγοντος, ἐγέλας. ἀρνεῖσθαι μὲν οὐκ ἔχων ὡς

οὐκ αὖ δυνάμενος βουληθείς. δωρήσασθαι δὲ οὐκ ἐθέλων· ἆρά σοι καὶ τοῖς ἀγανακτοῦσιν ὅτι σε ἔφην ἀδικεῖν, ἠδικῆσθαι δοκῶ.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Εἰ μέν τι περὶ τοὺς λόγους τοῖς νέοις οἷς ἔπεμψας προσετέθηκα μέν, αὐτὸς κρινεῖς. ἐλπίζω δὲ αὐτὸ κἂν μικρὸν ᾖ, μεγάλου λήψεσθαι δόξαν, διὰ τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν. ὃ δὲ περὶ τῶν λόγων ἐπαινεῖς τὴν σωφροσύνην, καὶ τὸ μὴ παραδοῦναι τὰς ψυχὰς ταῖς οὐ καλαῖς ἡδοναῖς, πάνυ τούτου πεποίηνται πρόνοιαν· καὶ διήγαγον ὡς εἰκὸς ἦν τοῦ πέμψαντος μεμνημένοι. δέχου δὴ τὰ σεαυτοῦ. καὶ ἐπαίνει τοὺς σέ τε καὶ μὲ τῷ τρόπῳ κεκοσμηκότας· παρακαλεῖν δέ σε πρὸς τὸ βοηθεῖν, ὅμοιον ἦν, τὸν πατέρα τοῖς παισὶ παρακαλεῖν βοηθεῖν.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Πᾶς μὲν ἐπίσκοπος πρᾶγμα δυσχρήπιστον. σὺ δὲ ὅσῳ τοὺς ἄλλους παρελήλυθας λογιότητι, τοσούτῳ καὶ φόβον μοι παρέχεις, μήπως ἔξαρνος ἦς πρὸς τὴν αἴτησιν· κἀπειδὴ στρωτήρων δέομαι, κάμακας δ' ἂν ἢ χάρακας ἄλλος εἶπε σοφιστής, οὐ χρήζων, ἀλλὰ τοῖς ῥηματίοις ἐγκαλλωπιζόμενος, ἢ τῆς χρείας γινόμενος· ἐγὼ δὲ εἰ μὴ σὺ παράσχοιο, ὕπαιθρος διαχειμάσω.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

Εἰ τὸ κερδαίνειν τοῦτο χρηπίζειν λέγεται, καὶ ταύτην ἔχει τὴν σημασίαν ἡ λέξις, ἣν ἐκ τῶν Πλάτωνος ἀδύτων, ἡ σοφιστική σου ἡμῖν προεχειρίσατο, σκόπησον ὦ θαυμάσιε, τίς μᾶλλόν ἐστι δυσχρήπιστος. ἡμεῖς οἱ οὕτω δι' ἐπιστολιμαίας δυνάμεως ἀποχαρακούμενοι, ἢ τὸ τῶν σοφιστῶν γένος, οἷς τέχνη τὸ τελωνεῖν τοὺς λόγους ἐστί. τίς τῶν ἐπισκόπων τοὺς λόγους ἐφορθέτησε. τίς τοὺς μαθητευομένους μισθοφόρους κατέστησεν. ὑμεῖς οἱ προθέντες τοὺς λόγους ὤνια, ὥσπερ οἱ τοῦ μέλιτος ἑψηταὶ τὰ μελίπηκτα. ὁρᾷς ὡς καὶ τὸν γέροντα ὑποσκιρτᾶν παρεκίνησας. ἐγὼ δέ σοι τῷ ταῖς μελέταις ἐμπομπεύοντι, ἰσαρίθμοις τοῖς ἐν Θερμοπύλαις ἀγωνιζομένοις στρατιώταις, στρωτῆρας χρησθῆναι προσέταξα. ἅπαντας εὐμήκεις κατὰ τὸν σὸν Ὅμηρον δολιχοσκίοις, οὓς ὁ ἱερὸς Εὐστάθιος ἀποκαταστήσειν κατεπηγγείλατο.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Οὐ παύσῃ Βασίλειε τὸν ἱερὸν τοῦτον τῶν μουσῶν σηκὸν, μεστὸν ποιῶν καππαδοκῶν. καὶ ταῦτα ἀποζόντων γρίτης καὶ χιόνων καὶ τῶν ἐκεῖθεν καλῶν; μικροῦ δέ με καὶ καππαδόκην ἔθηκαν ἀεί μοι τὸ προσκυνῶ σε προσᾴδοντες. δεῖ δὲ ὅμως ἀνέχεσθαι Βασιλείου κελεύοντος. ἴσθι τοίνυν ὡς τῆς μὲν χώρας τοὺς τρόπους ἐξακριβάζων, τὴν δὲ εὐγένειαν καὶ τὸ ἐμμελὲς τῆς ἐμῆς καλλιόπης, μεταμφιάσω τοὺς ἄνδρας. ἵν' ὀφθεῖεν ὑμῖν ἀντὶ φασσῶν περιστεραί.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

Λέλυταί σοι τὸ δύσθυμον. τοῦτο γὰρ ἔστω τῆς ἐπιστολῆς τὸ προοίμιον. σὺ δὲ σκῶπτε

modò placeret non ausus, verum gratificari tantillum nolens. An non igitur & tibi, & indignãtibus, quod te inique agere dicerem, iniuria videor affectus.

Libanius Basilio.

Si quid ad eloquentem, in iuuenes eos quos miseras, contulimus, tuum iudicium est. At spem concipio tametsi exiguum fuerit, magnum tamen apud te propter mutuam in me beneuolentiam põdus habiturum. Eius verò, quam tu dicendi arte multùm anteponis, modestiæ & ne se turpibus dederent voluptatibus, summam rationem habuerũt. Et sic vitam instituerunt, vt credibile esset eius qui miserat, eos memores esse. Recipe iam tua. atque illos, qui suis moribus & tibi & mihi fuerunt ornamento laudibus affice. Quod si nunc te vt ipsis omnibus rebus adesses, orarem, perinde facerem ac si parentem ad ferendam opem liberis suis hortarer.

Libanius Basilio.

Omnis episcopus πρᾶγμα δυσχρήπιστον. Tu verò quanto longius alios facundia post te relinquis tanto magis facis vt timeam, ne mihi petitionem meam deneges. Nam Strotoribus, indigeo, κάμακας forsitan aut χάρακας alius quispiam Sophista dixisset: qui non necessitate coactus, sed verborũm ornatu sese iactitans qui opus non haberet. Ego verò nisi tu præstiteris sub dio hybernante cogar.

Basilius Libanio.

Si lucrari dicitur hoc χρηπίζειν, & eam habet significationem vocabulum quod ex Platonis adytis tua nobis Sophistica protulit considera animum tuum qui magis sit δυσχρήπιστος. Nos qui sic pro epistolari quadam facultate nos defendimus: an Sophistarum grex, quorum ars eum finem propositum habet vt ex eloquentia quæstum faciant. Quis vnquam Episcopus, eloquẽtiam tributo subiecit, aut à discentibus mercedem exegit, vt vos qui dicendi artem venalem habetis, quemadmodum mellis coctores melipecta. Vides vt senem ad altandum irritaris. Ego verò tibi, qui tua studia & exercitia ostentas, pares numero militibus qui in Thermopylis pugnam fecerunt Stroteres mutuò dari mandaui omnes iustæ lõgitudinis, iuxta tuum Homerum δολιχοσκίοις, quos sanctus Eustathius redditurum promisit.

Libanius Basilio.

Non desines sacrum hoc Musarum templum, Cappadocis implere: præsertim Grytam, & niues, & alia isthinc bona redolentibus. Propemodum etiam me Cappadocem fecerunt, genua mihi flectentes semper τὸ προσκυνῶ σε mihi accinentes. Attamen iubente Basilio ferendi sunt. Scias igitur me domesticos mores exanimantem contra ingenuitate & concinnitate meæ Calliopes vnos amicturum esse, vt pro palumbis, columbæ nobis redeant.

Basilius Libanio.

Deposuisti tandem illam morositatem. Hoc enim sit epistolæ principium. At tu ride,

vel

vel insectare nostra, seu ioco seu serio. Verũ quid hoc vt niuis & Crites memineris, cum liceat nos scommatis abundè ludificari. Ego verò ô Libani vt effusissimum tibi risum moueã, sub cortiua niuium delitescens, hanc epistolã exaraui, quam si tibi redditam attigeris cognosces, frigidulam, eáq; ostẽdet autorem in latibulis perseuerantem neque extra ædes audentem pedem proferre. Nam vt sepulchris ita domibus vtũtur, donec ver accedat, & mortuos nos ad vitam reducat, atque vt esse possimus, tanquam plantis largiatur.

Basilius Libanio.

MVlti qui illic affuere, cum nos conuenissent tuam in dicendo vim summa cum admiratione narrauerunt: Docebãt enim orationem quãdam splendidissimum esse habitam, & frequentissimam concionem, sic vt omnes in vnum confluerent, neque videretur in ciuitate quisquam præter concionantem Libanium, omniúmque gradus ætatum aures præbentes. Neminem enim eius concionis expertem esse noluisse, neque cum magistratu & dignitate viuentium, neque in militum albo inscriptorum, neque manuarias artes, exercẽtium. Præterea mulieres etiam interesse spectaculo contendisse. Quod vero spectaculum, quæ ante concio, quæ populum vniuersum cõduxerit? Continuò nũciabant mihi, cum quadam austeritate orationem proposuisse. Quam sic cum omnium admiratione dictam, mihi sine mora velis mittere, vt ego quoque laudator orationis tuæ possum existere. Nam si Libanium laudibus veho, cum etiam res desunt, quem arbitraris me futurum, si materiam eum laudandi nactus fuero.

Libanius Basilio.

EN orationem ad te misi, & sudore ex omnibus visceribus manãtẽ inundo. Quidni? cum enim tanto viro miserim orationem, qui Platonis etiam sapientiam atque Demosthenis eloquentiam ineptiarum & vanitatis potest redarguere. At illorum respectu meum eiusmodi est, vt si culicem Elephãti cõferas. Quamobrem horreo metuóque, & diem quo sit orationem visurus, mecum reputo, neque multùm abest quin mente prorsus destituar.

Basilius Libanio.

LEgi tuam orationem, & supra modum admiratus sum, ô Musæ eloquentia & Athenæ, quam larga in vestros amatores munera confertis. Quantum fructum reportãt, qui vobis quamlibet exiguũ tempus impenderunt. O fontem perẽnem largúmque, quales remittit haurientes. Ipsum enim in oratione corã cernere mihi videbar, cui loquax Dani est vxorcula. Etenim viuentem spiritúsque participem orationem supra terram Libanius cõfecit, qui solus animam verbis indidit.

Libanius Basilio.

NVnc tãdem eũ esse me cẽseo, quem vulgò dicunt. Nã cum Basilius mihi laudem tribuerit, aduersus omnes manifestæ signa victoriæ teneo: Et quoniam tuum calculum accepi, licet mihi iã elatis gressibus superbisq; vestigia ferre, proinde ac ostẽtator aliqs omnes p̃ me nihili faciés. Sed quoniã tu etiã aduers⁹ ebrietatẽ cõscripsisti orationẽ cupim⁹

καὶ διάσυρε τὰ ἡμέτερα, εἴτε γελᾶν εἴτε σπουδάζων. τί δὲ χιόνος ἢ κρίτης ἐμνημόνευσας παρὸν ἐντρυφᾶν ὁμοῦ τοῖς σκώμμασιν. ἐγὼ δὲ ὦ Λιβάνιε ἵνα σοι καὶ πλατὺν κινήσω τὸν γέλωτα, ὑπὸ παραπετάσματι καλυπτόμενος χιόνος, τὴν ἐπιστολὴν ἔγραψα. ἣν δεξάμενος καὶ ψαύων χερσὶ, γνώσῃ ὡς κρυερά τις αὕτη καὶ τὸν πέμψαντα χαρακτηρίζει ἐμφωλεύοντα καὶ μὴ δυνάμενον ἔξω τῶν δωματίων προκύπτειν. τάφοις γὰρ τοῖς οἴκοις κεκτήμεθα μέχρις ἐπιλάβοι τὸ ἔαρ. καὶ νεκροὺς ἡμᾶς ὄντας πρὸς ζωὴν ἐπανάξει πάλιν τὸ εἶναι ὥσπερ φυτοῖς χαριζόμενον.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

ΠΟλλοὶ περιτυχόντες ἡμῖν τῶν αὐτόθι, ἐθαύμασάν σου τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀρετήν. ἔλεγον γὰρ ἐπίδειξίν τινα γεγενῆσθαι λαμπρὰν ἄγαν. καὶ ἀγὼν ἦν ὡς ἔφασκον μέγιστος ὡς πάντας μὲν συνδραμεῖν καὶ μηδένα ἕτερον ἐν τῇ πόλει φανῆναι, ἢ μόνον Λιβάνιον ἀγωνιζόμενον. καὶ πᾶσαν ἡλικίαν ἀκροωμένην. οὐ γὰρ ἠξίου τις ἔξω τῶν ἀγώνων γενέσθαι οὐκ ἀξιώματος ὄγκῳ σεμνῶν. οὐ στρατιωτικοῖς καταλόγοις ἐμπρέπων. οὐ βαναύσοις τέχναις σχολάζων. ἤδη δὲ καὶ γυναῖκες παρεῖναι κατηπείγοντο τοῖς ἀγῶσι. τίς δὲ ὁ ἀγὼν, τίς δὲ ὁ λόγος ὁ τὴν πάνδημον συναγείρας πανήγυριν καὶ δή μοι ἤγγελλον δυσκολοτρόπου ἀνδρὸς τὸν λόγον ἐνστήσασθαι. ὃν οὕτω θαυμασθέντα μὴ κατοκνήσῃς μοι πέμψαι. ἵνα κἀγὼ τοῦ λόγου ἐπαινέτης εἴην τῶν σῶν. ὁ γὰρ Λιβάνιον ἐπαινῶν τῶν ἔργων ἐκτὸς, τίς ἂν γένωμαι ὑπόθεσιν ἐπαίνων εὑρόμενος.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

ΙΔοὺ πέπομφα τὸν λόγον ἱδρῶτι περιρρεόμενος· πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὶ τοιούτῳ πέμπων τὸν λόγον, ὃς ἱκανός ἐστι τὴν Πλάτωνος σοφίαν καὶ Δημοσθένους δεινότητα δεῖξαι θρυλλουμένας μάτην. τὸ δὲ ἐμὸν τοῦτο, οἷον κώνωψ ἐλέφαντι παραβαλλόμενος. ὅθεν πέφρικα καὶ τρέμω τὴν ἡμέραν λογιζόμενος, καθ᾽ ἣν σκέψῃ τοῖς λόγοις μικροῦ δὲ καὶ τῶν φρενῶν ἐκπέπτωκα.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

ΑΝέγνων τὸν λόγον σοφώτατε καὶ ὑπερεθαύμασα. ὦ μοῦσαι καὶ λόγοι καὶ Ἀθῆναι, οἷα τοῖς ἐρασταῖς δωρεῖσθε. οἵους κομίζονται τοὺς καρποὺς, οἱ βραχύν τινα χρόνον ὑμῖν συγγινόμενοι. ὦ πηγῆς πλουδύμενος, οἵους ἔδειξε τοὺς ἀρυομένους. αὐτὸν γὰρ ἐδόκουν ὁρᾶν ἐν τῷ λόγῳ τὸν λάλῳ συνόντα γυναίῳ. ἔμπνουν γὰρ λόγων ἐπὶ χθονὸς Λιβάνιος ἔγραψεν, ὃς μόνος τοῖς λόγοις ψυχὴν ἐχαρίσατο.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

ΝΥν ὢν εἶναι ὃ λέγομαι. Βασιλείου γάρ με ἐπαινέσαντος, κατὰ πάντων ἔχω τὰ νικητήρια· καὶ τὴν ψῆφον δεξαμένῳ τὴν σὴν ἔξεστι βαδίζειν τὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος οἷά τις ἀλαζὼν πάντας περιφρονῶν· ἐπεὶ οὖν καὶ σοὶ κατὰ μέθης λόγος πεπόνηται, βουλόμεθα τοῦτο

περιτυχεῖν. ἀλλὰ κομψὸν μὲν τι λέγειν οὐκ ἐθέλω. ὁ δὲ λόγος ὀφθεὶς, διδάξει με τὴν τοῦ λόγου τέχνην.

Λιβάνιος Βασιλείῳ.

Ἆρα Βασίλειε μὴ τὰς Ἀθήνας οἰκεῖς, καὶ λέληθας σεαυτόν. οὐ γὰρ τῶν Καισαρέων οἱ παῖδες ταῦτα ἀκούειν ἠδύναντο· ἡ γλῶττα γάρ μοι τούτων ἐθὰς οὐκ ἦν. ἀλλ' ὡς περί τινα κρημνὸν διοδεύοντος πληγεῖσα τῇ τῶν ὀνομάτων καινοτομίᾳ, ἐμοί τε τῷ πατρὶ ἔλεγε, πάτερ οὐκ ἐδίδαξας. Ὅμηρος ἐστὶν ἀνήρ. ἀλλὰ Πλάτων, ἀλλ' Ἀριστοτέλης, ἀλλὰ Σουσαρίων ὁ τὰ πάντα ἐπιστάμενος, καὶ ταῦτα μὲν ἡ γλῶττα. σὲ δὲ εἴη Βασίλειε τοιαῦτα ἡμᾶς ἐπαινεῖν.

Βασίλειος Λιβανίῳ.

Δεχομένοις μὲν ἡμῖν ἃ γράφεις χαρά. ἀπαιτουμένοις δὲ πρὸς ἃ γράφεις ἀντεπιστέλλειν, ἀγών· τί γὰρ ἂν εἴποιμεν πρὸς οὕτως ἀττικίζουσαν γλῶτταν. πλὴν ὅτι ἁλιέων εἰμὶ μαθητὴς, ὁμολογῶ καὶ φιλῶ.

Βασίλειος Ἀνδρονίκῳ Ἡγεμόνι.

Εἰ μὲν οὕτως εἶχον σώματος, ὥστε ῥαδίως ὑπομένειν ὁδοιπορείας δύνασθαι, καὶ τὰ τοῦ χειμῶνος δυσχερῆ φέρειν, οὐκ ἂν ἐπέστελλον. ἀλλ' αὐτὸς πρὸς τὴν σὴν μεγαλοψυχίαν ἐβάδιζον. δυεῖν ἕνεκεν. τοῦ τε παλαιᾶς ὑποσχέσεως ἐκτῖσαι χρέος. οἶδα γὰρ ὁμολογήσας παρέσεσθαι τῇ Σεβαστείᾳ καὶ ἀπολαύσειν σου τῆς τελειότητος. ὅπερ ἐποίησα μὲν, διήμαρτον δὲ τῆς συντυχίας, μικρὸν κατόπιν τῆς σῆς καλοκαγαθίας παραγενόμενος. ἑτέρου δὲ τοῦ τὴν πρεσβείαν δι' ἐμαυτοῦ πληρῶσαι· ἣν ὑποστῆναι τέως ἀπώκνουν. μικρότερον ἐμαυτὸν κρίνων ἢ ὥστε τοιαύτης τυγχάνειν χάριτος. καὶ ἅμα λογιζόμενος ὅτι οὔτε ἄρχοντα οὔτε ἰδιώτην ὑπὸ οὐδενὸς ἄν τις λέγων διὰ γραμμάτων πείσειεν οὕτως, ὡς αὐτὸς παρών. καὶ τὰ μὲν ἀπολυόμενος τῶν ἐγκλημάτων, τὰ δὲ ἱκετεύων. τοῖς δὲ συγγνώμην παραιτούμενος ἔχειν. ὧν οὐδὲν ἂν ῥᾳδίως δι' ἐπιστολῆς γένοιτο. πᾶσιν οὖν τούτοις ἐν ἀντιθεὶς σὲ τὴν θείαν κεφαλὴν, καὶ ὅτι ἐξαρκέσει τὴν γνώμην ἐνδείξασθαί σοι, ἣν περὶ τοῦ πράγματος ἔχομεν, τὰ δὲ λοιπὰ προσθήσεις παρὰ σεαυτοῦ, πρὸς τὴν ἐγχείρησιν οὐκ ἀπώκνησα. ἀλλ' ὁρᾷς ὅπως κύκλῳ περίειμι ὀκνῶν καὶ ἀναδυόμενος τὴν αἰτίαν ἐκφαίνειν ὑπὲρ ὧν ποιοῦμαι τοὺς λόγους. Δομετιανὸς οὗτος ἐπιτήδειος ἡμῖν ἐστιν ἐκ τῶν γονέων ἄνωθεν. ὥστε ἀδελφοῦ μηδοτιοῦν διαφέρειν. τί γὰρ ἄν τις μὴ τἀληθῆ λέγοι. εἶτα τὴν αἰτίαν μαθόντες ἀφ' ἧς ταῦτα πέπονθεν, ἄξιον εἶναι τοῦ παθεῖν οὕτως ἔφαμεν. μηδὲ γὰρ ἔστω μηδεὶς, ὃς μικρὸν ἢ μεῖζον εἰς τὴν σὴν ἀρετὴν ἁμαρτήσας, τὴν τιμωρίαν ἐκφύγοι. ἀλλ' ὁρῶντες τοῦτον περιδεῶς καὶ ἀδόξως ζῶντας ἐπὶ τῇ σῇ ψήφῳ κειμένην αὐτοῦ τὴν σωτηρίαν, ἀρκοῦσαν αὐτὸν ἔχειν τὴν δίκην ἐκρίναμεν. μεγαλόψυχόν τε ὁμοῦ καὶ φιλάνθρωπον διανοηθῆναί σε περὶ αὐτοῦ ἱκετεύομεν. τὸ μὲν γὰρ τοὺς ἀντιτείνοντας ὑπὸ χεῖρα λαμβάνειν, ἀνδρείου τε καὶ ἄρχοντος ὡς ἀληθῶς.

eam nobis ad legendum concedi. Nam de facundia iam nihil dicam. Ipſa enim oratio, cùm viſa fuerit artificium ſermonis præ ſe feret.

Libanius Baſilio.

NVnquid Baſili tu non Athenis habitas, tuíque ipſius es oblitus? Neque enim Cæſarienſium filij potuerunt hæc audire. Nam hæc lingua mihi prorſus inſolens fuit, & quaſi præcipitia tranſeuntem nouitate verborum perculit, mihíque patri dixit. Pater tu non docuiſti Homerum hunc eſſe, ſed Platonem Ariſtotelem & Suſarionem, qui omnia ſciret. Atque hæc de lingua. Nobis verò ſic te laudare ô Baſili permittatur.

Baſilius Libanio.

ACcipienti mihi quæ ſcribis, gaudium oboritur. At cum vt ad ea quæ ſcribis remittam aliquid poſtulas, moleſtia. Quid enim dicam aut afferam ad linguam tuam atticis veſtigiis inſiſtẽtem, quam piſcatorum eſſe me diſcipulum, quod ingenuè atque cum voluptate fateor.

Baſilius Andronico Hegemoni.

SI corporis viribus tantum valerem, vt peregrinationes facilè perferre poſſem, & hyemis incommoda pati, non literas dediſſem, ſed ipſe profectus eſſem ad tuam celſitudinem, idque propter duas cauſſas. Primum vt debitum priſtinæ promiſſionis tibi ſoluerem. Meminit enim me polliceri venturum Sebaſteiam, & fructum aliquem ex tua integritate percepturum. Quod præſtiti ſanè, niſi fortuna me fruſtrata eſſet ſic, vt poſt tuam humanitatem aduenirem. Deinde vt ipſe legationem eam ſuſciperem, quam hactenus obire noluiſſem quod indignum me tanto beneficio æſtimarem: ſimul verò quod apud animũ meum reputarem, neque principem virum, neque idiotam quemquam ſic literis perſuaderi poſſe, vt ſi ipſe præſto ſis, & partim crimina diluas, partim ad pedes te ſupplicem abiicias, partim veniam depreceris, ex quibus nullum eſt, quod epiſtola poſſit facilè præſtari. His igitur omnibus cum opponerem tuum caput diuinum, & quod animum mei ſententiam tibi aperuiſſe ſufficerit, tu verò a teipſo eſſes reliqua collaturus, non veritus ſum rẽ tentare. Sed vides, quemadmodum ambitu quodam circumeam, tergiuerſans, timénſque cauſſam, cur ſcribam, exponere. Dometianus hic à parentibus vetuſta nobis familiaritate coniunctus eſt, ita, vt à fratre nihil differat. Nam cur veritatem non eloquerer? Cum verò cauſſam didiciſſemus, ob quam hæc pateretur, verè diximus has pœnas luere. Nemo enim ſit, qui cum in tuam benignitatem deliquerit ſiue leuiter, ſiue grauiter mulctam non dependat. At videntes eum cum timore & infamia vitam tranſigere, atque in tuo calculo repoſitam ſalutem habere hanc ei pœnam ſufficere duximus, téque ſuppliciter oramus atque obſecramus, (vt in ſententia ferenda) manſuetudinis ſimul & magnanimitatis tuæ in mentem tibi veniat. Etenim rebelles ſub imperium manúmque redigere, fortis eſt veráque principis,

At subactis clementiam & benignitatem impertire, id demum virum magnificentia, atque mansuetudine præstabilem arguit. Proinde, si placitũ fuerit, poteris in eodem tum eam quæ in vlciscendo, tum eam quæ est in saluando posita, pro voluntatis arbitrio, magnitudinem animi declarare. Hic puniendi modus satis esse Domitiano debet, vt impendentia cum expectatione metuat. Atque quæ commeruit pati, ad hæc vt nihil acerbitatis addatur, iterum atque iterum rogamus. Etenim illud perpendito, multos ex iis qui antè vixerunt, etiam compotes dominósque factos eorũ esse qui damnum per iniuriam dederant. Sed nulla de his fama demanauit ad posteritatem. Contrà qui remiserunt iram, philosophia multis præstantes, eorum in omne tempus immortalis & sempiterna memoria relicta est. Accedat sanè hoc etiam tuis præconiis. Da nobis, qui tua facta scriptis illustrare constituimus, vt omnium superioris seculi celebratam clementiam obscurare possimus. Sic etiam Cræsus ei qui filium trucidarat, cum seipsum vltrò supplicio offerret, delictum condonasse dicitur: Et eidem huic Crœso, Cyrus magnus post victoriã propitius extitisse fertur. In horum te numero ponemus, & hæc pro nostra facultate prædicabimus, siquidem non vides omnino tanti viri præcones fortè censebimur. Hoc autem inter alia dicere necesse est, quod nullos qualecunque tandem maleficium admiserint, ob præterita supplicio afficimus. Nam fieri non potest vt facta infecta reddantur: sed aut vt in posterum ipsi fiant emendatiores & meliores, aut vt aliis honestatem iustitiámque sequendi sint exemplum. At horum neutro nunc in præsenti est opus. Siquidem etiam post mortem, hæc ex illius animo nunquam excident. Cæteros verò emori metu defixis in hunc oculis animisque arbitror: ita vt, si pœnam auxerimus periculum sit, ne libidinem irámque nostram expleuisse videamur, quod vt in te verè conferri possit, plurimùm abesse confirmo. Neque verò nunc vllum verbum de rebus his fecissem, nisi viderem beneficium dantibus quàm accipientibus maius & gloriosius esse. Nec enim paucorum oculis & sermonibus tua celsitudo feretur. Nam omnes Cappadoces, quid futurum sit, summè expectant, quibus optarim vt ad reliquas tuas virtutes, hanc etiam adnumerare liceret. Vereor scribendi finem facere, Nam si quid prætermissum sit, id mihi fraudi fore existimo. Hoc tamen adiiciam, quod cum multorum habeant literas deprecatorias, omnibus his meam longè anteposuit, nescio qua ratione persuasus, nostrã orationem põdus apud suã integritatem aliquod habituram. Quare ne illum opinio quod de nobis concepit fallat, & vt oratio nostra dignitatem aliquam apud nostros mereatur, oro atque obsecro te, excellentissime domine, vt huic petitioni assentiaris, siquidem non minus omnibus qui vnquam in philosophia sunt versati, res humanas didicisti & considerasti, nouistique quàm sit incomparabilis omnibus qui ad necessitatem rediguntur, bene factorum repositus antea Thesaurus.

τὸ δὲ τοῖς ὑποπεπτωκόσι χρηστὸν εἶναι καὶ πρᾶον, μεγαλοφροσύνῃ πάντων καὶ ἡμερότητι διαφέροντος, ὥστε ὑπάρξει σοι βουληθέντι ἐν τῷ αὐτῷ τήν τε πρὸς τὸ ἀμύνασθαι καὶ τὴν εἰς τὸ σώζειν, ὡς ἂν ἐθέλῃς, ἐπιδείξασθαι μεγαλοψυχίαν. τοῦτο μέτρον ἀρκοῦν Δομετιανῷ τῆς κολάσεως, τῶν προσδοκωμένων ὁ φόβος. καὶ ὧν ἄξιον οἶδεν ἑαυτὸν παθεῖν ὄντα, τούτοις μηδὲν εἰς τιμωρίαν προστεθῆναι αὐτῷ ἱκετεύομεν. καὶ γὰρ ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι κύριοι μὲν τῶν ἠδικηκότων, πολλοὶ τῶν πρότερον ἤδη γεγόνασιν, ὧν οὐδεὶς πρὸς τοὺς ὕστερον διεπέμφθη λόγος. ἀφῆκαν δὲ τὴν ὀργὴν, οἱ φιλοσοφίᾳ τοὺς πολλοὺς ὑπεράραντες. ὧν ἀθάνατος ἡ μνήμη τῷ χρόνῳ παντὶ παραδέδονται. προσκείσθω δὴ καὶ τοῦτο τοῖς περὶ σοῦ διηγήμασι. δὸς ἡμῖν τοῖς ὑμνεῖν προῃρημένοις τὰ σὰ, τὰς ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ᾀδομένας φιλανθρωπίας ὑπερβαλέσθαι. οὕτω καὶ Κροῖσος τῷ παιδοφόνῳ τὴν ὀργὴν ἀφεῖναι λέγεται, ἑαυτὸν παραδόντι εἰς τιμωρίαν. καὶ Κῦρος ὁ μέγας αὐτῷ τούτῳ τῷ Κροίσῳ φίλος γενέσθαι μετὰ τὴν νίκην. τούτοις σε συναριθμήσομεν· καὶ ὅση δύναμις ἡμετέρα, ταῦτα ἀναγορεύσομεν, εἴπερ μὴ μικροί τινες εἶναι τοῖς πᾶσιν ἀνδρὸς τοσούτου κήρυκες νομισθείημεν· ἐκεῖνο δὲ ὅτι πᾶσιν εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι τοὺς ὁτιοῦν ἀδικοῦντας, οὐχ ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγενημένων κολάζομεν (τίς γὰρ ἂν γένοιτο μηχανὴ μὴ γεγονέναι τὰ πεπραγμένα) ἀλλ᾽ ὅπως ἂν ἢ αὐτοὶ πρὸς τὸ λοιπὸν ἀμείνους γένοιντο, ἢ τοῖς ἑτέροις, ὑπάρξειαν τοῦ σωφρονεῖν παράδειγμα. τούτων τοίνυν οὐδέτερον ἐνδεῖν αὐτῆς ἐν τῷ παρόντι φήσειεν· αὐτός τε γὰρ καὶ μετὰ τὸν θάνατον, τούτων μεμνήσεται. τοὺς δὲ λοιποὺς τεθνάναι τῷ δέει πρὸς τοῦτον ἀφορῶντας οἴομαι· ὥστε ὅπερ ἂν προσθῶμεν τῇ τιμωρίᾳ, τὴν ὀργὴν, ἡμᾶς ἀποπιμπλάναι δόξομεν. ὃ πολλοῦ δεῖν ἐπὶ σοῦ ἀληθὲς εἶναι φαίην ἂν ἔγωγε. καὶ οὐδὲν ἂν τούτων τῶν λόγων προήχθην εἰπεῖν, εἰ μὴ μείζονα τῷ διδόντι τὴν χάριν ἑώρων ἢ τοῖς λαμβάνουσιν. οὐδὲ γὰρ ὀλίγοις ἔσται καταφανὴς ἡ μεγαλοψυχία τοῦ τρόπου. Καππαδόκαι γὰρ ἅπαντες ἀποσκοποῦσι τὸ μέλλον. οἷς δεξαίμην ἂν μετὰ τῶν λοιπῶν ἀγαθῶν τῶν προσόντων σοι καὶ ταύτην ἀπαριθμήσασθαι· ὀκνῶ δὲ τοῦ γράφειν παύσασθαι· ἡγούμενός μοι ζημίαν οἴσειν τὸ παρηθέν· τοσοῦτόν γε μὴν προσθήσω· ὅτι πολλῶν ἐπιστολὰς ἔχων ἐξαιτουμένων αὐτόν, πασῶν ἡγήσατο προτιμοτέραν εἶναι τὴν παρ᾽ ἡμῶν οὐκ οἶδ᾽ ὅπως παθών. εἶναί τινα ἡμῶν λόγον, παρὰ τῇ σῇ τελειότητι. ὅπως οὖν μήτε αὐτὸς ψευσθῇ τῶν ἐλπίδων, ἃς ἐφ᾽ ἡμῖν ἔσχε, καὶ ἡμῖν ὑπάρξῃ πρὸς τοὺς ἐνταῦθα σεμνολογεῖσθαι, παρακέκλησο δέσποτα ἀνυπέρβλητε, ἐπινεῦσαι πρὸς τὴν αἴτησιν. πάντως γὰρ οὐδενὸς χεῖρον τῶν πώποτε φιλοσοφησάντων, ἐπέσκεψαι τὰ ἀνθρώπινα· καὶ οἶδας ὡς καλὸς θησαυρὸς πᾶσι τοῖς δεομένοις ὑπουργεῖν προαποκείμενος.

Βασίλειος Εὐσταθίῳ φιλοσόφῳ.

niſsimam facultatem ipſis ad ea quæ volunt, perficienda, ſuppeditare: perſpicuum enim eſt per eos, qui ad voluptatem & gratiam loquuntur, non dico regna quæ multa neceſſaria pericula trahunt: ſed ne reſpublicas quidẽ quæ firmare ſecuritatis præſidio ſunt plerumque munitæ, conſtitui rectè poſſe. Eos verò qui de rebus vtiliſsimis liberè ſententiam dicunt, neceſſe eſt, ſæpenumero ſalutem adferre, & in clariſsimis ampliſsimiſque negotiis non corrumpi aut peruerti. Quare iuſtum eſt, vt apud omnes Monarchas plus poſsint hi, qui veritatem ingenuè profitentur, quàm qui omnia quidem ad gratiam, nihil verò quod operæ precium ſit dicunt. Sed videmus apud nonnullos ipſorum in minori precio fuiſſe. Quod etiam Diodoto malè cecidit apud aliquos Aſiæ principes, quorum rationes cum plurimum iuuiſſet, non ſolum conſilio, verum etiam re & vitæ periculo: quoniam liberè, quæ cenſuiſſet illis profutura ſuaſerat, etiam domeſticis honoribus & omni ferè reliqua ſpe ab ipſis eſt ſpoliatus. Et maius pondus habuerunt viliſsimorum hominum aſſentationes quàm huius bene merita. Quare cum ad vos adire vellet, perſæpe metu eſt prohibitus, non quod omnes exiſtimaret ſimiles, qui in iiſdem dignitatibus eſſent conſtituti, ſed propter calamitatem ab illis acceptam: non fuit ad benè de vobis ſperandum admodum alacris & promptus. Atque mea quidem ſententia, planè facit idem, quod aliqui ex nauigantibus, qui ſi primum impetiti ſint procellis & turbinibus, non facile magna fiducia mare rurſus ingrediuntur, tametſi ſciant fœlicem ſæpe lætamque nauigationem incidere poſſe. Verùm cum tu iuſtitiæ & æquitatis rationem apprimè ſoleas habere, credo pulchrè cum eò tibi conuenturum: partim cum intueor tuam humanitatem in exteris nationibus celebrem peruagatámque partim cum nobis minimè obſcurum aut ignotum eſſe arbitror, quam ſit iucundum, conſultúmque fidelium ſimul & vtilium hominum ſibi amicitias bene merendo conciliare & in eos potiſſimum beneficia conferre, quorum nomine, multi etiam alij gratiam vobis ſint habituri. Nam omnes boni, quos honeſtorum virorum conſortio rectè frui intelligunt, eos tantum laudibus vehere, & colere ſolent, quantum ſi ipſi eum familiaritatis fructũ perciperent. At enim ipſum Diodotum perfecturum eſſe non dubito vt ſui curam amorémq; tibi ſummoperè commendet. Adhortatus etiam ſum illius filium, vt ſe veſtris rationibus adiungeret, ac vobis tamquã diſcipulum ad faciendos longiores progreſſus traderet. Ille verò, cum hæc dicerem, cupere ſe quidem veſtram amicitiam oſtendit: verùm eundem erga illam ſeſe animum gerere, quem erga coronarios ludos. Hos enim ſuperare quidem in votis eſſe, ſed ad certamen ipſum deſcendere nequaquam audere, quod dignum coronis robur in ſe non inueniret: item honores & dignitates apud vos conſequi optare quidem, at adepturum ſe non ſperare. Nam & ſua inertia, & veſtro ſplendore deterreri: præterea ſui corporis exilitatem non idoneam: ſed in cauſſa eſſe quamobrem ſe à multis negotiis impediri putaret. ποθεῖν αὐτὸν πρὸς τὰ πολλὰ τῶν πραγμάτων.

οὗτοι πλείστην ἐξουσίαν αὐτοῖς τοῦ πράττειν ἃ βούλονται παρασκευάζουσιν. εἰκὸς μὲν γὰρ διὰ τοὺς ἀεὶ πρὸς ἡδονὴν λέγειν προαιρουμένους, οὐχ ὅπως μοναρχίας δύνασθαι ποιεῖν δυνάμεις, αἳ πολλοὺς τοὺς ἀναγκαίους ἐφέλκονται κινδύνους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς πολιτείας, αἳ μετὰ πλείονος ἀσφαλείας εἰσί. δεῖ δὲ τοὺς ἐπὶ τῷ βελτίστῳ παρρησιαζομένους πολλὰ σώζειν δύνασθαι καὶ τῶν ἐπιδόξων διαφθαρήσεσθαι πραγμάτων. ὧν ἕνεκα προσήκει μὲν παρὰ πᾶσι τοῖς μονάρχοις πλέον φέρεσθαι τοὺς τὴν ἀλήθειαν ἐπαιρομένους τῶν ἅπαντα μὲν πρὸς χάριν, μηδὲν δὲ ἄξιον χάριτος λεγόντων. συνέβη δὲ ἔλαττον ἔχειν αὐτοὺς παρ' ἐνίοις αὐτῶν· ὃ καὶ Διοδότῳ παθεῖν συνέπεσε παρά τισι τῶν τὴν Ἀσίαν δυναστευόντων. οἷς πολλὰ μὲν χρήσιμος γενόμενος, οὐ μόνον τῷ συμβουλεύειν, ἀλλὰ καὶ τῷ πράττειν καὶ κινδυνεύειν διὰ τὸ παρρησιάζεσθαι πρὸς αὐτοὺς περὶ ὧν ἐκείνοις συνέφερε, καὶ τῶν οἴκοι τιμῶν ἀπεστερήθη, καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλπίδων. καὶ μεῖζον ἴσχυσαν αἱ τῶν τυχόντων ἀνθρώπων κολακεῖαι, τῶν εὐεργεσιῶν τῶν τούτου. δι' ἃ δὴ κἂν πρὸς ὑμᾶς ἀεὶ προσιέναι διανοούμενος, ὀκνηρῶς εἶχεν, οὐχ ὡς ἅπαντας ὁμοίους εἶναι νομίζων τοὺς παρ' αὐτῶν ὄντας. ἀλλὰ διὰ τὰς παρ' ἐκείνων γεγενημένας δυσχερείας, καὶ πρὸς τὰς παρ' ὑμῶν ἐλπίδας οὐ προθυμότερος ἦν. παραπλήσιον ἐμοί γε δοκεῖ πεπονθὼς τῶν πεπλευκότων τισίν. οἳ πρότερον ὅταν χρήσωνται χειμῶσιν, οὐκέτι θαρροῦντες εἰσβαίνουσιν εἰς τὴν θάλασσαν. καίπερ εἰδότες ὅτι καλοῦ πλοῦ πολλάκις ἐπιτυχεῖν ἐστιν. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδὴ συνέστηκέ σοι καλῶς ποιεῖν, λογίζομαι γὰρ αὐτῷ συνοίσειν, μάλιστα μὲν τῇ φιλανθρωπίᾳ τῇ σῇ λογιζόμενον, ἣν ἔχειν ὑπείληφαι παρὰ τοῖς ἔξωθεν ἀνθρώποις. ἔπειτα νομίζων οὐκ ἀγνοεῖν ὑμᾶς, ὅτι πάντων ἐστὶν ἥδιστον καὶ λυσιτελὲς τὸ πιστοὺς ἅμα καὶ χρησίμους φίλους κτᾶσθαι ταῖς εὐεργεσίαις· ἔπειτα τοιούτους εὖ ποιεῖν, ὑπὲρ ὧν πολλοὶ καὶ τὴν ἄλλων χάριν ὑμῖν ἕξουσιν. ἅπαντες γὰρ οἱ χαρίεντες τοὺς τοῖς σπουδαίοις τῶν ἀνθρώπων καλῶς ὁμιλοῦντας, ὁμοίως ἐπαινοῦσι καὶ τιμῶσιν, ὥσπερ αὐτοὶ τῶν ὠφελειῶν ἀπολαύοντες. ἀλλὰ γὰρ Διόδοτον αὐτὸν οἶμαί σε μάλιστα προτρέψασθαι πρὸς τὸ φροντίζειν ἑαυτοῦ. συνέπειθεν δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῶν ὑμετέρων ἀντέχεσθαι πραγμάτων. καὶ παραδοῦναι ὑμῖν ἑαυτόν, ὥσπερ μαθητὴν εἰς τὸ μακρότερον προελθεῖν. ὁ δὲ ταῦτά μου λέγοντος, ἐπιθυμεῖν μὲν ἔφασκε τῆς ὑμετέρας φιλίας. οὐ μὴν ἀλλὰ παραπλήσιόν τι πεπονθέναι πρὸς αὐτὴν καὶ πρὸς τοὺς στεφανίτας ἀγῶνας. ἐκείνοις γὰρ νικᾶν μὲν ἂν βούλεσθαι. καταβῆναι δ' εἰς αὐτοὺς οὐκ ἂν τολμῆσαι διὰ τὸ μὴ μετεσχηκέναι ῥώμης ἀξίας τῶν στεφάνων. τῶν τε παρ' ὑμῶν τιμῶν, εὔξασθαι μὲν ἂν τυχεῖν. οὐκ ἐρίζεσθαι δ' αὐτὸν προσδοκᾶν. τήν τε γὰρ ἀπειρίαν τὴν αὐτοῦ καταπεπλῆχθαι, καὶ τὴν λαμπρότητα τὴν ὑμετέραν. ἔτι δὲ καὶ τὸ σωμάτιον οὐκ εὐκελινὲς ὂν ἀλλ' ἔχον πρόφασιν, ἣν νομίζειν ἐμ-

οὗτος μὲν οὖν ὅτι δοκῇ αὐτῷ συμφέρειν, τοῦτο πράξει. σὺ δὲ ἐάν τε ᾖ περὶ ἡμᾶς, ἐάν τε ἡσυχίαν ἔχων διατρίβῃ περὶ τούτους τοὺς τόπους, ἐπιμελοῦ καὶ τῶν ἄλλων μὲν ἁπάντων ὧν τυγχάνει δεόμενος. μάλιστα δὲ τῆς ἀσφαλείας καὶ τῆς τούτου καὶ τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ. νομίσας ὥσπερ παρακαταθήκην ἔχειν τοῦτον, παρά τε τοῦ γήρως ἡμῶν, ὃ προσηκόντως ἂν πολλῆς τυγχάνῃ προνοίας, καὶ τῆς δόξης τῆς ὑπερεχούσης εἴπερ ἄρα σπουδῆς ἐστιν ἀξία καὶ εὐνοίας τῆς περὶ ὑμᾶς ἣν ἔχων ἅπαντα τὸν χρόνον διατετέλεκα. καὶ μὴ θαυμάσῃς μήτ᾽ εἰ μακροτέραν γέγραφα τὴν ἐπιστολὴν, μήτ᾽ εἴ τι περιεργότερον ἢ πρεσβυτικώτερον εἰρήκαμεν ἐν αὐτῇ. πάντων γὰρ τῶν ἄλλων ἀμελήσας, ἑνὸς μόνου ἐφρόντισα τοῦ φανῆναι σπουδάζων ὑπὲρ ἀνδρῶν φίλων καὶ προσφιλεστάτων μοι γεγενημένων.

Ἰσοκράτης Τιμοθέῳ χαίρειν.

ΠΕρὶ μὲν τῆς οἰκειότητος τῆς ὑπαρχούσης ἡμῖν πρὸς ἀλλήλων, οἶμαί σε πολλῶν ἀκηκοέναι. συγχαίρω δέ σοι πυνθανόμενος ὅτι πρῶτον μὲν τῇ δυναστείᾳ τῇ παρούσῃ κάλλιον χρῇ τοῦ πατρὸς καὶ φρονιμώτερον. ἔπειθ᾽ ὅτι προαιρῇ δόξαν καλὴν κτήσασθαι μᾶλλον ἢ πλοῦτον μέγαν συναγαγεῖν. σημεῖον γὰρ οὐ μικρὸν ἐκφέρεις ἀρετῆς. ἀλλ᾽ ὡς δυνατὸν, μέγιστον ταύτην ἔχων τὴν γνώμην. ὥστ᾽ ἢν ἐμμείνῃς τοῖς περὶ σοῦ νῦν λεγομένοις, οὐκ ἀπορήσεις τῶν ἐγκωμιασομένων, τήν τε φρόνησιν τὴν σὴν καὶ τὴν προαίρεσιν ταύτην. ἡγοῦμαι δὲ καὶ τὰ διηγούμενα περὶ τοῦ σοῦ πατρὸς, συμβάλλεσθαι μεγίστην πίστιν πρὸς τὸ δοκεῖν εὖ φρονεῖν σε καὶ διαφέρειν τῶν ἄλλων. εἰώθασι γὰρ οἱ πλεῖστοι τῶν ἀνθρώπων οὐχ οὕτως ἐπαινεῖν καὶ τιμᾶν τοὺς ἐκ τῶν πατέρων τῶν εὐδοκιμούντων γεγονότας, ὡς τοὺς ἐκ τῶν δυσκόλων καὶ χαλεπῶν, ἤνπερ φαίνωνται μηδὲν ὅμοιοι τοῖς γονεῦσιν ὄντες. μᾶλλον γὰρ ἐπὶ πάντων κεχαρισμένον αὐτοῖς ἐστι τὸ παρὰ λόγον συμβαῖνον ἀγαθὸν, τῶν εἰκότως καὶ προσηκόντως γιγνομένων. ὧν ἐνθυμούμενον χρὴ ζητεῖν καὶ φιλοσοφεῖν, ἐξ οὗ τρόπου καὶ μετὰ τίνων, καὶ τίσι συμβούλοις χρώμενος, τάς τε τῆς πόλεως ἀτυχίας ἐπανορθώσεις, καὶ τοὺς πολίτας ἐπί τε τὰς εὐεργεσίας καὶ τὴν σωφροσύνην προτρέψεις. καὶ ποιήσεις αὐτοὺς ἥδιον ζῆν καὶ θαῤῥαλεώτερον, ἢ τὸν παρελθόντα χρόνον. ταῦτα γάρ ἐστιν ἔργα τῶν ὀρθῶς καὶ φρονίμως δυναστευόντων, ὧν ἔνιοι καταφρονήσαντες, οὐδὲν ἄλλο σκοποῦσι, πλὴν ὅπως αὐτοί τε ὡς μετὰ πλείστης ἀσελγείας διάξουσι, τῶν τε πολιτῶν τοὺς βελτίστους καὶ φρονιμωτάτους ἀμυνοῦνται καὶ δασμολογήσουσι. κακῶς εἰδότες, ὅτι προσήκει τοὺς εὖ φρονοῦντας καὶ τοὺς τὴν τιμὴν ταύτην ἔχοντας, μὴ τοῖς τῶν ἄλλων κακοῖς, ἑαυτοῖς ἡδονὰς παρασκευάζειν, ἀλλὰ ταῖς αὐτῶν ἐπιμελείαις τοὺς πολίτας εὐδαιμονεστέρους ποιεῖν· μηδὲ πικρῶς μὲν καὶ χαλεπῶς διακεῖσθαι πρὸς ἅπαντας. ἀμελεῖν δὲ τῆς αὐτῶν σωτηρίας. ἀλλ᾽ οὕτω πράως καὶ νομίμως ἐπιστατεῖν τῶν πραγμάτων, ὥστε οὐδένα αὐτοῖς τολμᾶν ἐπιβουλεύειν. μετὰ τοιαύτης δ᾽ ἀκριβείας τὴν τοῦ σώματος ποιεῖσθαι φυλακὴν, ὡς ἁπάντων αὐτοὺς ἀνελεῖν βουλομένων. ταύτην γὰρ τὴν διάνοιαν ἔχοντες, αὐτοί τ᾽ ἂν εἶεν ἔξω τῶν κινδύνων, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν εὐδοκιμοῖεν. ὧν ἀγαθὰ μείζω χαλεπόν ἐστιν εὑρεῖν.

Hic igitur, quod libitum fuerit, & è re sua fore existimauerit, id faciet. Tu siue nobiscum erit, siue quietem & otium in his locis quæret, operam dabis, vt cum alia quibus indiget, tum ex omnibus maxime securitatem & hunc & huius parenti præstes. Sic enim tibi persuadeas velim, hunc tibi quasi pignus tum nostræ senectutis committi, quæ magni ponderis, summæque existimationis apud te non iniuria esse debet: si meum studium beneuolentiámque erga nos perpetuã considerare voles. Nec tibi mirum videatur, aut si longiores ad te literas misi, aut si quid superstitiosius aut senilius in iis effutiuimus. Nam reliquis rebus vniuersis posthabitis, in hoc vnum totam operam cõtuli, vt tibi planum facerem, magnæ mihi curę viros amicos mihíque familiarissimos esse.

Isocrates Timotheo salutem.

DE mutua inter nos beneuolentia credo multorum sermonibus certiorem fieri. Quod audio te rectius & prudentius patre imperium tractare, id verò tibi gratulor. Item quod magis ad parandam insignem gloriam, quam ad opes comparandas anniteris. Non enim leue virtutis specimen præ te fers, sed multo maximum, qui sis hoc animo affectus. Quod si pertinaciter, in his, quę iã dicũtur dete præstiteris, non deerũt crede mihi, qui & prudentiã tuam & hoc consilium laude prosequantur. Arbitror autem, si omnia parentis sui consilia vel facta proponantur, ex eorum collatione, dilucidũ & perspicuum omnibus fore, quãtum & sapientia valeas, & reliquos antecellas. Plęriq; enim homines nõ tã commendare & honorare solent eos, qui claris parentibus nati sunt, quàm qui à crudelibus & immanibus parentibus orti, nullo flagitio parentum similes existunt. Sic enim natura comparatum est, vt in omnibus gratiora sint nobis ea bona, quæ contra spem & expectationem contingunt, quàm quæ expectata speratáque. Quod te animo agitare oportet & inquirere ac peruestigare, quo pacto, cum quibus & quorũ cõsilio Reipublicæ calamitates restituas in integrum atque ciues ad benefaciendum modestéque viuendum adhorteris, ac eis suauiorem securiorémque vitam efficias quàm præterito tempore fuit. Hæc pertinent ad officium bene prudenterque imperare volentium, quorum nonnulli reliquis neglectis hoc solum spectant vt ipsi cum summo scelere vitam exigant, & præstantissimos ciuium atque sapientissimos partim interficiant, partim exactione tributorum vexent. Non enim vident, decere sapiẽtes & in hoc dignitatis gradu positos, non aliorum incommodis, voluptatem sibi constituere, sed suis curis fœlicitatem ciuium promouere, neque acerbo duróque in omnes animo esse, suamque salutem negligere, sed adeò mansuetè iustéque rebus præesse, vt nemo ipsis audeat insidias moliri: tanta verò diligentia suum corpus præsidio munire quanta si omnes in ipsius interitum conspirassent. Nam qui sic animo sunt instructi & ipsi suam vitam extra periculum collocare possunt, & apud reliquos Græcos nomen sibi famámque parare, quibus maiora bona vix inuenire queas.

Inter

Inter scribendum mihi venit in mentem, quàm omnia prosperè fortunatéque tibi contigissent. Nam opum magnificentiam, quæ sine Tyrannica vi acquiri nullo modo potest, magna violẽtia multísque offensionibus contractam tibi parens reliquit. His verò rectè & liberaliter vti, tuum est, cuius inprimis tibi habenda cura est. Meam quidem sententiam, aperiam, de quâ sic accipe. Si te mouent diuitiæ, delectat magna & ampla potentia, iuuant pericula, quib. horum comparatio constitit, alios tibi in consilium adhibendos censeo. Sin hæc tibi abundè suppetunt, virtutem verò, gloriam honestã & multitudinis fauorem expetis, meis tibi sermonib. auscultandũ est, & cum his qui suas ciuitates bene gubernant, æmulatione est contendendum, conandúmque vt ipsos post tergum relinquas. Sed audio Cleommem, qui Methymnæ tenet imperium tum in aliis actionibus bonum honestúmque & prudentẽ sese præstare, tũ tantum abesse vel vt aliquos trucidet, vel vt in exilium agat, vel vt facultates eorum populo diripiendas tradat, vel vt quiduis aliud eis mali inferat: vt etiam suis in gerenda Rep. adiutoribus securitatem maximã præbeat, & exules restituat; & reductis pristinas possessiones, è quib. eiecti fuerant, reddat, iis verò qui emerant, quæ singuli tenuerunt. Adhæc omnes suos ciues armare, perinde ac si nemo nouos motus esset excitaturus: sin aliqui auderẽt, sibi ante mortem oppetendam putare, & virtutem einsmodi ciuibus ostendendam, quam longius, cum magno ciuitatis incommodo in vita manendum. plura de his tibi differere, iucundius esset, nisi me celeriter literas oportuisset conficere. Quamobrem postea, nisi senium impedimento fuerit, de his copiosius. In præsentia, de priuatis negotiis te certiorem faciemus. Autocrator enim qui literas fert, nobis est necessitudine coniunctus. Nam & in iisdem studiis & in eadem cum eo arte sum versatus, atq; postremo sæpenumerò perfectionis ad te suscipiendæ suasor extiti. Quare velim eum quàm honorificentissimè tractes, quantum vtriusque nostrũ vtilitas postulabit, vt intelligat, meam promissioné de tua humanitate non inanem fuisse. Neque mireris si tibi tam facile scribo: Clearchum verò nihil vnquam rogaui. Eam omnes propemodũ. qui à vobis nauigant, te inter optimos & præstantissimos meam aliquando discipulorum numerant. Clearchum autẽ id quidem temporis, dum apud nos fuit, omnes qui cũ nouerunt, ingenuitate & mansuetudine maximè ferũt excelluisse in consuetudine erga sodales humanissimam extitisse: postquam verò imperium arripuerit, subitò tantam fecisse commutationẽ, vt omnes, quibus antea notus fuisset, in admirationem adduceret. Ab illo igitur ob has caussas sum abalienatus. At te recipio magnique putarem, si beneuola erga nos tua voluntas esset. Quare tu quoque breui planum facies, an eodem sis in nos animo. Nam & Autocrator tibi curæ erit, & literas ad nos mittes ad amicitiã & pristinum hospitij ius renouandum. Vale, & si quid est aliud, quod nos præstare velis, sic me per literas certiorem.

ἐνεθυμήθην δὲ μεταξὺ γράφων, ὡς εὐτυχῶς ἅπαντά σοι συμβέβηκε. τὴν μὲν γὰρ εὐπορίαν, ἣν ἀναγκαίως κτήσασθαι τυραννικῶς, μετὰ βίας πολλῆς καὶ ἀπεχθείας ὁ πατήρ σοι καταλέλοιπε. τὸ δὲ χρῆσθαι τούτοις καλῶς τε καὶ φιλανθρώπως, ἐπὶ σοὶ γέγονεν. ὧν χρή σε πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. ἃ μὲν οὖν ἐγὼ γινώσκω ταῦτ' ἐστὶν. ἔχει δὲ οὕτως. εἰ μὲν ἐρᾷς χρημάτων καὶ πολλῆς δυναστείας καὶ κινδύνων, δι' ὧν αἱ κτήσεις τούτων εἰσὶν, ἑτέρους σοι συμβούλους παρακλητέον. εἰ δὲ ταῦτα μὲν ἱκανῶς ἔχεις, ἀρετῆς δὲ καὶ δόξης καλῆς καὶ τῆς παρὰ τῶν πολλῶν εὐνοίας ἐπιθυμεῖς, τοῖς τε λόγοις τοῖς ἐμοῖς προσεκτέον τὸν νοῦν ἐστὶ καὶ τοῖς καλῶς τὰς πόλεις τὰς αὐτῶν διοικοῦσιν ἁμιλλητέον· καὶ πειρατέον αὐτῶν διενεγκεῖν. ἀκούω δὲ καὶ Κλεόμμιν τὸν ἐν Μηθύμνῃ ταύτην ἔχοντα τὴν δυναστείαν, περί τε τὰς ἄλλας πράξεις καλόν τε κἀγαθὸν εἶναι καὶ φρόνιμον. καὶ τοσοῦτον ἀπέχειν τοῦ τινας ἀποκτείνειν ἢ φυγαδεύειν ἢ δημεύειν τὰς οὐσίας ἢ ποιεῖν ἄλλο τι κακὸν, ὥστε πολλὴν ἀσφάλειαν παρέχειν τοῖς συμπολιτευομένοις. κατάγειν δὲ τοὺς φεύγοντας· ἀποδιδόναι δὲ τοῖς μὲν κατιοῦσι, τὰς κτήσεις ἐξ ὧν ἐξέπεσον· τοῖς δὲ ἐωνημένοις, τὰς ἑκάστοις γιγνομένας. πρὸς δὲ τούτοις καθοπλίζειν ἅπαντας τοὺς πολίτας ὡς οὐδενὸς μὲν ἐπιχειρήσοντος περὶ αὐτὸν νεωτερίζειν· ἢν δ' ἄρα τινὲς τολμήσωσιν, ἡγούμενος λυσιτελεῖν αὐτῷ τεθνάναι μᾶλλον τοιαύτην ἀρετὴν ἐνδειξαμένῳ τοῖς πολίταις, ἢ ζῆν πλείω χρόνον τῶν ἄλλων τῇ πόλει τῶν μεγίστων κακῶν αἰτίῳ γενομένῳ. Ἔτι δ' ἂν πλείω σοι περὶ τούτων διελέχθην, ἴσως δ' ἂν καὶ χαριέστερον εἰ μὴ παντάπασιν ἠνάγκασέ με διὰ ταχέων γράψαι τὴν ἐπιστολήν. νῦν δὲ σοὶ μὲν αὖθις συμβουλεύσομεν, ἂν μὴ κωλύῃ με τὸ γῆρας. ἐν δὲ τῷ παρόντι περὶ τῶν ἰδίων δηλώσομεν. Αὐτοκράτωρ γὰρ ὁ τὰ γράμματα φέρων οἰκείως ἡμῖν ἔχει. περί τε γὰρ τὰς αὐτὰς διατριβὰς γέγονε καὶ τῇ τέχνῃ τῇ αὐτῇ κέχρηται, καὶ τὸ τελευταῖον πολλάκις περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ὡς σὲ σύμβουλος ἐγενόμην αὐτῷ. διὰ δὴ ταῦτα πάντα βουλοίμην ἄν σε καλῶς αὐτῷ χρῆσθαι καὶ συμφερόντως ἀμφοτέροις ἡμῖν. καὶ γενέσθαι φανερὸς, ὅτι μέρος τι γίνεται τῶν δεόντων αὐτῷ. καὶ μὴ θαυμάσῃς εἰ σοὶ μὲν οὕτως ἐπιστέλλω προθύμως. Κλεάρχου δὲ μηδὲν πώποτε ἐδεήθην. σχεδὸν γὰρ ἅπαντες οἱ παρ' ὑμῶν καταπλέοντες, σὲ μὲν φασιν ὅμοιον εἶναι τοῖς κρατίστοις τῶν ἐμοὶ πεπλησιακότων. Κλέαρχον δὲ κατὰ μὲν ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅτ' ἦν παρ' ἡμῖν ὡμολόγουν ὅσοι ποτὲ ἐνέτυχον ἐλευθεριώτατον εἶναι καὶ πρᾳότατον καὶ φιλανθρωπότατον τῶν μετεχόντων τῆς διατριβῆς. ἐπειδὴ δὲ δύναμιν ἔλαβε, τοσοῦτον ἔδοξε μεταπεσεῖν, ὥστε πάντας θαυμάζειν τοὺς πρότερον αὐτὸν γινώσκοντας. πρὸς μὲν οὖν ἐκεῖνον διὰ τὰς αἰτίας ταύτας ἀπηλλοτριώθην. σὲ δ' ἀποδέχομαι καὶ περὶ πολλοῦ ποιησαίμην γ' ἂν οἰκείως διατεθῆναι πρὸς ἡμᾶς, δηλώσεις δὲ καὶ σὺ διὰ ταχέων, εἰ τὴν αὐτὴν ἔχεις γνώμην ἡμῖν. Αὐτοκράτορός τε γὰρ ἐπιμελήσῃ. καὶ πέμψεις ἐπιστολὴν εἰς ἡμᾶς, ἀνανεούμενος τὴν φιλίαν καὶ ξενίαν τὴν πρότερον ὑπάρχουσαν. Ἔρρωσο· καὶ εἴ του ἄλλου δέῃ παρ' ἡμῶν, ἐπίστελλε.

Τοῖς Μιτυληναίων ἄρχουσι.

ΟΙ παῖδες οἱ Ἀφαρέως υἱιδεῖς δ' ἐμοὶ, παιδευθέντες ὑπὸ Ἀγήνορος τὰ περὶ τὴν μουσικὴν, ἐδεήθησάν μου γράμματα πέμψαι πρὸς ὑμᾶς, ὅπως ἂν ἐπειδὴ καὶ τῶν ἄλλων τινὰς κατηγάγετε φυγάδων, καὶ τούτων καταδέξησθε καὶ τὸν πατέρα καὶ τοὺς ἀδελφούς. λέγοντος δέ μου πρὸς αὐτοὺς, ὅτι δέδοικα μὴ λίαν ἄτοπος δόξω καὶ περίεργος, ζητῶν εὑρίσκεσθαι τηλικαῦτα τὸ μέγεθος παρ' ἀνδρῶν οἷς οὐδὲ πώποτε πρότερον οὔτε διελέχθην οὔτε συνήθης ἐγενόμην, ἀκούσαντες ταῦτα πολὺ μᾶλλον ἐλιπάρουν. ὡς δὲ οὐδὲν αὐτοῖς ἀπέβαινεν ὧν ἤλπιζον, ἅπασιν ἦσαν καταφανεῖς ἀηδῶς διακείμενοι καὶ χαλεπῶς φέροντες. ὁρῶν δ' αὐτοὺς λυπουμένους μᾶλλον τοῦ προσήκοντος, τελευτῶν ὑπεσχόμην γράψειν τὴν ἐπιστολὴν καὶ πέμψειν ὑμῖν. περὶ μὲν οὖν τοῦ μὴ δικαίως ἂν δοκεῖν μωρὸς εἶναι καὶ ὀχληρὸς, ταῦτ' ἔχω λέγειν. Ἡγοῦμαι δὲ καλῶς ἂν ὑμᾶς βεβουλεῦσθαι καὶ διαλλαττομένοις τοῖς πολίταις τοῖς ὑμετέροις, καὶ πειρωμένοις τοὺς μὲν φεύγοντας ὀλίγους ποιεῖν, τοὺς δὲ συμπολιτευομένους πολλοὺς, καὶ μιμουμένους τὰ περὶ τὴν στάσιν τὴν πόλιν τὴν ἡμετέραν. μάλιστα δ' ἄν τις ὑμᾶς ἐπαινέσειεν, ὅτι τοῖς κατιοῦσιν ἀποδίδοτε τὴν οὐσίαν. ἐπιδείκνυτε γὰρ καὶ ποιεῖτε πᾶσι φανερὸν, ὡς οὐ τῶν χρημάτων ἐπιθυμήσαντες τῶν ἀλλοτρίων, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς πόλεως δείσαντες, ἐποιήσασθε τὴν ἐκβολὴν αὐτῶν. οὐ μὴν, ἀλλ' εἰ καὶ μηδὲν ὑμῖν ἔδοξε τούτων, μηδὲ προσεδέχεσθε μηδένα τῶν φυγάδων, τούτους γε νομίζω συμφέρειν ὑμῖν καταγαγεῖν. αἰσχρὸν γὰρ τὴν μὲν πόλιν ὑμῶν ὑπὸ πάντων ὁμολογεῖσθαι μουσικωτάτην εἶναι, καὶ τοὺς ὀνομαστοτάτους ἐν ταύτῃ, τυγχάνειν παρ' ὑμῖν γεγονότας, τὸν δὲ προέχοντα τῶν νῦν ὄντων περὶ τὴν ἰσορίαν τῆς παιδείας ταύτης φεύγειν ἐκ τῆς τοιαύτης πόλεως. καὶ τοὺς μὲν ἄλλους Ἕλληνας, τοὺς διαφέροντας περί γε τῶν καλῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ μηδὲν προσήκοντας, ποιεῖσθαι πολίτας. ὑμᾶς δὲ τοὺς εὐδαιμονοῦντάς τε παρὰ τοῖς ἄλλοις καὶ μετέχοντας τῆς αὐτῆς φύσεως, περιορᾶν παρ' ἑτέροις μετοικοῦντας. Θαυμάζω δ' ὅσαι τῶν πόλεων μειζόνων δωρεῶν ἀξιοῦσι, τοὺς ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι κατορθοῦντας μᾶλλον, ἢ τοὺς τῇ φρονήσει καὶ τῇ φιλοπονίᾳ τῶν χρησίμων εὑρίσκοντάς τι. καὶ μὴ συνορῶσιν ὅτι πεφύκασιν αἱ μὲν περὶ τὴν ῥώμην καὶ τὸ τάχος δυνάμεις, συναποθνήσκειν τοῖς σώμασιν. αἱ δ' ἐπιστῆμαι παραμένειν ἅπαντα τὸν χρόνον ὠφελοῦσαι τοὺς χρωμένους αὐταῖς. Ὧν ἐνθυμουμένους χρὴ τοὺς νοῦν ἔχοντας, περὶ πλείστου μὲν ποιεῖσθαι τοὺς καλῶς καὶ δικαίως τῆς αὐτῶν πόλεως ἐπιστατοῦντας. δευτέρους δὲ τοὺς τιμὴν καὶ δόξαν αὐταῖς καλὴν συμβάλλεσθαι δυναμένους. ἅπαντες γὰρ ὥσπερ δείγματι τοῖς τοιούτοις χρώμενοι καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς συμπολιτευομένους ὁμοίους εἶναι τοῖς τοιούτοις νομίζουσιν. Ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν προσήκει τοὺς εὑρέσθαι τι βουλομένους μὴ τὸ πρᾶγμα μόνον ἐπαινεῖν, ἀλλὰ καὶ σφᾶς αὐτοὺς δικαίους ἂν τυγχάνειν, περὶ ὧν ἂν ποιῶνται τοὺς λόγους· ἔχει δ' οὕτως. Ἐγὼ τοῦ μὲν πολιτεύεσθαι καὶ ῥητορεύειν ἀπέσχον. οὔτε γὰρ φωνὴν εἶχον ἱκανὴν, οὔτε τόλμαν. οὐ μὴν δέ γε παντάπασιν ἄχρηστος ἔφυν οὐδὲ ἀδόκιμος.

ἀλλὰ

Mitylenenſium principibus.

FIlij Apharis, nepotes mei, in philoſophiæ præceptis ab Agenore inſtituti, precibus à me flagitarunt, vt literas ad vos darem, quò, ſiquidem alios quoſdam exules reſtituiſtis etiam ipſorum patrem & fratres reduceretis: Cúmque dixiſſem vereri me ne admodum inſulſus & vanus exiſtimarer, qui res magnitudine tam arduas ab eiuſmodi viris, cũ quibus neque locutus eſſem, vti qui neque commerciũ habuiſſem, impetrare ſperarẽ his auditis, magis obſecrare me & obteſtari ceperunt. Cũ verò ſpes illis ad irritum planè cecidiſſet magno dolore affecti ſunt & ægrè tulerunt, quod omnib. erat manifeſtũ. Cùm autem incredibili quadam mœſtitia eos confici viderem, tandem recepi, me literas apparaturũ, & ad vos miſſurum eſſe. Hæc ne quis me ſine iuſta cauſſa ineptire, aut moleſtum eſſe putaret commemorare volui. Ego verò conſilium illud veſtrum vehementer probo, quod & cum ciuibus veſtris in gratiam reditis, & exulum numerum minuere: ciuiũ verò amplificare conamini, & in cõponenda ſeditione noſtram ciuitatẽ imitamini. Sed eam ob cauſſam maximè laudibus vos dignos quis iudicet quod reſtituitis rem familiarem & omnia bona reponitis. Ná in eo declaratis & omnibus planum facitis vos non alienarum opum cupiditate, ſed quod Reipub. metueretis eos in exilium egiſſe. At verò ſi etiá nihil horum decreuiſtis, neq; quenquam exulũ recipiatis, tamẽ hos reduci ad veſtrá vtilitaté plurimũ intereſſe cenſeo. Turpe etenim, veſtrã ciuitatẽ omnium cõſenſum doctiſſimã iudicari, & maximè celebres in hac vobiſcũ verſari. Eum verò qui omnes huius ætatis homines eruditione doctrináq; ſuperat, ab huiuſmodi Repub. extorrẽ viuere: & aliis quidẽ Græcis in more eſſe florentes honeſtis ſtudiis eóſque peregrinos ciuitate donare. Vos autẽ, fœliciter cũ alienis agentes, & eandem naturá attingentes apud alios exulare pati ac ferre. Atque miror eas ciuitates, quæ maioribus pręmiis eos, qui victoriã in olympiacis ludis adepti ſunt, quam qui prudentia & ſedulitate aliquid vtile inuenere, honorant neque animaduertunt roboris & velocitatis vim natura ſic eſſe conſtitutá, vt vnà cũ corporibus intereant: diſciplinas autẽ & ſcientias perpetuò conſiſtere, ſuíſque cultoribus omni tempore prodeſſe. Quæ nos in recenti memoria conuenit habere, & plurimi facere eos, qui rectè iuſtéque ciuitatibus præſunt. Deinde qui gloriam & honorem ipſi conciliare poſſunt. Omnes enim in hos tanquam iudicia quædam oculis coniectis ipſorum ſimiles etiam reliquos ciues arbitrantur eſſe. Quod ſi mihi quis dicat. Eos qui petitionis compotes fieri cupiunt, neceſſe eſt, nõ ſolùm rem laudibus extollere, verùm etiá ſe ipſos dignos oſtendere, qui conſequantur ea de quibus orationẽ inſtituerunt, ſic reſponſum habeat. Ego quidem à gubernaculis Reipublicæ & conſuetudine dicendi me remoui, cùm neque vocis robur haberem neque pro concione verba facere auderem, nec tamen prorſus inutilis aut ignobilis extiti:

ſed qui pro vobis vel reliquis ſociis dicere vellent eos a me & conſilio & auxilio adiutos eſſe conſtat, méque tum ad veſtram libertatem tuendam, tum ad commune omnium Græcorum ius defendendũ plures orationes habuiſſe, omnibus qui ſuggeſtus & tribunalia contriuerunt, pro quibus beneficiis, æquũ eſt, vt immortales mihi gratias habeatis. Nã hunc rerum ſtatum potiſſimum concupiiſtis. Sic enim perſuaſum habeo, ſi Timotheus & Conon in viuis eſſent Diophantéſque ex Aſia aduentaret, ſumma diligentia me requiſituros ad ea, quibus opus haberent conficienda. De quibus nihil eſt neceſſe, plura dicere. Nemo enim veſtrûm tam adoleſcens eſt, aut tam obliuioſus, qui non illorum bene merita recordetur. Sic autem optimè mihi videmini, de tota re iudicaturi, ſi conſiderabitis, quis ſit is, qui petit, & pro quibus hominibus. Inueniètis enim me valdè familiariter vſum his, qui tum veſtras tum aliorum rationes multum iuuerunt. Pro quibus verò eiuſmodi qui neque ſeniores, neque Reipub. præſides lædant, & iunioribus colloquia iucunda, vtilia & huic ætati maximè competentia impertiantur. Nec verò mirum vos habeat, cur tam facilè vobis ſcribam & præ cæteris omnibus etiam amiciſſimis literas mittam. Duo enim mihi ſunt propoſita tum vt veſtris liberis gratum faciam, tum vt oſtendam ſi etiam non in foro publicíſque concionibus verſentur: ſed meum ſolummodo propoſitum ſequantur, tamen in reliquis poſſe nõ poſtremos eſſe. Vnum hoc reſtat, vt ſi vobis viſum ſit hæc agere, ſignificetis Agenori & fratribus eius, me quoque aliqua ex parte præſtitiſſe, vt conſequerentur, quæ in optatis erant.

Finis Iſocratis epiſtolarum.

ἀλλὰ τοῖς προῃρημένοις λέγειν ἀγαθόν τι περὶ ὑμῶν καὶ τῶν ἄλλων συμμάχων, φανείην ἂν καὶ σύμβουλος καὶ ἀγωνιστὴς γεγενημένος. αὐτός τε πλείους λόγους πεποιημένος ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας καὶ τῆς αὐτονομίας τῶν Ἑλλήνων, ἢ σύμπαντες οἱ τὰ βήματα κατατετριφότες. ὑπὲρ ὧν ὑμεῖς ἄν μοι δικαίως πλείστην ἔχοιτε χάριν. μάλιστα γὰρ ἐπιθυμοῦντες διετελεῖτε τῆς τοιαύτης καταστάσεως. οἶμαι δ᾽ εἰ Τιμόθεος καὶ Κόνων ἐτύγχανον ζῶντες, Διόφαντος δ᾽ ἧκεν ἐκ τῆς ἀσίας, πολλὴν ἂν αὐτοὺς ποιήσασθαι σπουδὴν εὑρέσθαι με βουλομένους, ὧν ἐτύγχανον χρείαν ἔχοντες. περὶ ὧν οὐκ οἶδ᾽ ὅτι δεῖ πλείω λέγειν. οὐδεὶς γὰρ ὑμῶν οὕτως ἐστὶ νέος οὐδ᾽ ἐπιλήσμων, ὅστις οὐκ οἶδε τὰς ἐκείνων εὐεργεσίας. Οὕτω δ᾽ ἄν μοι δοκοῖτε κάλλιστα βεβουλεῦσθαι περὶ τούτων, εἰ σκέψεσθε τίς ἐστὶν ὁ δεόμενος. καὶ ὑπὲρ ποίων τινῶν ἀνθρώπων. εὑρήσετε γὰρ ἐμὲ μὲν οἰκειότατα κεχρημένον τοῖς μεγίστων ἀγαθῶν αἰτίοις γεγενημένοις ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις. ὑπὲρ δ᾽ ὧν δέομαι τοιούτους ὄντας, οἵους τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ τοὺς περὶ τὴν πολιτείαν ὄντας, μὴ λυπεῖν. τοῖς δὲ νεωτέροις διατριβὴν παρέχειν ἡδεῖαν καὶ χρησίμην καὶ πρέπουσαν τοῖς τηλικούτοις. Μὴ θαυμάζητε δ᾽ εἰ ῥᾳδίως οὕτω γράφω. καὶ περὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων καὶ τῶν φιλτάτων τὴν ἐπιστολὴν πέπομφα. βούλομαι γὰρ ἀμφότερα τοῖς τε παισὶν ὑμῶν χαρίσασθαι, καὶ ποιῆσαι φανερὸν, ὅτι κἂν μὴ δημηγορῶσιν, ἀλλὰ μόνον μιμῶνται τὸν τρόπον τὸν ἐμὸν, οὐκ ἠμελημένως ἕξουσιν ἐν τοῖς ἄλλοις. Ἓν ἔτι λοιπόν. ἢν ἄρα δόξῃ τι τούτων ὑμῖν πρακτέον, δηλοῦν Ἀγήνορί τε καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι μέρος τι καὶ δι᾽ ἐμὲ τυγχάνουσιν ὧν αὐτοὶ λίαν ἐπιθυμοῦσι τυγχάνειν.

Τέλος τῶν Ἰσοκράτους ἐπιστολῶν.



ΦΑΛΑΡΙΔΟΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΤΥΡΑΝΝΟΥ ΑΚΡΑΓΑΝΤΙΝΩΝ.

PHALARIDIS AGRIGENTINORVM TYRANNI EPISTOLÆ.

Phalaris Alciboo.

POLYCLITVS Meſſenius, quem tu apud ciues proditionis arceſſis, meũ grauiſſimum morbum ſanauit. Non autem ſum neſcius hoc nuncio tibi dolorem & lachrymas cieri. Te verò, ne ipſe quidem Aſclepius huius artis præſes cum omnibus Diis curare poſſit. Corporis enim infirmitatem, ars curat. Animi verò morbo, ſola medetur mors, quam iuſtiſſimam pro tuis ſceleribus, nõ animo inuito deſignatis, cuiuſmodi mihi obiicis: ſed à voluntate profectis, cuiuſmodi tu perpetraſti, expecta.

Megarenſibus exprobratoria.

NOn ingratitudinem veſtram accuſo, qui multis beneficiis affecti, contra me cum Aſtygitonibus de finibus diſceptantem, falſum teſtimonium dixeritis. Sed meipſum inertiæ condemno,

Φάλαρις Ἀλκιβόῳ.

ΠΟλύκλειτος ὁ μεσσήνιος, οὗ κατηγορεῖς παρὰ τοῖς πολίταις προδοσίαν, ἰάσατό μου νόσον ἀνήκεστον. οὐκ ἀγνοῶ δὲ, λύπας εὐαγγελιζόμενός σοι καὶ δάκρυα. σὲ δ᾽ οὐκ ἂν οὐδ᾽ αὐτὸς ὁ τῆς τέχνης ἡγεμὼν ἀσκληπιὸς, μετὰ πάντων ἰάσαιτο τῶν θεῶν. σώματος μὲν γὰρ ἀρρωστίαν, θεραπεύει τέχνη. ψυχῆς δὲ νόσον, ἰατρὸς ἰᾶται θάνατος. ὃν ἀνεπαχθέστατον ἀντὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀδικημάτων, οὐκ ἀκουσίων, ὧν ἐμοὶ προφέρεις, ἀλλ᾽ ἑκουσίων, ὧν αὐτὸς εἴργασαι προσδέχου.

Μεγαρεῦσιν ὀνειδιστική. 2

ΟΥ μέμφομαι τὴν ἀχαριστίαν ὑμῶν πολλάκις εὐεργετημένων. ὅτι μου κρινομένου περὶ τῶν ὅρων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας, κατεψευδομαρτυρήκατε. κατηγορῶ δ᾽ ἐμαυτοῦ τῆς ἀναλγησίας,

ὅτι προπηλακιζόμενος ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις, οὐ σωφρονίζομαι. ὑμεῖς μὲν γὰρ, οὐδέποτε χάριτος ἐμοὶ μνημονεύετε. ἐγὼ δὲ, ὡς μηδέποτε ἐπιλελησμένοις χαρίζομαι.

qui sæpius ab iisdem læsus, nõ sapiam. Vobis enim nunquam benemeritorum in mentem venit. Ego verò quasi nunquam oblitos, benefactis amplifico.

Τυρσηνῷ.

Εἰ τοὺς μετ' ἀνάγκης τι πράξαντας τῶν μὴ νομίμων, χαλεπὰς ἔχειν δεῖ περὶ τοῦ μέλλοντος βίου προσδοκίας, ὡς ὑπέφαινες Αἰγεσταίοις, εἰς τὴν τοῦ δαιμονίου πρόνοιαν ἀναφέρων τὰ περὶ ἐμοῦ, τίνας ἐχρῆν ἐλπίδας ἔχειν σὲ περὶ σεαυτοῦ τὸν μὴ μετ' ἀνάγκης, μηδὲν ὧν παρηνόμηκας, μετὰ γνώμης δὲ ἅπαν ἠσεβηκότα.

Tyrseno.

SI qui necessitate coacti leges prætereunt, eos de futura vita spem malam habere oportet, quemadmodum Ægestenses ad Dei prouidentiam omnia mea referens, docuisti, quid tibi de teipso tandem expectandum est, qui non necessitate ad scelus, impelleris, sed vltro meditatóque ad omnem impietatem proruis.

Λυκίνῳ.

Οὐκ ὀρθῶς ἠρώτησας ἐν Λεοντίνοις, ὡς παρόντα με καὶ δυνάμενον ἀποκρίνεσθαί σοι, τίς εἰμί, καὶ τίνων, καὶ πόθεν. ἐγὼ γὰρ ὡς ἐμαυτὸν οἶδα Φάλαριν Λεωδάμαντος υἱὸν, Ἀστυπαλαιέα τὸ γένος, πατρίδος ἀπεστερημένον, τύραννον Ἀκραγαντίνων, ἔμπειρον πολλῶν, ἄπτωτα μέχρι τοῦ παρόντος, οὕτως οἶδα καὶ Λυκῖνον πόρνον μὲν ἐν παισί, λάγνον δὲ ἐν νέοις, μοιχὸν δ' ἐν γυναιξίν. ἀκόλαστον δ' ἐν νόμοις, ἀσελγῆ δ' ἐν ἡδοναῖς, ἀργὸν δ' ἐν εἰρήνῃ, λειποτάκτην δὲ ἐν πολέμοις. δώσοντά μοι καὶ τῶν δημηγοριῶν καὶ τούτων ὧν ἐλέγχω σε δίκην. ἐὰν μὴ θᾶττον ἁλῷς· ἀλλ' οὖν ὅταν ἔκδοτόν σε παραδῶσι Λεοντῖνοι, βουλόμενοι τοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀπαλλαγῆναι πολέμου.

Lycino.

NOn rectè apud Leontinos me quasi præsens essem & respondere possem ita interrogasti, quis essem & à quibus oriundus & cuias. Ego enim sicuti me scio Phalarum esse Leodamantis filium, Astypalæensem genere, patria fugatum, Tyrannum Agrigentinorum, multarum rerum peritum, constantem vsque in hodiernum diem, sic te noui scortatorem puerorum, lasciuum, inter iuuenes, adulterum fœminarum, legum violatorem, in voluptatibus intemperantem, in pace segnem, in bello fugitiuum, qui mihi & concionum, & quorũ te nunc redarguo, pœnas depẽdes, nisi citiùs condemneris: tunc saltem, cum Leontini te in meam potestatem tradent bellum nobiscum componere volentes.

Λεοντίνοις.

Εἰ καταλῦσαί με τὸν πρὸς ὑμᾶς ὀρέγεσθε πόλεμον μηδὲν αἰδεσθέντες, ἔκδοτέ μοι Λυκῖνον, ἵνα τὴν ὀργὴν ἅπασαν εἰς τοῦτον ἀφεὶς, παύσωμαι τοῦ πρὸς τὴν πόλιν θυμοῦ. χρήσομαι δὲ οὐδὲν αὐτῷ χαλεπώτερον, ἢ πάντας ὑμᾶς ἐπίσταμαι βουλομένους.

Leontinis.

SI vobis placet, vt bellum susceptum deponam, ne vereamini Lycinum mihi tradere, vt omnẽ iram in hunc euomens, desinam ciuitati iratus esse. Neque verò crudeliùs eum tractabo, quàm omnes vos intelligo velle.

Ζευξίππῳ.

Τῷ μὲν υἱῷ σου διὰ τὴν νεότητα συγγνώσομαι. σοὶ δὲ διὰ τὸ γῆρας καίπερ ἀσύγγνωστα πεποιηκόσιν. ἂν μέντοι μὴ παύσησθε τῆς αὐθαδείας, οὔτε ἐκεῖνον ἡ νεότης, οὔτε σὲ τὸ γῆρας ἐξαιρήσεται. δι' αὐτὰ δὲ ταῦτα καὶ μᾶλλον κολασθήσεσθε, δι' ἃ νῦν συγγνώμης ἀξιοῦσθε.

Zeuxippo.

FIlio tuo propter adolescentiam ignosco, tibi verò propter senectutem, tametsi non merebantur veniam quæ designastis verum nisi contumaciam istam correctam à nobis sensero neque illum adolescentia, neque te senectus crimine liberabit. Sed ob hæc ipsa maius supplicium subibitis, quorum caussa veniam antea fuistis consecuti.

Εὐήνῳ.

Γνώμης γενόμενος τὸ πρῶτον ἁλόντα αἰχμάλωτον ἀποκτεῖναί σου τὸν υἱὸν, ἀνθ' ὧν ἠδίκηκέ μου τοὺς ναυάρχους μετέγνων ὕστερον καὶ σέσωκα. μᾶλλον γὰρ βούλομαι διὰ τῆς ἐκείνου ζωῆς σὲ λυπεῖν, ἢ διὰ τῆς ἀναιρέσεως τὸν ἀποθανόντα. Ἔρρωσο.

Eueno.

CVm primo captiuum tuum filium morte mulctare statuissem, quod in nautas meos iniuriosus fuisset: animum postea mutaui, vitámque illi donaui. Malo enim per illius vitam tibi mœrorem luctúmque inferre, quàm per occidionem mortuo. Vale.

Σαμέᾳ.

Εἰδώς σου τὴν χρηστότητα τοῦ τρόπου καὶ τὴν ὑπερφυῆ πρὸς ἅπαντας φιλανθρωπίαν, καὶ ὅτι τὰς τῶν πλησίον εὐτυχίας ἡμέρως καὶ συμπαθῶς ἰδίας ἀλγηδόνας, καὶ συμφορὰς ἡγῇ, γέγραφά σοι συντόμως, ὅτι καὶ τὴν δίκην καὶ τὴν ναυμαχίαν καὶ τὴν παράταξιν, καὶ τὸ τελευταῖον τὸν ἱππικὸν ἀγῶνα νενικήκαμεν, ἵνα ἀκούσας ὡς προσήκει καλοὺς κἀγαθοὺς, στένῃς ἀδιαλείπτως. λαμβάνων παρὰ τῆς σεαυτοῦ φύσεως τὰς ἀξίας καὶ πρεπούσας τοσαύτῃ κακοηθείᾳ βασάνους.

Sameæ.

CVm exploratum mihi sit de tua morum sanctimonia incredibili, ergà omnes homines, benignitate & quod prosperam amicorum fortunã mansuetè, dolentérque tuam mœstitiam & calamitatem putes, scripsi tibi succinctè, quod & actionẽ iudicij & naualem pugnam & aciem & postremo equestre quoque certamen superauerim, vt hæc audiens, quod bonum probúmque virum decet, sine intermissione ingemisceres & tua te natura, dignis conuenientibúsque tantæ nequitiæ tormentis affligeret.

Cleostrato.

Cleostrato.

PRorsus mihi cum risu videtur admirandum, aliquos tua doctrina sapientiores fieri. Nam qui conatur alios obiurgare, eum omni vitio carere necesse est. Tu verò cum & eorũ quos doces, & cæteris omnibus generum flagitiis tenearis, tamen quasi inculpatus ad omnem malitiam, ita hortaris & mones.

Lacrito.

QVod filij mortem, ægro animo pateris totum est tibi donandum. Atque mihi vehementer dolenti quasi cuiusdam necessarij casum, maiori tristitiæ est. Attamen firmior quadam natura me aduersus hæc obfirmo, quod videam nihil ad rem facere, si etiam immodica quispiam mœstitia seipsum enecet. Verùm tibi in eius infortunij sit maximum solatium, primò quod pro patria pugnans in bello cum dignitate cecidit. Tum quod victori pulcherrimum finem Dij dederint: postremò, quod cum nihil vnquã in vita peccasset, virtutem suam morte quasi obsignauit. Qui enim vitam benè instituit, is num sit aliquando in infamiam lapsurus incertum est. Nam homini res plerunque fortuna non consilio regũtur. Qui verò purus ab omni scelere mortem oppetij, is in excellẽtissimum gradum existimationis & gloriæ peruenit. Quare sic statutũ habeto, dignas gratias pro genitura, simul & educatione te ab ipso recepisse, quod vsque ad finẽ vitę bonus probúsque permanserit, & hoc ei vicissim reddito, vt leniter & moderatè dolorem ipsius caussa susceptum, feras.

Megacli.

ET equos ad certamen instructos misimus, & Teucro, vt pecunias daret præcepimus: Quod si qua re alia fuerit opus, ne verearis scribere. Nulla enim petitio tanta est, quam non petenti sine recusatione largituri simus.

Aglao.

OMnem diuitiarum opulentiam, qua nos Deus opt. maximus auxerat, elocauimus ad fortunæ cõmutationes, non in terræ penetralibus, vt tu monere solebas: sed in amicos, quicunque munera voluissent accipere. Tu verò ne tantum quidem te metipsum nobis impertis, vt quod ad vos amicos attinet, cum imperio exuti spoliatique fuerimus, spem aliquam in extremo casu retineamus. Verum quamuis ante noluisti at nũc accepto quasi pignore in tuam fidem deposito, fac quod officiũ amórque amice postulat. Nullam enim terræ plagam iudicare tutam poterimus, si vos omnium amicorum in hunc & optimi, quasi puluere infideliores præteriti à nobis eritis. Quibus fœlicem cursum tenentibus etiamsi ego in aliam fortunam delapsus fuero: tamen latus, nihilò minus prosperè fortunatéque me agere arbitrabor.

Herodico.

ALius fortè, læsus damnóque affectus, nihil apud eum qui intulisset, de relatione confiteretur, vt nihil omnino suspicãs minore negotio posset illaqueari. At ego hominẽ illiberalẽ iudico, qui imprudentem ignorantémque capiat. Ego verò prius abs te passus iniuriam prædico moneóque vt impendentem tibi à nobis vltionem caueas:

Κλεοστράτῳ. 9

ΠΑνύ μοι δοκεῖ μετὰ γέλωτος ἄξιον εἶναι θαυμάσαι τὸ σωφρονίζεσθαί τινας ὑπὸ σοῦ. τὸν γὰρ ἄλλοις ἐπιτιμᾶν ἐπιβαλλόμενον, αὐτὸν ἀπηλλάχθαι χρὴ πάσης πονηρίας. σὺ δὲ ταῖς τῶν ὑπὸ σοῦ νουθετουμένων κακίαις ἔνοχος ὤν, καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις, ὡς ἀνεπίληπτος εἰς πονηρίαν, οὕτω νουθετεῖς.

Λακρίτῳ. 10

ΑΧθομένῳ μέν σοι βαρέως ἐπὶ τῇ τοῦ παιδὸς τελευτῇ, πᾶσα συγγνώμη. κἀγὼ δὲ σφόδρα συμπαθῶν, ὡς εἰς τῶν οἰκείων τὸ συμβεβηκὸς ἡγούμενος, μεῖζον ἄχθομαι. καίτοι στερροτέρᾳ φύσει, πρὸς τὰ τοιαῦτα χρώμενος, διὰ τὸ μηδὲν ὄφελος ὁρᾶν μὴ δὲ τοῖς ἀμέτρως ἀνιωμένοις. παραμυθία δὲ ἔστω σοι μεγάλη τῆς ἐπ' αὐτῷ συμφορᾶς, πρῶτον μὲν ὅτι ὑπὲρ πατρίδος ἀγωνιζόμενος ἐν πολέμῳ, σὺν ἀριστείᾳ τέθνηκεν. εἶθ' ὅτι νικῶν, καλλίστου τέλους ὑπὸ τῆς εἱμαρμένης ἠξίωται. τὸ δὲ τελευταῖον, ὅτι μηδὲν ἁμαρτὼν παρὰ τὸν βίον, ὑπεσφράγισται τὴν ἰδίαν ἀρετὴν θανάτῳ. ὁ μὲν γὰρ ἐν τῷ ζῆν ἀγαθός, ἄδηλον εἰ μεταβαλεῖ πρὸς τὸ χεῖρον. αἱ τύχαι γὰρ ἀνθρώπων τὸ πλεῖστον οὐχ αἱ γνῶμαι κρατοῦσιν. ὁ δὲ τελευτήσας ἀκατηγόρητος, ἐν τῷ καλλίστῳ σχήματι τῆς δόξης καθίδρυται. νομίσας οὖν ἀξίας παρ' αὐτοῦ χάριτας ἀπειληφέναι γενέσεως καὶ ἀνατροφῆς, τὸ καλὸν κἀγαθὸν μέχρι τέλους αὐτὸν γεγονέναι, ταύτην αὐτῷ τὴν ἀμοιβὴν ἀντίδος, τὸ πρᾴως καὶ εὐπαρηγορήτως τὴν ἐπ' αὐτῷ λύπην ἐνεγκεῖν.

Μεγακλεῖ. XI

ΚΑὶ τοὺς ἵππους ἐκπέπομφά σοι κεκοσμημένους ἐπὶ τὸν ἀγῶνα, καὶ τὰ χρήματα δοῦναι Τεύκρῳ προστέταχα. κἂν ἄλλου του, δέῃ, μὴ κατόκνει γράφειν· οὐδὲν γὰρ οὕτως ἔσται μέγα τῶν αἰτημάτων, ὃ μὴ πάντως αἰτησαμένῳ χαριούμεθα.

Ἀγλαῷ. 12

ΕΚτεθησαυρίκαμεν τοῦ πλούτου, ὅσα παρέσχεν ὁ θεός, εἰς μεταβολὰς τῆς τύχης, οὐκ ἐν τοῖς κόλποις τῆς γῆς, ὡς παρῄνεις, ἀλλ' εἰς τοὺς βουληθέντας τῶν φίλων τὰς δωρεὰς λαμβάνειν. σὺ μέν, οὐδ' εἰς τοῦτο πρόθυμον ἡμῖν σεαυτὸν ἐχαρίσω, τὸ κατά γε ὑμᾶς τοὺς φίλους, κἂν ἀποσφαλῶμεν τῆς ἀρχῆς, ἔχεσθαι τῶν ἐλπίδων. οὐ μήν. ἀλλ' εἰ καὶ μὴ πρότερον, νῦν γε λαβὼν ὡς παρακαταθήκην ἐμοὶ φυλαχθησομένην, φίλου τι ποίησον ἔργον. πιστὸν γὰρ οὐδὲν ἡγησόμεθα γῆς μέρος, παρελθόντες ὡς κόνεως ἀπιστοτέρους τοὺς ἐξ ὑμῶν τῶν ἑταίρων κρατίστους. ὧν εὐτυχούντων, κἂν αὐτὸς ἑτέρῳ συμπλακῶ δαίμονι, ἡττηθεὶς οὐδὲν ἧττον εὐτυχεῖν δόξω.

Ἡροδίκῳ. 13

ΑΛλου μὲν ἦν κακῶς πεπονθότος, μηδὲν ὁμολογῆσαι πρὸς τὸν δεδρακότα περὶ ἀμύνης, ἵν' ὡς ἥκιστα πρὸς αὐτὸν ὕποπτος, ἁλῷ. ἐγὼ δὲ τοῦτο μὲν ἀγεννοῦς ἀνδρὸς ἔργον ἡγοῦμαι τό, τὸν ἀγνοοῦντα χειρώσασθαι. προηδικημένος δ' ὑπὸ σοῦ, μηνύω σοι φυλάττεσθαι τὴν ἐπιοῦσαν ἐξ ἡμῶν ἀμύ-

ναι, ἵνα πρὸ τοῦ μὲν παθεῖν, ἡ προσδοκία κολάζῃ σε. μετὰ δὲ τὴν προσδοκίαν, αὐτὸ τὸ παθεῖν.

Εὐμήλῳ. 14

Οὔτε δοκοῦντος οὔτε ὄντος ἀδίκου τὸν κατάρξαντα πλημμελεῖν, ἀμύνεσθαι, τοῦ προτέρου γεγονότος ὑπὸ σοῦ, τὸ δεύτερον ἀφ' ἡμῶν ἔσεσθαι προσδέχου.

Τεύκρῳ. 15

Ταυρομενίταις τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων ἅπερ ἔλαβον ἀπόδος, μὴ ποιούμενος ἐμὴν τὴν χάριν, ἀλλὰ Στησιχόρου. ζῇ γὰρ ἐκεῖνος εἰς τὴν τῶν ληψομένων εὐεργεσίαν, ὁ παρ' ἐμοῦ ταύτην ᾐτημένος. τέθνηκε μέντοι ἡ περὶ τούτων αὐτοῦ χάρις, εἰς ἀμνήμονας ἀνθρώπους δεδομένη.

Ἀριφοίτῃ. 16

Τὰ μὲν σὰ, καὶ τούτων ὧν πεπόμφαμεν καὶ πλειόνων ἔτι καὶ μειζόνων ἀγαθῶν, ἄξια. τὰ δ' ἐμὰ μὴ βούλου μαθεῖν. οὐδὲν γὰρ ἐπ' αὐτοῖς ἔχομεν σιγῆς κρεῖττον.

Ἀμφινόμῳ. 17

Οὐ διδόναι χάριτας οἴομαι δωρούμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον παρ' αὐτῶν λαμβάνειν. ὅθεν ἀξιῶ μὴ ὡς προδεδωκότα με χάριν, ἀλλ' ὡς προσοφείλοντά σοι, διὰ τὸ βουληθῆναί σε λαβεῖν ἃ ἐπέμψαμεν, γράφε. Ἔρρωσο.

Ἐρυθίᾳ. 18

Καὶ περὶ μὲν ἐμαυτοῦ πλείστην οἶδά σοι χάριν, καὶ περὶ τοῦ κοινοῦ παιδὸς, ὃν ἐπὶ σοὶ κατέλιπον Ἐρυθία. περὶ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι φεύγοντός μου, χηρεύειν ὑπέμεινας μᾶλλον ἢ γήμασθαί τινι, πλείστων ἀγαγέσθαι βουλομένων. περὶ δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι σὺ ἀμφότερα καὶ μήτηρ αὐτοῦ καὶ τροφὸς καὶ πατὴρ ἐγένου, οὔτε ἄνδρα ἕτερον ἀντὶ Φαλάριδος οὔθ' υἱὸν ἀντὶ Παυρόλα προτιμήσασα. ἀλλ' ἀντὶ μὲν ἀνδρὸς δευτέρου, τὴν ἐπὶ τῷ προτέρῳ μονὴν ἑλομένη. ἀντὶ δὲ παιδὸς ἄλλου, τὸν ὑπὸ τοῦ προτέρου σπαρέντα σώζουσα. τελείωσον οὖν ἀνδρὶ καὶ υἱῷ τὴν ἀπὸ σεαυτῆς αὐτοῦ δεδομένην χάριν, ἄχρις ἂν φρονήσας τὰ ἁρμόζοντα τοῖς χρόνοις, μήτε πατρὸς ἔτι, μήτε μητρὸς προσδέηται. λιπαρῶ δέ σε μετὰ τοσαύτης τῆς δεήσεως, οὐχ ὡς ἀπιστῶν μητρὶ περὶ τέκνου καὶ ταῦτα τοιαύτῃ, ἀλλ' ὡς πατὴρ ὑπὲρ ἑνὸς υἱοῦ φοβούμενος. δύναιο δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἑαυτῆς παθῶν, καὶ τὸ παρὰ πατέρων ἐπὶ τέκνοις ἐνθυμηθεῖσα δέος, συγγνώμης ἀξιοῦν τὸν οὕτως ἐπιστέλλοντά με. Ἔρρωσο.

Παυρόλᾳ. 19

Μάλιστα μὲν ἀμφοτέρους τοὺς γονέας ὦ παῖ στέργειν σοὶ προσήκει καὶ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι. τοῦτο γὰρ καὶ σεμνὸν καὶ ἄλλως εὐσεβὲς υἱῷ μεμνῆσθαι τῆς τῶν γεγεννηκότων καὶ τοσαῦτ' εὐεργετησάντων χάριτος. ἐπείτοι πατρὸς ἀμέλησον μᾶλλον ἢ μητρός. οὐ γὰρ ἀπὸ τῶν ἴσων καὶ ὁμοίων τὰ πατρὸς ἂν εἴη δίκαια πρὸς τέκνων αὔξησιν, καὶ τὰ μητρός. ἀλλ' ἡ μὲν σὺν τῷ κυῆσαι, καὶ γεννῆσαι καὶ τιθηνῆσαι, μυρίοις ἄλλοις ἀνέτλησε πόνοις. ὁ δ' ἐκτραφέντος ὑπὸ τῆς τεκούσης καὶ τελειωθέντος, ἀπολαύσεως μετέχειν ἀξιοῖ, δυσκόλου πειραθεὶς οὐδενός. ἰδιαίτερο

sic enim & ante supplicium, te periculi metus puniet, & post metum, ipsa pœna & supplicium.

Eumelo.

CVm neque opinione neque re sit iniquũ, eum qui prior ad malefaciendum accessit, plectere, quoniam prius à te perfectum est, alterum à nobis futurum expectabis.

Teucro.

TAuromenitis, prædam quam à captiuis extorsi, restitui curabo, & hoc beneficium non mihi, sed Stesichoro ascribes. Nam ille ad benemerendum de suis viuit spirátque, qui hanc à me petiuit. Omnia verò benefacta in hos ab illo profecta, mortua sunt ei, quippe in ingratos homines collocata.

Ariphætæ.

TVa quidem & his quę mittimus & pluribus adhuc maioribúsque bonis sunt digna. Mea vero, ne velis perdiscere. Nihil enim ad ea nobis est silentio præstantius.

Amphinomo.

NOn dare me beneficium existimo, cum bonos honestósque viros muneribus orno: sed potius ab ipsis accipere iudico. Quamobrem peto, neme beneficium ante præstitisse, sed maiora tibi debere, quoniam quæ misimus, admittere non dedignatus es, censeas. Vale.

Erythiæ.

TVm quod ad meipsum pertinet, maximã habeo tibi gratiam, tum quod ad filium communem, quẽ apud te reliqui Erythia. De meipso, quod me in exilium eiecto, viduá agere potius, quàm in magna procorum copia nubere alij decreueris. De filio quod vtrumque & matrẽ ipsi atque nutricem & patrem te præstitisti, ac neque virum vllum Phalaridis, neque filium Paurolæ præposuisti. Sed pro altero marito, prioris orbitatẽ, & pro filio alio, genitum è primo conseruasti. Quare perge istuc beneficium marito filióque vltrò ac sponte conferre, tantisper, donec ætate iustam prudentiam adeptus, neque patrem, neque matrẽ amplius desideret. Neque verò tam obnixè blandísque precibus hoc à te contendo, quod matris eiúsque talis in filium animo curę diffidam, sed quod patrum more de vnico filio, metuam. Atqui ex tuis affectibus, facilè quantum patrum de liberis soleat esse sollicitudo, coniecturam sumere, & mihi, qui in hunc modum scribam, veniam tribuere poteris. Vale.

Paurolæ.

IN primis tuum est ô fili, vtrumque parentẽ, & amore prosequi & maximi æstimare. Hoc enim honestum piúmque filio est, parentum & tam bene meritorũ beneficia semper in recenti memoria habere. Sin minus, patris saltem minorem quã matris rationẽ ducas. Nõ enim similia pariáq; ad liberorũ educationem cõferunt & patres & matres. Sed hæc præter quam quod vterum fert, in lucem edit, obstetricatur, infinitos alios labores exhaurit. Ille vero post-

rò, postquam est alitus à matre perfectúsque, fructum communem vnà percipit, cum nihil molestiæ miseriarúmque sit expertus. Plus verò reliquis tua mater laborum in te educando propter meam fugam perpessa est, quæ sola vtriusque nostri curam habuit. Quare tua illam gratitudinem vtrisque parentibus debitam, in vnam matrem, quæ sola subiuit omnia præstabis. Nam pietate in matrem, implebis etiam quæ patri debentur officia. Etenim mihimetipsi nihil amplius postulabo, si huic debitum cultum præstiteris: imò abundè tua in me constituisse merita fatebor. Decet enim te, pro multis gratiam matri rependere, & summorum in patrem beneficiorum initium ab his facere.

Eidem. 20

QVæ quidem à patre debuerunt in filium proficisci, ea tibi suppeditata sunt Paurola. Quæ verò à te in patrem, si eam cum datur facultas, referre nolis, peccas. Nam audio te literis, cuius te causa sæpius obiurgaui, parum diligentem operam nauare. Aliam verò gratiam à te recipere non volam, si hæc mihi non contigerit. Sic autem persuasum habeas literarum emolumentum, si gratificari mihi volueris, magis ad eum qui dat beneficium, quàm qui accipit, peruenturum.

Messeniis. 21

POlycletum vt audio medicum vestrum, accusatis quasi proditorem Agrigentinorū factum, quod cùm ęgrotantem me accepisset, possétq; morte afficere, ex grauissimo morbo eripuerit: & laudem eius iustitiæ, vos in iniustitiæ vitio ponitis, atque hoc palàm fateri non erubescitis. Ego verò magis adducor ad admirandam eius artis vim & naturam, quod cùm ei moribundum me tradidissem, non quasi Tyrannum interemerit: sed vt ægrotum sua cura diligentiáque seruauerit. Atque vestra querimonia & accusatio, nullo ei detrimento fuit. Mea verò gratitudo, sic eum diuitiis auxit, vt primoribus in Sicilia nihil concedat. Nec verò me latet, propter hanc remunerationem ab animo grato profectam, nullum esse vestrûm, qui nō malit proditor Agrigentinorum, quàm Tyrannicida Phalaridis appellari.

Androcli. 22

QVanquam ego diligenter curioséque ad Stesichorum scripsi, ne sollicitus esset de criminatione, quam in ipsum apud me Eubulus intendit: tamen tu mihi hoc dabis, vt ei tua fide spondeas, me nihil de ipso mali credidisse. Facilius enim persuadebor insidias ab illo mihi principio positas non esse, quod affirmarunt, quàm eius carminibus, non priuata malitia inductum, ad insidiandum accessisse.

Pythagoræ.

REgnum Phalaridis & Pythagoræ philosophia remotissimis locorum interuallis à se inuicem distant: Attamen nihil est impedimento quamuis hæc ita se habeant, quò minus conueniamus, & veram notitiā vterque alterius capiamus. Nam etiam longissimè disiuncta in idem congregat & conducit ratio. Ego itaque, quantum ex auditu possum augurari virum optimum probissimúmque te iudico. Tu verò caue sic de me iudicium facias;

δὲ τῶν ἄλλων ἡ σὴ μήτηρ διὰ τὰς ἐμὰς φυγὰς περὶ τῆς σῆς κεκοπίακε τελειώσεως, τὰς ὑπὲρ ἀμφοῖν μόνη φροντίδας ὑποστᾶσα. ὥστε καὶ σὺ τὰς εἰς ἑκατέρους τοὺς γονέας εὐχαριστίας, μιᾷ μητρὶ τῇ πάντα πονησάσῃ ἀπόδος. πεπληρώσεται γάρ σοι καὶ τὰ πρὸς τὸν πατέρα δίκαια διὰ τῆς εἰς τὴν μητέρα φιλανθρώπου. οὐδὲν γὰρ ἀπαιτήσω πλεῖον εἰς ἐμαυτὸν, ἂν εἰς ταύτην εὐσεβήσῃς. μᾶλλον δὲ καὶ προσειληφέναι παρὰ σοῦ πολὺ μέρος εὐεργεσίας ὁμολογήσω. πρέπει γάρ σοι μητρὶ χάριν περὶ πολλῶν ἀποδιδόντι, μεγάλης εὐεργεσίας ἀρχὴν κτήσασθαι πρὸς πατέρα.

Τῷ αὐτῷ. 20

ΤΑ μὲν παρὰ πατρὸς εἰς υἱὸν ἔχηκας δίκαια παύρολα. τὰ δὲ, ἐκ σοῦ πατρὶ δυνάμενος, οὐκ ἀντιπαρέχων, ἁμαρτάνεις. πυνθάνομαι γάρ σε παιδείας, ὃ πολλάκις ἐμεμψάμην, οὐκ ἐπιμελεῖσθαι. ἄλλην δὲ χάριν οὐκ ἐπιζητῶ λαβεῖν παρὰ σοῦ, ταύτης ὑστερήσας. ἴσθι δὲ ὅτι καὶ τὸ παιδείας συμφέρον, ἐὰν χαρίσασθαι βουληθῇς, οὐχ ὁ ληψόμενος τὴν χάριν, ἀλλ' ὁ δώσων μᾶλλον καθέξει.

Μεσηνίοις. 21

ΠΟλύκλειτον ὡς πυνθάνομαι τὸν ἰατρὸν ὑμῶν μέμφεσθε ὡς προδότην ἀκραγαντίνων γεγονότα ὅτι με κάμνοντα λαβὼν, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, χαλεπωτάτης ἐξήρπασε νόσου. καὶ τὸν ἔπαινον αὐτοῦ τῆς δικαιοσύνης κατηγορίαν ἀδικίας περιποιεῖσθε· καὶ τοῦθ' ὁμολογοῦντες, οὐκ αἰσχύνεσθε. ἐγὼ δὲ θαυμάζω τῆς τέχνης αὐτοῦ τὸν τρόπον μᾶλλον, ὅτι καὶ θνήσκοντά με τις δοθεὶς οὐχ ὡς τύραννον ἀνῄρηκεν, ἀλλ' ὡς νοσοῦντας πονήσας ἔσωσε. καὶ διὰ μὲν τὴν ὑμετέραν μέμψιν, οὐδ' ὁτιοῦν πέπονθε κακόν. διὰ δὲ τὴν ἐμὴν εὐχαριστίαν, ὅμοια τοῖς πρώτοις σικελιωτῶν πεπλούτηκεν. οἶδα γοῦν ὅτι διὰ τὴν δόσιν τῆς εὐχαριστείας, πάντες εὔχεσθε προδόται μᾶλλον ἀκραγαντίνων, ἢ τυραννοκτόνοι φαλάριδος ἀκουσθῆναι.

Ανδροκλεῖ. 22

ΚΑγὼ μὲν ἐσπουδασμένως ἐπέσταλκα στησιχόρῳ μηδὲν ἄχθεσθαι περὶ τῆς διαβολῆς, ἣν καὶ αὐτοῦ πεποίηνται πρός με οἱ περὶ Εὔβουλον. καὶ σὺ δὲ δός μοι ταύτην τὴν χάριν ἀνάδοχος αὐτῷ γενόμενος περὶ τοῦ μηδὲν ἐμὲ πονηρὸν κατ' αὐτοῦ πεπιστευκέναι. μᾶλλον γὰρ ἂν πεισθείην ὡς τὴν ἀρχὴν οὐδὲ ἐπεβουλεύθην ὑπ' αὐτῶν, ὅπερ ὡμολογήκασιν, ἢ ὡς διὰ τὰς ἐκείνου ποιήσεις, ἀλλ' οὐ διὰ τὰς ἰδίας κακουργίας εἴησαν ἐπιβεβουλευκότες.

Πυθαγόρᾳ. 23

Η Φαλάριδος τυραννὶς, τῆς Πυθαγόρου φιλοσοφίας πλεῖστον ὅσον δοκεῖ κεχωρίσθαι. κωλύει δὲ ὅμως οὐδὲν καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων συγγενομένους ἡμᾶς, τὴν ἀκριβῆ διάπειραν ἀλλήλων λαβεῖν. δύναται γὰρ ἂν καὶ τὰ πόρρωθεν διεστῶτα συναγαγεῖν ἐς ταὐτὸ ὁμιλία. ἐγὼ μὲν οὖν ἀκοῇ τὰ περὶ σοῦ πυνθανόμενος, ἄριστον ἄνδρα πέπεισμαι σε εἶναι. σὺ δὲ περὶ ἐμοῦ μὴ

κείνε. ψευδὴς γάρ με δόξα λυπεῖ. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὲς ἀφικέσθαι πρὸς σὲ, δι' ἣν κατηγοροῦμαι τυραννίδα. ἄνευ μὲν γὰρ ὅπλων καὶ δορυφόρων ἐρχόμενος, εὐεπιχείρητος ἔσομαι. μετ' ὅπλων δὲ καὶ φρουρᾶς, ὕποπτος. σοὶ δὲ πᾶσα ἀσφάλεια κινδύνων ἀπηλλαγμένῳ καὶ παραγενέσθαι πρός με καὶ μεθ' ἡσυχίας συμβιῶναι. λαμβάνων δέ με διάπειραν, ἐὰν μὲν ὡς τύραννον ἐξετάζῃς, ἰδιώτην εὑρήσεις με μᾶλλον ἢ τύραννον. ἐὰν δὲ ὡς ἰδιώτην, ἔχοντά τι διὰ τὴν ἀνάγκην καὶ τυράννου. κρατεῖν γὰρ οὐχ οἷόν τε τοιαύτης ἀρχῆς ὠμότητι μὴ χρώμενον. εἰ δ' ἔστιν ἐν τυραννίδι χρηστότης ἀκίνδυνον, διά τε τἄλλα καὶ διὰ τοῦτό σοι ποθῶ συγγενέσθαι. πείσομαι γάρ σοι τὴν ἡμερωτέραν ὁδὸν πορευθῆναι, ἐὰν τὸ πιστὸν εἰς σωτηρίαν τῷ πεισθησομένῳ, μετὰ τῶν πυθαγόρου λόγων ἡ ἀλήθεια προσβεβαιώσῃ.

Θώρακι. 24

ΠΟτερον ἐμαυτὸν ὡς ἀσαφῶς γράφοντα μέμψομαι, ἢ σὲ ὡς ἑκουσίως μαθεῖν μὴ βουλόμενον αἰτιάσομαι, ἀγνοῶ. δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκλογισμῶν λελοίπασιν. εἰ σαφέστερον ἐπιζητεῖς διδαχθῆναι, τοὺς ἄλλῳ σε τρόπῳ διδάξοντας, ἢ σὺ μαθεῖν ἂν ἠθέλησας, ἐν τάχει παρ' ἡμῶν προσδέχου. Ἔρρωσο.

Λεοντιάδῃ. 25

ΟΥ νῦν ἀλλὰ πολλάκις ἤδη σοι γέγραφα μηδεμίαν ἄλλην εὐχαριστίαν ἢ ταύτην ἡμῖν ἀποδιδόναι περὶ τῆς γυναικὸς εἰ ἄρα νομίζεις ὑφ' ἡμῶν εὖ πεπονθέναι διὰ τὸν γάμον, τὸ στέργειν ἐκείνην, δι' ἣν ἡμῖν οἴει δεῖν χάριτας ἀπονέμειν, ἐξ ἧς ἡ συνάφεια τοῦ πρὸς ἡμᾶς γένους, ἀρχὴν εἰληφέναι σοι φαίνεται. Ἔρρωσο.

Ἀριφράδει. 26

ΑΥθάδεια καὶ νεότητος ἀβουλία, πολλοὺς ἀνθρώπων ἀπώλεσεν. οἷς ἀμφοτέροις πάθεσιν, ἴσθι σου τὸν υἱὸν κεχρημένον. ἀδικούμενος δ' ὑπ' αὐτοῦ δι' ἃς προείρηκα αἰτίας, τὴν ἄμυναν ἐπέσχηκα, σοὶ βουλόμενος οὐκ ἐκείνῳ χαρίζεσθαι. μαρτυρῇ γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἀρίστην ἐπιείκειαν ἔχων παρὰ σεαυτῷ. διόπερ οὐκ ἐδοκίμαζον δι' υἱοῦ πονηρίαν, λυπεῖν γῆρας πατρὸς οὐδὲν ἀδικοῦντος. ἕνα γὰρ ἔχων παῖδα τοῦτον, εἰ καὶ πάντως φαῦλός ἐστι, δι' ἐρημίαν ἄλλου διαδόχου, στέργεις. κακίαν γὰρ υἱοῦ, πατρὸς εὔνοια νικᾷ. ἐὰν μέντοι μὴ παύσηται πλεονάζων, ἀπειθῇ δὲ καὶ τοῖς σοῖς παραγγέλμασι καὶ τοῖς ἐμοῖς λόγοις, μὴ ἀγνοήσῃς, ὅτι καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ σοῦ λήψομαι τὰς προσηκούσας παρ' αὐτοῦ δίκας. ἵνα δὲ ὅταν ἐπ' αὐτῷ γένηται τῷ κακῷ, διατείνων ἐν οἷς ἐστι μὴ προσποιηθῇ, δοκεῖν ἠγνοηκέναι, τὰ ὑπ' ἐμοῦ γεγραμμένα πρὸς σὲ, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον περὶ τούτων ἐπέσταλκα. Ἔρρωσο.

Ἀντιμάχῳ. 27

ΕΙ μὲν ἔχων οὐκ ἀποδίδως τὸ δάνειον ἑκὼν εἶ πονηρός. εἰ δ' οὐκ ἔχων, ἀδικεῖς μὲν, τὸ δὲ ἀκούσιον παρὰ τοῖς ἀνθρωπίνως λογιζομένοις, συγγνώμης ἄξιον. ἡ δὲ συγγνώμη γίνωσκε, ὅτι μέλλησίς ἐστιν ἀπολήψεως οὐ παντελὴς χρημάτων ἀπόγνωσις.

Nam opinio falsa, mihi dolori est. At verò, mihi ad te accedere, non est tutum, propter eam, cuius in simulor, Tyrannidem. Si enim sine armis & satellitũ comitatu me itineri commisero, facilè interficiar. Sin cum armis & presidiis, suspicionẽ excitabo. Tibi verò extra periculũ posito liberum est, & omnino tutum, ad me venire, & tranqnillam vnà vitam agere. Cùm verò tibi cognitus fuero, tũ si me quasi Tyrannum consideraueris, magis Idiotam quàm Tyrãnum esse comperies: sin vt Idiotam, inuenies etiam in me Tyrannicum quoddam inesse, quoad necessitas postulat. Tantum enim imperium sine crudelitate sæuitiáque retineri non potest. Sin in regno leuitas periculo vacat, cùm ob alia tum etiã ob hoc maximè vti sua consuetudine cupio. Tu enim mihi persuadebis, vt mitiorem viã ingrediar, si fidem credenti salutarem, præter Pythagoræ sermones, ipsa quoque veritas comprobabit.

Thoraci.

VTrũ me ipsum obscuritatis in scribendo cõdemnẽ an te data opera non intelligere velle accusem, incertus sum. Duæ enim myriades cogitationum relictę sunt. Quòd si planius doceri studes, breui venturos, qui alia te ratione docturi sint, quàm tibi placeat à nobis opperire. Vale.

Leontiadi.

NOn iam primùm: sed antea persępe ad te scripsi, nullam aliã pro vxore, quàm hãc gratiam à te nobis referri posse, si quidẽ tibi propter nuptias, beneficiũ dedisse videmur, vt eã ames, per quã nobis reddendam gratiam esse putas; ex qua in nostri generis communionem primum videris introiuisse. Vale.

Ariphradi.

COntumacia & adolescentiæ temeritas, multis mortalibus exitiosa fuit, quibus vtrisq; vitiis filium tuum scito vsum esse. Quamuis autem iniuria ab illo mihi illata est: propter has, quas commemoraui caussas, tamen pœnam distuli, quòd tibi nõ illi gratificari vellem. Multorum enim præstantissimorũ testimonio tibi singularis æquitas tribuitur. Quare nolui ex filio malitiã æstimare, ne senectutẽ patris æquissimi, quíque nullã iniuriam fecisset in mœrores conicerem. Nam quoniam vnicus est tibi filius tametsi omnibus flagitiis inquinatus, tamẽ propter alterius successoris destitutionẽ, hunc charissimum habes. Etenim filij scelera, superantur à paterna beneuolentia. Quòd si immoderatus esse non desinet, sed & tuis præceptis & meis sermonibus inobedientem se præbebit, non te clam sit, me & meipsius & tuo nomine iustas ab illo pœnas repetiturum. Vt autem cùm persistens in proposito in ipsum malum inciderit, ignorantiam prætexere nõ possit, eadem quæ ad te scripsi, etiam illi per literas significaui. Vale.

Antimacho.

SI habens non persoluas es alienum, vltrò malus es. Sin autem non habens, iniustè quidem agis: attamen quod ab inuito fit, apud homines rem animo considerantibus veniam meretur. Veniam verò scito cunctationem in accipiendo, non perpetuam pecuniam desperationem esse.

Aristomeni.

Ariſtomeni.

NE te mea vulnera, quæ in bello accepi, perturbent. beneuolentiam enim & dolorem tuum, amplector & amo. Tantum autem abeſt hæc me moleſto animo ferre: tametſi parum abfuit, quin mihi mortem conſciſceret: vt cùm omnibus mortalibus mors deteſtabilis & inuiſa habeatur, mihi ſit in votis, fato citiùs, etiamſi plus ad viuendùm ſpacij conceſſurum eſſet, in prælio mortem obire. Quid enim viro generoſo præclarius, quàm de virtute & victoria concertando, vitam repellere.

Xenopiti.

NOn me ſollicitum habent calumniæ & opiniones, quibus aliqui falſo accuſantes aduerſum nos vtuntur. Et hoc animo ſum nullâ ſanè aliâ ob cauſſam, quàm quod intelligo cæteris natura malis, mihi verò ob eam quæ Dijs plus poteſt, neceſſitatem eiuſmodi, accidere. Hoc autem intereſt, quod ego Tyrannus cùm ſim, poteſtatem ex imperio me poſſidere confiteor. Vos verò, cùm ſitis Idiotæ, legum metu deterriti, verum ingenuè fateri non audetis.

Catanenſibus.

CAptos ex veſtris ciuibus aliquos, cùm nullam omnino ſpem ſalutis haberent, amplius quoniam vobis eorum cedes nõ admodum cordi eſſet, incolumes ſeruaui, non quòd inimicitias quæ mihi vobiſcum intercedunt, è memoria deleuiſſem. Omnium enim obliuioſiſſimus eſſem, ſi minori ſupplicio, quàm ira me hortatur, vos afficere negligerem. Cùm verò dignas mihi pœnas lueritis, tum vobis calamitatis magnitudo, ſcelera perpetrata in mentem reuocabit.

Steſichori filiabus.

TAuromenitæ quidem, pro quibus ad me ſcribitis & ex patris iuſſu cùm vita ceſſerit, id facere confirmatis, non ſanè digni erant, quibus humanitas exhiberetur vlla. Cùm enim nihil in eos deliquiſſem vnquam, neque grauiter neque leuiter, bellum per iniuriam mihi intulerunt. Steſichorus verò non ſolùm vt hoc à me beneficium ferat, dignus eſt, quod per vos flagitat cũ precium; quod eis pro redimendis captiuis imperaui, reddi iubet, verùm etiam ſi quid ſupra vires propemodum poſtulare. Quamuis enim morte abreptus videtur, quod nemo rationis compos facilè dixerit, tamen eiuſmodi vir mea opinione, mortem non ſubiuit. Non enim tantum vim habebit odium Tauromenitarum, vt Steſichorus quod modò petit non ſit impetraturus, dummodo in Phalaridis, id poteſtate ſitum ſit. Nam ab illo omnes homines vinci par eſt, omnium verò maximè me, qui inter tot hominum myriadas, quos cognoui, integriorem viri ac præſtantiorem animum non viderim. Quamobrem iuſſi, vt eis pecuniæ redderentur, & hoc beneficium non dare me veſtro parenti, ſed ab illo capere exiſtimo.

Critophemo.

OFficiũ boni amici, & tu facis & omnes quicũque mihi plus æquo de fortitudine teſtificãtes,

Ἀριστομένει. 28

ΜΗ συνάχθου μοι περὶ τῶν τραυμάτων ὧν τέτρωμαι κατὰ τὸν πόλεμον. τὸ μὲν γὰρ εὔνουν καὶ συμπαθές σου, ἄγαμαι· τοσοῦτον δ᾽ ἀπέχω τοῦ βαρέως φέρειν ἐπὶ τοῖς τοιούτοις εἰ καὶ παρ᾽ ὀλίγον ἦλθον ἐξ αὐτῶν ἀποθανεῖν, ὥστε ἀπευκτοῦ τοῦ θανάτου ὄντος πᾶσιν ἀνθρώποις, δεξαίμην ἂν καὶ τῆς εἱμαρμένης θᾶττον εἰ καὶ πλείονά μοι χρόνον ἐπιτρέποι ζῆν, ἐν πολέμῳ τελευτῆσαι. τί γὰρ ἀνδρὶ γενναίῳ μεῖζον ἀγαθὸν, ἢ περὶ ἀρετῆς καὶ νίκης ἀγωνιζομένῳ ἀπερείσασθαι τὸν βίον.

Ξενοπείθει. 29

ΟΥκ ἄχθομαι ταῖς διαβολαῖς οὔτε ταῖς δόξαις αἷς ἔχουσιν ἐφ᾽ ἡμῖν οἱ μὴ δικαίως κατηγοροῦντες. καὶ τοῦτο δι᾽ οὐδὲν ἕτερον πέπονθα, ἢ διὰ τὸ γινώσκειν, ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις φύσει κακοῖς, ἐμοὶ δὲ διὰ τὴν καὶ θεῶν πλεῖον ἰσχύουσαν ἀνάγκην τοιούτῳ γενέσθαι συνέβη· διαφέρει δὲ καθόσον, ὅτι ἐγὼ μὲν τύραννος ὢν, ἐξουσίαν διὰ τὴν ἀρχὴν ἔχειν ὁμολογῶ· ὑμεῖς δὲ ἰδιῶται γεγονότες, παρ᾽ ὅσον δεδοίκατε νόμους, ὁμολογεῖν δέον, ἀρνεῖσθε.

Καταναίοις. 30

ΑΧθέντας αἰχμαλώτους τῶν ὑμετέρων πολιτῶν τινὰς, οὐδεμίαν ἐκ τῶν μυρίων ἔχοντας ἐλπίδα σωθῆναι, διὰ τὸ μὴ σφόδρα ὑμῖν αὐτῶν ἀναιρεθέντων μέλειν, σέσωκα, οὐκ ἐπιλελησμένος τῆς πρὸς ὑμᾶς ἔχθρας· ἁπάντων γὰρ ἂν εἴην ἐπιλησμονέστατος, εἰ τοῦ θυμοῦ μικροτέραν δίκην παρ᾽ ὑμῶν λαβεῖν καταφρονήσαιμι. ὅταν δὲ τὴν κατ᾽ ἀξίαν ὑπόσχητέ μοι, τόθ᾽ ὑμᾶς τὸ μέγεθος τῆς συμφορᾶς, ὧν ἐδράσατε κακῶν ἀναμνήσει.

Ταῖς Στησιχόρου θυγατράσι. 31

ΤΑυρομενῖται μὲν, ὑπὲρ ὧν γράφετε πρός με ἐντολὴν ἔχειν λέγουσαι παρὰ τοῦ πατρὸς ὅτε μετήλλαττε τὸν βίον, οὐδεμιᾶς ἦσαν ἐπιτήδειοι τυχεῖν ἐπιεικείας. οὐδὲν γὰρ ὑπ᾽ ἐμοῦ πώποτε πλημμεληθέντες οὔτ᾽ ἔλαττον οὔτε μεῖζον, ἐξήνεγκαν ἀδίκως τὸν κατ᾽ ἐμοῦ πόλεμον. Στησίχορος δὲ οὐ μόνον ταύτης τῆς χάριτος ἄξιός ἐστι παρ᾽ ἐμοῦ τυχεῖν ἣν αἰτεῖται δι᾽ ὑμῶν, τὰ λύτρα τῶν αἰχμαλώτων αὐτοῖς, ἅπερ εἰσεπραξάμην ἀποδοθῆναι προστάξαι, ἀλλ᾽ εἰ καί τι τῶν ἀδυνάτων ἐστὶ μεῖζον. καὶ γὰρ εἰ τεθνάναι δοκεῖ τισιν, ὅπερ οὐδεὶς ἂν εὖ φρονῶν εἴποι, ἐμοὶ γοῦν ὁ τοιοῦτος, οὐ τέθνηκε. μὴ γὰρ τοσοῦτον ἰσχύσειε τὸ κατὰ Ταυρομενιτῶν μῖσος, ὥστε Στησίχορον αἰτησάμενόν τι μὴ λαβεῖν, ὧν Φάλαρις ἔχει τὴν ἐξουσίαν. πάντας μὲν γὰρ ἀνθρώπους ὑπ᾽ ἐκείνου πρέπει νικᾶσθαι. περιττότερον δὲ πάντων ἐμὲ, τὸν ἐν τοσαύταις μυριάσιν ἀνθρώπων ὧν ἐπειράθην, ἀνδρὸς ἐπιφανεστέραν ψυχὴν οὐκ ἰδόντα· διό τε, τὰ χρήματα αὐτοῖς ἀποδοῦναι προστέταχα. καὶ τὴν χάριν ταύτην οὐ δεδωκέναι τῷ πατρὶ ὑμῶν μὰ τοὺς θεοὺς, ἀλλ᾽ αὐτὸς παρ᾽ ἐκείνου μᾶλλον εἰληφέναι νομίζω.

Κριτοφήμῳ. 32

ΑΓαθοῦ μὲν ἔργον φίλου καὶ σὺ ποιεῖς καὶ πάντες, ὅσοι πλεῖόν τι μοι τῆς μετρίας περὶ ἀνδρείας μαρτυρεῖτε,

πεπεισμένοι ταῖς ἐμαῖς βουλαῖς ἢ πράξεσιν ἡττῆσθαι λεοντίνους. ἐγὼ δὲ σαφῶς οἶδα τὴν μὲν ἀναγκαίαν ἄμυναν, ὑπ' ἐμοῦ πεπραγμένην, τὴν δὲ εὐκταιοτάτην νίκην ὑπὸ τῆς τύχης κατωρθωμένην. οὐδὲν γὰρ ἐστὶν ὦ φίλτατε τῶν ἐν ἀνθρώποις, οὔτε μεῖζον οὔτε ἔλαττον, ὃ μὴ ταῖς ἐκείνης ῥοπαῖς βεβαιοῦται.

Κτησίππῳ. 33

ΟΥτε πρῶτον ὁ πηνίκα Ταυρομενῖται ἀδίκως ἐξενήνεγκαν τὸν κατ' ἐμοῦ πόλεμον, ἀπολυτρώσας τοὺς αἰχμαλώτους ἐκείνοις ἐχαριζόμην, τῷ κοινῷ δὲ νόμῳ τῶν ἑλλήνων, οὐκ ἠναντιώθην, οὔθ' ὕστερον ἀποδιδοὺς ἃ τότε ἔλαβον εὐεργετῶν τοὺς ἀποδιδοὺς ἃ τότε ἔλαβον εὐεργετῶν τοὺς ἀποληψομένους, ὅπερ ὠνείδιζες, αὐτοῖς ἀπέδωκα. Στησιχόρῳ δὲ πρεσβευσαμένῳ διὰ τῶν θυγατέρων περὶ αὐτῶν ἐπείσθην. Ταυρομενῖται μὲν οὖν καὶ τεθνηκότι Στησιχόρῳ χάριν εἰδέτωσαν, ὧν ἔτυχον. Στησίχορος δὲ τοῖς ἑαυτοῦ τρόποις. ἐγὼ δὲ περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐκείνῳ χάριτας εἰδώς, οὐκ ἂν περὶ τῆς πρεσβείας ἀμνημονήσω. γινώσκω γὰρ ὅτι δι' αὐτῆς αἰτησάμενός τι παρ' ἐμοῦ, καὶ τυχών, Ταυρομενίτας μὲν, εἰς χρήματα εὐηργέτησε. ἐμὲ δὲ εἰς ἐπίδειξιν ἧς ἔχειν ὑπ' ἀνθρώπων ἀπιστοῦμαι χρηστότητος.

Πολυδεύκει. 34

ΘΑυμάζειν διὰ τῆς ἐπιστολῆς ἔοικας τὴν παρὰ πολύμου μεταβολὴν τοῦ βίου, ὅτι τὸν ἄλλον χρόνον θρασύτερος ἢ κατὰ τύραννον ἐμφανὴς ὤν, τανῦν οὐδὲ τοῖς ἀναγκαιοτάτοις ὁρῶμαι. ἐγὼ δὲ ἐν δέοντι ἤδη, φεύγω πάντας ἀνθρώπους. πίστιν γὰρ οὔτε παρ' ἄλλοις τισίν, οὔτ' ἐν φίλοις βεβαίαν εὗρον. διὸ πάντα πολυπόνως ἐπιγνούς, τὴν ἀοίκητον ἐρημίαν ἐν λιβύῃ, τοῦ μετ' ἀνθρώπων βίου αἱρετωτέραν ὑπολαμβάνω, καὶ τὰ θηρόβατα νομάδων ἐν διαιτήμασι. μᾶλλον γὰρ ἐμπελασθεὶς λέουσιν ἀκινδύνως συναυλισαίμην ἂν καὶ συνευνηθείην ἑρπετοῖς πᾶσιν, ἢ τοῖς νῦν οὖσιν ἀνθρώποις. τοσοῦτον ἡμῖν αἱ πολλαὶ καὶ ποικίλαι καὶ συνεχεῖς τύχαι ἐμπειρίας καὶ πονηρίας μετέδωκαν.

Πολυγνώτῳ. 35

ΚΑὶ τοῦ δωρεῖσθαί τί σοι πρὸς τὸ μέλλον καὶ τοῦ γράφειν πεπαύσομαι πολύγνωτε. πέπαυσο δὲ καὶ σὺ τῶν ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς πολλοὺς ἐπαίνων. τοῖς γὰρ ἔργοις με κατηγορῶν, δι' ὧν οὐδὲν προσδέχῃ τῶν πεμπομένων ὑπ' ἐμοῦ, τοῖς λόγοις με ἐγκωμιάζεις, οὐδὲ τοῦτο συνιείς, ὅτι λόγος ἔργου σκιὰ παρὰ τοῖς σωφρονεστέροις πεπίστευται.

Κλεομενίδῃ. 36

ΤΩν δωρεῶν ὅσαι μέν σοι πρὸς τὴν γυμνασιαρχίαν ἀνήκουσι, πεπόμφαμεν ἐλαίου μὲν ξέστας διακοσίους καὶ πυρῶν μεδίμνους τε τετρακοσίους. ὅσα δὲ νεότητός ἐστι τῷ υἱῷ σοῦ. τόν τε οἶνον καὶ τοὺς γραμματεῖς παῖδας καὶ τὰ στησιχόρου ποιήματα, εἰ μὴ καὶ ταῦτά τις τὰ δῶρα συρακουσίων ὑποπτεύσειε, νεωτέρων ἕνεκεν πραγμάτων ὑπὸ τυράννου πεπέμφθαι.

Γοργίᾳ. 37

ΤΑ μὲν ἄλλα τῆς ἐπιστολῆς σου πάντα καλῶς ἡγοῦμαι γεγράφθαι, τὴν δὲ παράκλησιν τὴν ἐπὶ

meis consiliis quàm actionibus magis succubuisse Leontinos arbitrantur. Ego verò certum habeo necessariam defensionē à me susceptam esse: exoptatam verò victoriam à fortuna gubernatam. Nihil enim ô bone vir est in humanis rebus neq; tam grande neque tam exiguum, quòd non eius viribus & inclinationibus corroboretur.

Ctesippo.

NEque primùm, cùm iniusto bello Tauromenitæ me prouocassent liberatos captiuos, eis donaui, sed communem Græcorum legem non violare nolui, neque postea cum redderem, quæ tum ceperam, beneficium in eos, ad quos fructus perueniebat, quemadmodum tu exprobras contuli. Sed Stesichoro per filias hæc roganti, moré gessi. Tauromenitæ igitur etiá defuncto Stesichoro gratiam pro his, quæ sunt adepti, habeant. Stesichorus verò suis ipsius moribus & ingenio. Ego verò quo de sæpenumero splendidè benéque meritus fuerat, hanc ei petitionem denegare nō debui. Video auté eiusmodi fuisse deprecationē quam si impetrasset: Tauromenitis quidem quod ad pecunias attinet, auxilio esset, Mihi verò ad præbendum specimen eiusmoderationis à qua me alienissimum homines opinantur esse, materiam daret.

Polydeuci.

MIrari videris in tuis literis subitò meæ vitæ commutationem factá esse, qui cùm antè solerem audentius etiam quam Tyranno conduceret, in publicum prodire, nunc ne à familiarissimis quidem conspiciar. Ego verò contra iá omniū hominum congressum fugio vitóque. Fidem enim nec in cæteris, nec in amicis firmam ac solidam inueni. Quare cùm omnia miseriarum plena esse videam quamuis desertā Lybiæ solitudinem, & feris patentes Numidum habitationes, consuetudini vitęque inter homines, anteponendas censeo. Minore enim periculo inter leones, omnéque serpētum genus, quàm cum huius seculi mortalibus habitare, somnúmque carpere possem. Tantam ex crebris variisque & continuis fortunæ telis, experientiam malitiámque accepi.

Polygnoto.

EGo te & donis in posterum afficere & scriptis alloqui Polygnote desinam. Tu verò laudibus etiam nos apud vulgus extollere desine. Quid enim hoc est aliud, quàm reipsa criminari, cùm quæ tibi mitto non accipis, & tamē verbis mihi laudem tribuis, neque hoc intelligis orationem & verba, reipsius vmbram à sapientioribus existimari.

Cleomenidæ.

MVnera quantum ad ludos faciendos requiritur, misimus ad te cados olei ducētos, & frumenti Medimnos quadringentos. Quæ verò sunt iuuētutis, ad filium tuum, vinum & scribas pueros, & Stesichori poëmata, nisi quis hæc etiá dona Syracusiorum nouandarum rerum caussā abs Tyranno missa esse, suspicabitur.

Gorgiæ.

QVod ad reliquá tuarū literarū parté attinet, omnia rectè scripsisse mihi visus es, adhortatio-

nem

nē futuri temporis vnā maximè ſuperuacaneā eſſe arbitror. Ego enim neque mortem, neque genus vllum mortis formido, & id me ſapienter facere ſtatuo. Fatum enim non ſub hominum leges ſtatutáque cadit. Et omnino, quicunque vel inquirit hæc diligentius, vel acerbius metuit, eum ego ſtolidiſſimum iudico. Si quis aut præcognoſci futura credit, aut ſi præcognita ſint, caueri poſſe. Sin cognitionem non tollit: ſed cautionem euitatlonémque remouet, quid in cognoſcendo futura operam ponit, quod & ignorantem, & ſcientem eodem modo tangit? At verò, neminem tam impudentem eſſe puto, qui confirmare audeat, non modò ſciri verùm etiam caueri impendentia ne contingant, & ordinari atque diſpenſari loco præcogniti mali, fortunatiorem alium exitum & euentum poſſe. Hoc enim Dei non hominis eſt opus. Quod ſiquis ab Ioue deſcendentes Æacum, Mino & Rhadamanthum alióſque ſemideos, neque immortales extitiſſe, neque aliter, quàm cuiuſque fatum tulit, mortem obiſſe conſideret, atque idem parcas, aut mortem ægro animo ferat, aut ſollicitè timeat, ecquid ille tibi rationis compos eſſe videtur. Quare in primis operam dabis, vt in his rebus eiuſdem ſis ſententiæ, nullámque de iis curam ſuſcipias. Nos enim omni ſollicitudine vacare ſcias.

Demoteli.

TVis adhortationibus libenter ſanè veniam tribuo. Cùm enim Tyrannus nunquam fueris Tyranno conſulis, vt Tyrannidem deponat, neque verò Deorum quenquam obſidem aut ſponſorem adhibes, cui fortitan fidem adhiberem: ſed teipſum ſatis grauem in tanta re fideiuſſorem fore exiſtimas: fortè quod ignoras periculoſius eſſe deponere tantum imperium quàm parare. Quemadmodum enim vtilius eſt Idiotæ nō regnū gerere quàm gerere, ſic Tyranno nō deponere, quàm deponere regnū ſatius eſt. Prorſus autē conſimili modo de Tyrānide, quēadmodū de generatione, vitáq; hominis ſentiendū eſt. Neque homo audiens de ſui procreatione, ſi qua ratione id fieri poſſet, quibus incommodis maliſque per vitam vſurus eſſet, vnquam procreari gignive cuperet, neque Idiota, regnandi libidine ductus, ſi priorum audiat de miſeriis in Tyrannide inſitis: Tyrannus & non potius Idiota vitam agere exoptaret. Sic Demoteles Homini non naſci quàm naſci commodius eſſe video, & vſque ad finem vitæ Idiotam manere, quàm cum Tyrannide viuere. Quod igitur ſi antè Tyrannidem hoc mihi conſilium expoſitis malis dediſſes; planè à regnandi cupiditate me reuocaſſes. Nunc verò cùm Tyrannus ſim, & propter imperij neceſſitatem, plurima multò antè pertulerim, ne Deorum quidem regi ſuadenti relinquendum illud eſſe, morem gererem, ne dum homini. Noui enim, ſi me imperio abdicarem, multis grauibúſque moleſtiis ab his, in quos Tyrannidem exercui, afflicto mihi vitam exigendam fore.

Polyſtrato.

TVm cæteris amicis omnibus ſcripſi, vt velociter Agrigentum aduolent, tum à te

τοῖς μέλλουσι περιττεύειν νοῦν μάλιστα λογίζομαι. ἐγὼ γὰρ οὔτε τελευτὴν, οὔτε τελευτῆς εἶδος φεύγω σωφρονεῖν ὑπολαμβανόμενος. εἱμαρμένη γὰρ οὐχ ὑπ' ἀνθρώπων νομοθετεῖται. καὶ καθόλου δὲ, τὸν ἐξετάζοντα περὶ τῶν τοιούτων, ἢ δεδιότα περὶ τῶν ἐσομένων κακῶν, λίαν εὐήθη νομίζω, εἴτις ἢ προγνῶναι τὸ μέλλον δύνασθαι πέπεισαι, ἢ προγνοὺς φυλάξασθαι, εἰ δέ τις τὸ μὲν γνῶναι δυνατὸν ἡγεῖται, τὸ δὲ φυλάξασθαι ἀδύνατον, τί χάριν ἐσπούδακεν εἰδέναι τὸ γινόμενον, ὅπερ ἀγνοοῦντος καὶ γινώσκοντος ἔσται. οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καὶ συνὸν τῷ γνῶναι καὶ τὸ φυλάξασθαι τοῦτ' ἐστὶν ἄνυστον εἶναι φήσαι τις, ὡς γενέσθαι καὶ διατάξαι καὶ μεταθεῖναι ἄλλο ἀντὶ τοῦ προγνωσθέντος χείρονος ἐπιεικέστερον ᾧ τελευτῆσαι δύναιτ' ἄν, ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι. θεοῦ γὰρ ἔργον τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἀνθρώπου. ἐνθυμηθεὶς δέ τις τοὺς λεγομένους ἀπὸ τοῦ Διὸς Αἰακὸν καὶ Μίνω καὶ Ῥαδάμανθυν, καὶ τοὺς ἄλλους ἡμιθέους, οὔτε ἀθανάτους γενομένους, οὔτε ἄλλως ἀποθανόντας ἢ κατὰ τὴν ἰδίαν ἕκαστον εἱμαρμένην. ἢ περὶ μοίρας ἢ θανάτου δυσανασχετῶν ἢ φοβούμενος, ἐμπεδόφρων εἶναί σοι δοκεῖ; μάλιστα μὲν οὖν πειρῶ καὶ σὺ τοιαύτην διάνοιαν ἐν τοῖς ἰδίοις περὶ τῶν ἀφανῶν ἔχειν, ὡς μηδὲν περὶ αὐτῶν φροντίζειν. ἐπείτοι περὶ ἡμῶν, ὡς μηδὲν μεριμνώντων ἐπίστασο.

Δημοτέλει. 38

ΣΥγγνώμην ἔχω σοι τῶν παραινέσεων. τύραννος γὰρ οὐ γεγονὼς, τυράννῳ συμβουλεύεις καταθέσθαι τυραννίδα. θεῶν μὲν οὐδένα μοι διδοὺς ἐγγυητὴν τῆς ἀσφαλείας, ᾧ τάχα ἂν καὶ ἐπείσθην, ἀξιόπιστον δὲ σαυτὸν ἡγούμενος ἀνάδοχον καὶ ὑπὲρ τηλικούτου πράγματος. σχεδὸν οὐκ εἰδὼς ὅτι τοῦ κτήσασθαι τὴν τοιαύτην ἀρχὴν, ἐπισφαλέστερόν ἐστι τὸ καταθέσθαι. ὥσπερ γὰρ ἰδιώτῃ τοῦ τυραννῆσαι πολλῷ λυσιτελέστερόν ἐστι τὸ μὴ τυραννῆσαι, οὕτω τυράννῳ τοῦ καταθέσθαι τὸ μὴ καταθέσθαι τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος. καθόλου δὲ τὸ περὶ τυραννίδος οὕτως, ὡς περὶ γενέσεως καὶ ζωῆς ἀνθρώπου φρονητέον. οὔτε γὰρ ἄνθρωπος ἀκούσας περὶ τῆς ἑαυτοῦ γενέσεως, εἴπως γένοιτο δυνατὸν, ὅσοις μέλλει δυσκόλοις ἐγκυρήσειν παρὰ τὸν βίον, γεννηθῆναι βουληθείη πότ' ἄν, οὔτ' ἰδιώτης ἐσπουδακὼς τυραννῆσαι, προπυθόμενος τὰς ἐν τυραννίδι κακοδαιμονίας, τύραννος ἂν ἀλλ' οὐκ ἰδιώτης ἐθελήσειε καταβιῶναι. οὕτω Δημότελες ἀνθρώπῳ τοῦ μὲν γενέσθαι συμφερώτερον ὁρῶ τὸ μὴ γενέσθαι. τοῦ τυραννῆσαι δὲ, τὸ μεῖναι μέχρι ζωῆς ἰδιώτην. εἰ μὲν οὖν πρὸ τῆς τυραννίδος τὰ περὶ αὐτῆς μοι διηγησάμενος κακὰ συνεβούλευες, πάντως ἂν ἐπείσθην μὴ τυραννῆσαι. τύραννος δὲ ὢν καὶ διὰ τὴν ἀνάγκην τῆς ἀρχῆς εἰς πολλὰ προεπταικὼς, οὐχ ὅτι ἀνθρώπῳ τινὶ πεισθείην καταθέσθαι τὴν ταύτης ἐξουσίαν, ἀλλ' οὐδὲ θεῶν τῷ δυναστεύοντι. καταθέμενον γὰρ τὴν ἀρχὴν, οἶδ' ὅτι δεῖ πολλὰ καὶ δεινὰ παθόντα πρὸς τῶν τυραννηθέντων, οὕτω καταστρέψαι τὸν βίον.

Πολυστράτῳ. 39

ΚΑὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι φίλοις ἐπέσταλκα διὰ ταχέων ἐλθεῖν εἰς Ἀκράγαντα.

καὶ σοῦ δέομαι παραγγένεσθαι πρὸ ὀλυμπίων. βούλομαι γὰρ τῶν μάλιστα εὐνουστάτων σύλλογον ἀγαγὼν, τὴν πρέπουσαν ἐπιμέλειαν ὥσπερ ἄλλοτε καὶ νῦν ποιήσασθαι. καὶ περὶ πραγμάτων ἐπισφαλῶν καὶ μεγάλων γνώμην λαβεῖν· ἀτόπου μὲν ἢ δυσκόλου μεταδώσων οὐδενός. ἀρκέσω γὰρ τοῖς ἐμαυτοῦ. πειθησόμενος δὲ οἷς ἂν εἴποιτε, ἵνα μενούσης μὲν τῆς ἀρχῆς ἐν οἷς ἐστι, πολλάκις ὑμᾶς δεξιώσωμαι. πιπτούσης δὲ ταύτης ἐὰν δοκῇ τῷ δαίμονι, τὴν ὑστάτην λαβόντες προσαγόρευσιν μνήμονες εὐσεβεῖς ὧν ἐφιλοτιμήθημεν εἰς ὑμᾶς γένοισθε. ἵκετε οὖν ἀνυπερθέτως, τῇ προτέρᾳ προθυμίᾳ κεχρημένοι πρὸς φάλαριν, ὃν μάλιστα ὑμεῖς γνώσκετε.

Παυρόλᾳ. 40

Ἐδεξάμην τὸν ὑπὸ σοῦ πεμφθέντα μοι στέφανον ὁλκῆς χρυσῶν ἑξακοσίων, ὃν τύχης μὲν ἕνεκα καὶ τῆς τοῦ πέμψαντος φιλοτιμίας, εἴληφα. στεφανωσάμενος δὲ, αὐτὸν ἡμέραν μίαν ἐν ᾗ τοῖς πατρῴοις θεοῖς ἐπινίκια τῆς πρὸς λεοντίνους μάχης ἐβουθύτουν, τὸν αὐτὸν ἀπέσταλκα δῶρον Ερυθίᾳ τῇ μητρί σου. οὐδένα γὰρ εὗρον ἀξιώτερον τοιαύτῃ κοσμηθῆναι πολυτελείᾳ, ἢ μητέρα. γένοιο δ' ἂν ἡμῖν καλλίων σὺ καὶ πρεπωδέστερος στέφανος, εἰ τῆς τῶν γονέων εὐχῆς ἄξια φρονῶν εὑρεθείης.

Ιππολυτίωνι. 41

Ἐπιτέτραφθαί σοι (?) — Ἐπίξέπωσι πρός με παραγγένεσθαι καθὼς ἀξιοῖς. ὅρκον δὲ οὐδένα σοι δίδωμι, τοῦ μηδέν σε πείσεσθαι κακὸν, ἀλλὰ πίστιν. εἰ δέ μου τῇ τῶν λόγων ἀπιστεῖς ὑποσχέσει, νῦν με ταῖς ἀληθείαις ἀδικεῖς, οὐχ ὅτε κατηγορήθης. εἰδὼς γάρ με μηδενὶ πώποτε παραβεβηκότα πίστιν, ὡς κατεγνωκὼς, ὅρκῳ μετέρχῃ, καὶ τί διαφέρει πρὸς εὐσέβειαν, ὅρκον ἢ πίστιν συγχέαι. ἀμφότερα γὰρ ἡ γνώμη βεβαιοῖ. Ἔρρωσο.

Πολυτίμωνι. 42

Εἰ μὲν ἀπὸ τῶν σεαυτοῦ τρόπων στοχαζόμενος ἀπιστεῖς ἐμοὶ, σύνεσιν ἐμοῦ καταδικάζεις οὐ πονηρίαν. εἰ δὲ ἀπὸ τῶν ἐμῶν, ἀγνοίᾳ μου πολὺ διημάρτηκας. τοσοῦτον γὰρ ἀπέχω τοῦ παραβαίνειν πίστιν, ὥστε ἀπ' ἐμαυτοῦ καὶ τοῖς ἄλλοις πέρα τοῦ δέοντος προσέχων, ὡς βεβαιοτέραν πίστεως ἔχουσιν εὐσέβειαν, πολλάκις ἐσφάλην. ἧκε οὖν ἐμοὶ πεισθεὶς ἄνευ δόλου καὶ ἀπάτης. πεισόμενος ἄδικον μὲν οὐδὲν, μαρτυρήσων δὲ πρὸς ἅπαντας, ὅτι φάλαρις οὐ ψεύδεται πίστιν.

Τεύκρῳ. 43

Ἀριστομένει τῷ σῷ, τὸ χωρίον παρεδόθη, καὶ ἱππολυτίων ἀφείθη τῶν ἐγκλημάτων. σὲ δ' ὡς ἐπαγγέλλῃ, προσδοκῶμεν. ἐγὼ δὲ ἔρρωμαι, εἰ τοῦτ' ἐστὶν ἐρρῶσθαι, τὸ πολλοῖς ἐπιχειρήσαντα καὶ τῶν πλείστων περιγενόμενον διὰ τὰ χείρω, μεταμελεῖσθαι καὶ περὶ τῶν βελτιόνων.

Νικίᾳ. 44

Ἐφ' οἷς μισεῖς σου τὸν υἱὸν ὅτι τοῖς σοῖς οὐ μιμεῖται τρόποις, ὑπὸ τῶν ἄλλων πάντων φιλεῖται.

peto, vt ante Olympia præsto sis. Est enim mihi in animo, maximè fauentium meis rationibus amicorum concilium habere, atque ita necessariam curam obire, & de rebus periculosis ac arduis cõsilium capere. Nec verò quicquam faciã, quod aut sceleratum aut illis molestum esse possit. Contentus enim meis ero: sed idcirco mihi sic visum est, vt persuasus vestris consiliis, si quidẽ manserit in eo statu regnum, in quo nunc est, sępius vos complectar. Sin ceciderit, & sic in fatis fuerit, hac postrema appellatione sumpta, cum religione quadam meæ erga vos beneuolentiæ, memoriam conseruetis. Quamobrem venite, sine cunctatione moráque & pristinum animorum fauorem erga Phalaridem declarate, qui vobis potissimum cognitus & exploratus est.

Paurolæ.

Allata est ad me missa à te corona põdere sexcentorum aureorum, quam fortunæ caussa & ob eius qui miserat, liberalitatẽ accepi. Qua diem vnum redimitus, quo patriis diis gratulatorum sacrificium pro pugna contra Leontinos inita, afferebam, eandem Erythriæ matri tuæ rursus dono misi. Neminem enim reperi digniorem, quem hoc tã precioso munere ornarem, præter matrem. Tu verò nobis multò pulchrior decentiáque corona fueris, si parentum notis tua studia respondere inuenientur.

Hippolytioni.

Facio tibi potestatem, vt petis, ad me veniendi. Cæterùm iuramento tibi me nullo obligo, nihil te mali passurum, sed fide. Quòd si pollicitationi verborum meorum fidem non habes, iam reuera mihi iniuriam facis, & non cùm accusabaris. Cùm enim noris cúmque à me fidem datam, violatam esse, quasi huius me criminis condemnans, iusiurandum requiris. Et quid interest quod ad religionem pertinet iusiurandum confundas an fidem. Nam vtrumque animi sententia comprobat & confirmat. Vale.

Polytimoni.

Si tuos mores intuens & considerans non satis mihi credis, prudentiæ me non malitiæ insimulas: sin meos, ignoratio mei te in errorem impulit. Tantum enim abest, præterire me fidem solere, vt ex meo ingenio coniecturam faciens, & plus æquo reliquis confidens, quasi maioris æstimantibus fidei religionem, persæpè deceptus falsúsque sim. Quamobrem ad me venias & tibi persuadeas, extra dolum & insidias te fore. Nam & nihil periculi experieris, & apud omnes postea testimonium perhibebis fidem à Phalari contemptam non esse.

Teucro.

Aristomeni tuo villa data est, & Hippolytion est iudicio absolutus. Te verò, vt edicas expectamus. Ego sanè valeo, si est id valere, cùm multis vim attuleris, & eos superaueris propter peiora, etiam meliorum pœnitere.

Niciæ.

Quæ tibi caussa est, odio tuum filium prosequendi, quod tuos mores non imitetur, eadem cæteris omnibus est eum diligendi.

Quare

Quare ſic ſtatuas, omnibus qui hunc diligunt, te inuiſum, atque exoſum eſſe.

Adimanto.

AVdio tibi cum fratre tuo controuerſiam eſſe, vter veſtrûm ſit deterior cùm tu illum nominas, ille rurſum te. Ego verò in ea ſum opinione, immò rectè perſuaſum habeo, reliquis omnibus eũ antecellere nequitia, te verò neque ab illo, neque ab alio vllo hominum ſuperari. Vale.

Aegeſteis.

DEſiſtite pulſos à me in exilium recipere. Phalarim enim neque beneficiis, neque iniuriis facilè quis vincit: id quod ex Meliteſium & Leontinorum rebus perſpicere poteſtis. Illis enim libertatis, his ſeruitutis autor extiti, quod Leontini meã triremem demerſerant, Melitenſes verò ſeruare tuerique voluerant. Valete.

Antiſtheni & Theotimo.

MVnerum à me miſſorum, Antiſthenes quidẽ partem ſuſcepit, Theotimus verò non item. Proinde alteri gratiam habeo, alteri verò non ſuccenſeo. Nam alter, qui admiſit, nihil meas opes diminuit, alter me nullo damno affecit.

Menecli.

NE te probitatis tuæ pœnitudo ceperit, ſi à patris iniquitate & ſcelere vis alienus videri. Alioquin prioris etiam temporis opinionem & famã apud Camarinenſes perdes. Credent enim te ſimulatione ad tempus, non veritate réque ipſa virtuti operam nauaſſe.

Epiſtrato.

TAnquam ad fortunatũ aliquem, ita ad me literas dediſti. Ego verò mearũ rerũ ſtatũ paucis verbis planũ faciã. Si hoc eſt fœliciter agere, ſimul ac in lucem prodieris, orbitatem expertum eſſe, deinde iuuenem caſu quodam patria priuatum, & maxima facultatum parte mulctatum, atque inter Barbarorum mores verſatum, ab omni terra per vim & iniuriam exulem expelli, nec ſolùm ab inimicis: verùm etiam ab iis, in quos tua magna conſtant merita, inſidiis circumueniri, & cùm Tyrannidem ſis adeptus, illam quoque vitam abominari: ſi illud inquam eſt fœliciter agere: prorſus fortunati ſumus.

Onetori.

TV & omnes amici in hoc maximè gratum mihi feceritis, ſi de me nec inquiratis, nec ſollicitudine aliqua maceremini, niſi cùm mihi placitum ſit. Sic enim nobis vtitur fortuna, vt vberiorem lætandi materiam audientibus inimicis, quàm amicis non ſubodorantibus dolendi præbeat.

Eteonico.

REliquorum ſimultates & inimicitiam, quotquot mihi damnum dederunt, facilè, tua autoritate obliuioni mandauerim. Mortales enim cùm ſimus, ſempiternam, nam vt quidam aiunt, tenere non debemus: at Pythonis odiũ non modò viuus: ſed ne mortuus quidẽ, quod tamen omnibus è vita diſcedẽtibus cõtingere ſolet, è memori adeleuero.

συνίες ἂν ὅτι πάντες οἱ τοῦτον φιλοῦντες, σὲ μισοῦσι

Ἀδειμάντῳ. 45

ΑΚούω σε διαφέρεσθαι πρὸς τὸν ἀδελφὸν ὁπότερος ὑμῶν ἐστι χείρων, σοῦ μὲν ἐκεῖνον λέγοντος. ἐκείνου δὲ, τοὔμπαλιν σέ. ἐγὼ δ᾽ οἴομαι, μᾶλλον δὲ καλῶς πέπεισμαι, τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἐκεῖνον εἶναι κακίω· σοῦ δὲ οὔτε ἐκεῖνον, οὔτε ἄλλων ἀνθρώπων οὐδένα. Ἔρρωσο.

Αἰγεστέοις. 46

ΠΑύσασθέ μου τοὺς φυγάδας ὑποδεχόμενοι. φάλαριν γὰρ οὔτ᾽ εὖ ποιῶν τις, οὔτε κακῶς ἐνίκησε. μάθοιτε δ᾽ ἂν τὸ τοιοῦτον, εἰ τὰ μελιταίων καὶ λεοντίνων ἴδοιτε. οἷς μὲν γὰρ ἐλευθερίας, λεοντίνοις δὲ δουλείας, παραίτιος ἐγενόμην. οἱ μὲν, ὅτι τριήρη μου κατέδυσαν. οἱ μελιταῖοι δὲ, ὅτι καταδυομένην ἐβούλοντο σῶσαι. Ἔρρωσθε.

Ἀντισθένει καὶ Θεοτίμῳ. 47

ΤΩν ὑπ᾽ ἐμοῦ πεμφθεισῶν δωρεῶν, ἀντισθένης μὲν τὸ μέρος ἐδέξατο· θεότιμος δὲ, οὔ. διὸ τῷ μὲν, οἶδα χάριν. τὸν δὲ, οὐ μέμφομαι. ὁ μὲν γὰρ οὐδὲν ἠλάττωσέ με λαβών. ὁ δ᾽ οὐδὲν ἐζημίωσε.

Μενεκλεῖ. 48

ΜΗ μετα μέλου χρηστὸς γενόμενος, εἰ βούλει τῆς τοῦ πατρὸς πονηρίας ἀπολιμπανόμενος νομισθῆναι. ἐπεὶ καὶ τῆς προτέρου χρόνου τὴν πρὸς καμαριναίους ὑπόληψιν προσαπολεῖς. ὑποκείσεσθαι γὰρ καιροῦ δόξεις, οὐκ ἀληθείᾳ χρηστὸς γεγονέναι.

Ἐπιστράτῳ. 49

ΩΣ πρὸς εὐτυχῆ τινα γράφειν ἔοικας. ἐγὼ δέ σοι τὰ περὶ ἐμοῦ συνελὼν ἐν βραχεῖ δηλώσω. εἰ τοῦτ᾽ ἐστὶν εὐτυχεῖν τὸ γεννηθέντα μὲν, ὀρφανίας πειραθῆναι. νέον δὲ ὄντα κατὰ περίστασιν ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος, ἀπολέσαι δὲ τὰ πλεῖστα τῆς οὐσίας, [illegible] δὲ ἐν βαρβάροις ἔθεσι, φεύγειν δὲ ἐξ ἁπάσης γῆς ἀδικούμενον, ἐπιβουλεύεσθαι δὲ μὴ μόνον ὑπ᾽ ἐχθρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν εὐεργετουμένων, τυραννήσαντα δὲ, ἀπεύχεσθαι καὶ τὸν ἐν τυραννίδι βίον, εὐτυχοῦμεν.

Ὀνήτορι. 50

ΚΑὶ σὺ, καὶ πάντες οἱ φίλοι τοῦτ᾽ ἄν μοι χαρίζοισθε. μήτε ἐξετάζοντες περὶ ἐμοῦ μηδὲν μήτε πολὺ πραγμονοῦντες. εἰ μή τι βουλοίμην. τοιαῦτα γάρ ἐστι τὰ κατὰ τύχην περὶ ἡμᾶς, ὡς μᾶλλον ἡσθῆναι τοὺς ἐχθροὺς ἀκούσαντας, ἢ λυπηθῆναι τοὺς φίλους μὴ συνυπακούσαντας.

Ἐτεονίκῳ. 51

ΤΗς μὲν τῶν ἄλλων ἔχθρας ὅσοι τι κακόν με δεδράκασιν ὡς παρακαλεῖς κἂν ἐπιλαθοίμην. θνητοὺς γὰρ ὄντας, ἀθάνατον ὀργὴν ἔχειν ὥς φασί τινες. οὐ προσήκει· τῆς μέν τοι πύθωνος εἰς ἐμαυτὸν δυσμενείας, οὐ μόνον ζῶν, ἀλλ᾽ οὐδ᾽ ἂν ἀποθανών, ὃ πᾶσι συμβαίνει τοῖς τετελευτηκόσιν ἐπιλαθοίμην.

ὁ γὰρ τὰ μέγιστά με τῶν κακῶν ἐργασάμενος οὗτός ἐστιν. ὁ μετὰ τὴν ἐμὴν φυγὴν Ἐρυθίαν τὴν γυναῖκα βουλομένην ἐμὲ διώκειν, ἀναινομένην δὲ τούτῳ γήμασθαι φαρμάκῳ διαφθείρας.

Μεγαρεῦσιν. 52

ΟΥκ ἐλπίζων παρ' ὑμῶν ἀπολήψεσθαι χάριν τὰς τριήρεις ὑμῶν ἁλούσας μεθῆκα περιφανῶς κατ' ἐμοῦ πλεούσας. εἰ γὰρ ἐμνημονεύετε χάριτος, οὐκ ἂν ἐπελάθεσθε, ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα.

Λεοντίνοις. 53

ΛΕωνίδαν ὃν ἐξεπέμψατε κατάσκοπον τῶν ἐμῶν πραγμάτων ἁλόντα, δυνάμενος ἀποκτεῖναι, σέσωκα, οὐχ ὑμῖν χαριζόμενος. ἀλλ' ἵνα μὴ ζητῶ, τίς ὑμῖν σαφῶς ἀπαγγείλῃ τὴν παρασκευὴν τοῦ καθ' ὑμῶν πολέμου. καὶ γὰρ ἐμοὶ πιστῶς ἄνευ βασάνου τὰ παρ' ὑμῖν ἐδήλωσεν, ὅτι πάντων ἐνδεεῖς ἐστὲ πλὴν λιμοῦ καὶ φόβου. τούτων δὲ ὑμᾶς φησὶ λίαν εὐπορεῖν.

Ἱμεραίοις. 54

ΕΓὼ πάντα μὲν ὑπὲρ Στησιχόρου πράττειν ἑτοιμός εἰμι. κἂν, εἰ πρὸς αὐτὴν ἔδει μετὰ τὴν μοῖραν ὅπλα ἀράμενον περὶ τοῦ θανάτου διαγωνίσασθαι, οὐκ ἂν ὤκνησα, ἐφ' ὥστε θεῖον ἄνδρα περὶ κάλλους ὑμνῳδίας ἐπαινούμενον, ὑμῖν τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις περισώσασθαι ὃν ἐξ ἁπάντων αἱ καθαρώταται θεαὶ μοῦσαι προὐτίμησαν ὑμνοπόλων. δι' οὗ μέλης χοροὺς ἐξιώσεγκαν λογίσασθε. ἢ, ὡς ὅποι ποτ' ἂν ταφῇ Στησίχορος, Ἱμεραῖός ἐστι. καὶ πάσης μὲν πατρίδος κληθήσεται διὰ τὴν ἀρετήν. μενεῖ δὲ ὑμέτερος. ἅμα δὲ, μὴ δὲ οἴεσθε ἕνα τῶν νεκρῶν Στησίχορον, ἀλλ' ἐν τοῖς ποιήμασιν εἶναι, ἃ κοινὰ πάντων ἀνθρώπων πεποίηται. δέξασθ' ὦ Ἱμεραῖοι, παρὰ μὲν ὑμῖν γεννηθέντα, τραφῆναι τὸν ἥρωα καὶ παιδευθέντα βιῶναι γηράσκοντα ἐν ὕμνοις καὶ μέλεσι. παρὰ δὲ Καταναίοις τοῦτο βουληθεῖσιν, εἴτε δυνηθεῖσιν, εἰς ἄλλο τι τῆς φύσεως μεταβαλούσης, τελευτῆσαι· καὶ ἐν μὲν Ἱμέρᾳ, νεὼς ἱστάσθω Στησιχόρου, μνημεῖον ἀρετῆς ἀθάνατον. ἐν δὲ Κατάνῃ τὸ σπουδαζόμενον ὑπ' αὐτῶν, τάφος. περὶ μὲν οὖν τούτου ὅπως ἂν ἄμεινον δόξειεν ὑμῖν αὐτοῖς, πράσσετε. μήτε χρημάτων τὸ ἐπ' ἐμοὶ, μήτ' ὅπλων ἐνδεεῖς εἶναι νομίζοντες, μήτ' ἀνδρῶν. ἓν δὲ προνοεῖσθε, ὡς οὔτε ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ, Σικελιώταις οὖσιν ἀπρεπές. οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ὑμῖν πόλιν ἐν Σικελίᾳ Σικελιώταις οὖσιν εὐπρεπές. οὔτε μὴ ἑλοῦσιν ἀσφαλές. τὸν δὲ ἄνδρα μὴ στένετε. μήτ' ὀλοφύρεσθε, κινοῦντές τι τῆς ἐπ' αὐτῷ τύχης· τέθνηκε μὲν γὰρ τὸ σῶμα τὸ Στησιχόρου. τὸ ὄνομα δὲ παραλαβὼν ὁ ἀνήνυτος αἰὼν, εὐκλεὲς μὲν ἐν βίῳ, μακάριον δὲ ἐν μνήμαις ἀναθήσεται. τὰ μέν τοι μέλη καὶ ἔπη, καὶ παντοῖα ποιήματα παραινῶ καὶ δημοσίᾳ ἐν πᾶσι τοῖς ἱεροῖς ἀναγράψασθαι. καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ἐν τῷ σφετέρῳ οἴκῳ· τότε γὰρ ἂν ἀφανίζοιτο Στησίχορος, ὅταν τούτων τι μὴ φυλάττηται.

Is enim est qui grauissimis omnium iniuriis malisque me afflixit, qui post hanc meam fugam, Erythiæ vxori quod me prosequi, neque illi nubere vellet, veneno mortem obtulit.

Megarensibus.

CAptas triremes vestras dimisi manifestò cōtra me nauigātes omni exclusa spe gratiam à vobis me recepturum aliquam. Si enim reddendi beneficij vobis in mentem venisset, non hoc obliti essetis, quod ter antea vobis penè mortuis charitate annonæ, salutem opémque attuli.

Leontinis.

LEonidam, quem res meas exploratum, misistis, captum cum occidere possem, viuum seruaui, non quidem id in vestram gratiam: sed ne mihi quærendum sit, quis vobis omnem apparatum belli contra vos suscepti significet & denunciet. Mihi enim fideliter sine quæstionibus de vestrarum rerum statu iudicauit, omnium rerum penuria vos laborare, fame tamen & metu exceptis. Hæc enim affatim vobis suppetere.

Himerensibus.

EGo pro Stesichoro quiduis agere paratus sum. Quod si aduersus ipsam etiam parcam arma mihi capienda fuissent & de morte dimicandum, nihil timuissem: saltem vt vobis aliisque mortalibus diuinum virum florentémque carminum laudibus, conseruaßem, quem sanctissimæ Deæ Musæ lyricis vniuersis antepofuerunt, à quo cantus chorósque acceperunt. Hoc vos considerare velim, vbicunque terrarum sepultus sit Stesichorus, eum Himerensem esse: qui omnis patriæ propter virtutem appellabitur, at vester permanebit. Tum ne cogitetis, Stesichorum in mortuis numerari. Etenim in poëmatis suis quæ communia cunctis hominibus fecit, superstes est atque viuit. Quare prædicate bonis auibus ô Himerenses, apud vos natum educatúmque Heroem, apud vos eruditum institutúmque vixisse, senescentem in Hymnis & carminibus. Apud Catanenses verò qui hoc voluerunt siue potuerunt, natura in diuersum commutata mortem obiisse. Et Himeræ templum ædificetur Stesichori, sempiternum virtutis monimentum: Catane verò sepulchrum, quod summo studio ab ipsis obseruatur & expetitur. De hoc igitur, quod vobis visum fuerit, statuite, atque me neque pecuniis, neque armis, neque corporibus defuturum vobis putate. Vnum autem illud antè perpendite, neque si ceperitis vrbem Siciliæ vobis Siculis inhonestum fore, neque si non ceperitis vrbem Siciliæ, vobis Siculis honestū fore, aut tutum. Virum autem ne lugeatis, neque deploretis, neque ob eius casum, quicquam moliamini. Corpus enim Stesichori morte absumptum est. Nomen verò temporis æternitas exceptum in vita nobilitat & in memoria fœlicitati consecrabit. Carmina verò eius versus & omnia genera poëmatum publicè per omnia templa, scriptis mandata collocare: & quenque vestrûm in domo sua priuatim iubeo & adhortor. Tum enim è medio discedet & euanescet Stesichorus, cùm horum aliquid non diligenter custoditum seruatúmque fuerit.

Ad hæc operam inprimis dare, vt in cæteros mortales hæc transmittantur & dispergantur: scientes, maiore admiratione ciuitatem, quæ talem hominē tulerit, quam ipsum virum, habitam iri.

Thrasenori.

CAstellum, quod tu oppugnans depopulansque reliqueras, à Teucro, incursione captum oppressumque est. Citius autem quàm epistola fuerit allata, subactum scitò castellum fuisse.

Abaridi.

AVdio te studiorū, illustriumque virorū caussa, ab Hyperboreis, ad nostras oras accessisse, & idcirco cum Pythagora philosopho, Stesichoro poeta, alijsque Græcis & eruditis viris commerciū habuisse, multúmque ab ipsis eruditionis & scientiæ hausisse, quærere autem plurium, adhuc ad cognoscenda ea, quæ nescis conuentum atque consortiū. Qod si calumniæ quibus proscindor ad tuas aures peruenerūt & eiusmodi quiddam de me persuasum habes cuiusmodi calumniatores obijciunt, non sanè facilè est ab hac te sententia abducere. Sin veritatem rémque ipsam scrutandam & inquirendam censes, tum ab omnibus hominibus: tum præsertim à viris sapientia claris ad me veni; vt nostro colloquio sermonéque fruaris, quod alij multi maximè memorabiles & laude digni viri factitarunt. Nam experiundo cognosces tum alia honestius & moderatius, &, si dicere non erubescendum est, humanius habere, quàm per famam traducta sunt, & eum qui hæc dicit, & pollicetur Phalaridem nihil iis, quorum in his virtutibus: summa laus est & admiratio inferiorem esse.

Abaris Phalaridi Tyranno.

DEclarasti plenam iniuriis & crudelitate naturam. Neque tu viro & fœmina. Sed Leæna & sue agresti procreato mihi videris. Omnia enim per vim & vires agis, praua quadam imperitia & feritate. Ne tu pium hominem Abarim, accersas in vrbem Agrigentum. Planè enim ab inuidia seuitia & tetra inscitia mihi animus abhorret. Sin omnino ita vis, vt in ædes tuas veniā, Græcorū legibus vtere, ad tuam aram me prouoca, manus mentémque purgatám gere tum erga omnes tuos ciues tum erga peregrinum. Sin minus, valere te Abaris iubet.

Polystrato & Daisco.

ACcingimini solùm & mihi bellum sine mora & cunctatione inferte. Illa enim præmia quæ vos in concione Leontinorum, cum criminationibus in me coniectis protulistis, neque vobis inuidemus, neque quo minus ad ea consequenda nitamini dissuademus.

Nausicli.

EGo quidem, quod iam tibi sæpenumerò scripsi, quamuis Hermocrates, aut alius quispiam vetuerit à me profecta dona suscipere filiam Philodemi nubentem, tamen ea remisi donóque dedi. Et par mea laus, immò splendidior est, quod cum eiusmodi cognatis ego Tyrannus, nullóque cognationis vinculo attingens contendam.

εἴς τε τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους διαπέμψασθε ἐπιμελῶς. εἰδότες, ὅτι μᾶλλον τοῦ γράψαντος ἀνδρὸς, ἡ θρέψασα πόλις τὸν τοιοῦτον, ὑπὸ πάντων θαυμασθήσεται.

Θρασηνόρει. 55

TO φρούριον ὃ σὺ πορθῶν ἐγκατέλιπες, ὑπὸ τοῦ τεύκρου ἐξ ἐπιδρομῆς καθῃρέθη. τῷ δὲ περὶ τὴν ἐπιστολὴν τάχει, συντομώτερον ἴσθι ληφθὲν τὸ χωρίον.

Ἀβάριδι. 56

ΠΥνθάνομαί σε χάριν ὁμιλίας ἀνδρῶν ἐπιφανῶν ἐξ ὑπερβορέων εἰς τοὺς καθ' ἡμᾶς ἀφικέσθαι τόπους. πυθαγόρᾳ μὲν οὖν τῷ φιλοσόφῳ καὶ στησιχόρῳ τῷ ποιητῇ καὶ τισὶν ἄλλοις τῶν ἐλλογίμων ἑλλήνων, συμμεμιχέναι, καὶ πολλὰ παρ' αὐτῶν προσμεμαθηκέναι. ζητεῖν δὲ καὶ πλείοσιν ἱστορίας χάριν ὧν οὐκ οἶσθα, ἐντυχεῖν. εἰ μὲν οὖν προσηκούσης τῇ χρήσῃ τῶν ἐμαῖς διαβολαῖς, καὶ πέπεισαι τοιοῦτον εἶναι με, ὁποῖον οἱ διαβάλλοντες εἰσάγουσι, μεταπεῖθειν οὐ ῥᾴδιον, εἰ δὲ τὸ ἀληθὲς ἐξετάζεσθαι δικαιοῖς, παρὰ πᾶσι μὲν ἀνθρώποις, μάλιστα δὲ παρὰ σοφοῖς ἀνδράσιν, ἐλθὲ πρός με συγγενησόμενος, ὥσπερ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἀξίων λόγου. γνώσῃ γὰρ ἐκ πείρας, τά, τε ἄλλα ἅπαντα κάλλιον καὶ σεμνότερον, εἰ δὲ δεῖ εἰπεῖν μηδὲν ὀκνήσαντα, καὶ φιλανθρωπότερον, ἢ πρὸς τὴν κατέχουσαν φήμην ἐσχηματισμένα, καὶ τὸν ταῦτα λέγοντα καὶ κοσμοῦντα φάλαριν, οὐδενὸς τῶν σφόδρα ἐπὶ τούτοις θαυμαζομένων ἐνδεέστερον.

Ἀβαρις φαλάριδι τῷ τυράννῳ. 57

EΔειξας φύσιν οἰκείαν ὕβρεως καὶ ὠμότητος. καί σε ἔτεκεν οὐ γυνὴ καὶ ἀνήρ. ἀλλὰ λέαινα καὶ σῦς ἄγριος. ποιεῖς γὰρ πάντα βίᾳ καὶ προσέτι ἰσχύϊ δόξῃ κακῇ καὶ ἀγριότητι. μὴ σύ γε κάλει ἄβαριν εὐσεβῆ ἄνδρα εἰς πόλιν ἀκράγαντα. ἀλλότρια γὰρ ἐμοὶ φθόνος καὶ χαλεπότης καὶ κακὴ ἄγνοια· εἰ δὲ προθύμως μεθέλεις ἐλθεῖν εἰς τὸν οἶκον, νόμοις ἑλληνικοῖς χρώμενος, προκαλοῦ με εἰς τὴν ἑστίαν, καθαρεύων χερσὶ καὶ ψυχῇ πρὸς πάντα πολίτην σὸν καὶ ξένον, εἰ δὲ μή, χαίρειν σοι ἄβαρις λέγει.

Πολυστράτῳ καὶ Δαΐσκῳ. 58

EΓχειρεῖτε καὶ μὴ μέλλετε διὰ τάχους ἐμοὶ πολεμεῖν. ἐπὶ τοιούτοις γὰρ ἄθλοις οἷς δημηγοροῦντες ἐλέγετε διαβάλλοντές με πρὸς λεοντίνους, οὔτε φθονοῦμεν ὑμῖν, οὔτε ἀποσυμβουλεύομεν φιλοτιμεῖσθαι.

Ναυσικλεῖ. 59

EΓὼ μὲν, ὅπερ ἤδη πολλάκις ἐπέσταλκώς σοι τυγχάνω, κἂν ἑρμοκράτης ἤ τις ἄλλος εἴρξῃ τὰς παρ' ἐμοῦ δωρεὰς λαβεῖν τοῦ φιλοδήμου θυγατέρα γαμουμένην, ἀποπέμπων δέδωκα. καὶ τὸν ἔπαινον ἴσον μᾶλλον δὲ εὐκλεέστερον ἔχω. παρ' ὅσον τοιούτοις συγγενέσιν ὁ τύραννος καὶ μηδὲν προσήκων ἀντεξετάζομαι

πρὸς δὲ τοὺς ὀνειδίζοντας ὅτι χαριζόμενοι πείθομεν, ταύτην ἔχειν τὴν ἀπολογίαν, τὸ μὴ δύνασθαι τοὺς εὐεργετουμένους ἀντὶ φιλοφροσύνης, βίᾳ χρήσασθαι.

Qui verò, largitionibus me persuadere per conuitium exprobrant, his ita responsum volo, non posse eos, qui beneficio deuincti sunt pro beneuolentia vim reponere.

Ἀριστολόχῳ. 60

ΕΠιλαθόμενος ἧς ἔχειν ἠρνοῦ πονηρίας, καὶ γενόμενος ἄλλος τις πρὸς ἡμᾶς, ἢ οἷος εἶ, χαλεπὸν καὶ καθ᾽ ἑκάστην μόνον ὑπολαβέ. μὴ τοῦτο μόνον εἰ πολλάκις ὑπ᾽ ἐμοῦ καὶ καθ᾽ ἑκάστην γε κατηγορίαν εὖ παθὼν, οὐ τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμείβῃ. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐκ ἐάσω χρηστότητα τὴν δοκοῦσαν εἶναί τισι, τῆς κατ᾽ ἐμαυτοῦ πονηρίας ἐνέγκασθαι δευτέραν αἰτίαν. ἀλλ᾽ εἰ μὴ δὲ σὺ σεαυτοῦ πρὸς με εὐεργετεῖν βεβουλημένου φείδῃ, ἡμῶν γοῦν οὕτως ἐχόντων ἐπὶ τὸ πλεῖστον, τάχα ἂν ἐπιεικέστερος ὀφθείης.

Aristolocho.

OBlitus eius nequitiæ, qua te præditum negabas & alio erga nos animo sumpto, quam quale habes, graue & iniquum esse quotidie saltem cogita: non hoc solùm, quod sæpe & in singulis accusationibus, magnis à me beneficiis affectus, non eodem modo gratiam nobis rependis. Non enim ego committam, vt probitas, quæ in speciem quibusdam esse videtur, secundò in iudicium de factis mihimetipsi iniuriis vocetur: Verùm quod ne tibi quidem ipsi erga me qui benefacere tibi voluerim, parcis. Attamen cùm nos eam erga te mentem retineamus, fortassis moderatior & probior haberi possis.

Ἐπιχάρμῳ. 61

ΠΕρὶ τῶν αὐτῶν ὧν σὺ καὶ Δημοτέλης ἡμῖν συνεβουλεύετε ἀποστῆναι τῆς τυραννίδος ταῦτα οὐ δυσνοοῦντες ἀλλ᾽ ἀγνοοῦντες διὰ τὴν ἀπειρίαν, οὕτω συνεβουλεύετε. τὸ μὲν γὰρ ἄρξασθαι τυραννίδος, ὀρεγομένου. τὸ παύσασθαι δὲ, οὐκ ἔτι. διὰ τὸ πολλὰ μὴ δεόντως πρᾶξαι. ὥσπερ οὐδὲ τοξότῃ μεθέντι τὸν οἰστὸν, ἀναλαβεῖν τὸ βεβλημένον. ἀλλ᾽ εἰ μὲν δυνατὸν ὑμῖν ἐστιν ἀνελεῖν τὴν ἀρχὴν τῆς τυραννίδος, καὶ δὴ ποιεῖτε· εἰ δὲ τοῦτο, ἐστὶν ἀδύνατον, ἀδυνατωτέραν ἴστε τὴν ὑμετέραν παραίνεσιν ἐμοὶ δόξαι συμφέρειν.

Epicharmo.

EA, de quibus tu & Demoteles nobis consilium dedistis, de tyrannide relinquenda, non quod malè cuperetis mihi, sed ignorantia potius atque imperitia ductis ita consuluisse vos arbitror. Etenim capessere Tyrannidem, in volentis potestate situ est. Deponere verò nō itē: eo quod multa contra ius & æquitatem patrarit, quemadmodum nec iaculatori licitum est, cum semel eiaculatus est telum, dimissum reuocare. Quod si vos principium Tyrannidis potestis abolere facite quęso. Sin id effici non potest multò minus vestram adhortationem pondus apud me habere scitote.

Τιμοσθένει. 62

ΤΩν στρατιωτῶν οἱ μὲν ἡμίσεις εἰς τὸ φρούριον ἐπιμείναντες, ἐκκοψάτωσαν. οἱ δ᾽ ἄλλοι, τὰς ἐπιδρομὰς τῆς θαλάσσης διαχωσάτωσαν. ἵνα τῆς πλημμυρίδος διαψυγείσης, ἐνεργὸν ἀντὶ ἀργοῦ γένηται τὸ πεδίον. ἀνακείσθω δ᾽ ἡ περὶ ἑκατέρων αὐτῶν χάρις, τοῖς πρώτοις τὸ καθ᾽ ἑαυτοὺς ἔργον ἀποτελέσασιν.

Timosthenι.

MIlitum dimidia pars ad castellum maneat & illud euertat. Reliqui maris vias suffodiant: vt inundatione penetrante, cultus ex inculto campus reddatur. Præmium verò vtrorúmque his, qui primi suum opus perfecerint, tribuatur.

Ἀριστολόχῳ. 63

ΕΙ τὸ, Στησίχορον ἀδείας ἀξιωθῆναι παρ᾽ ἡμῖν αἰχμάλωτον ποτε γενόμενον, ἐπαίρει σε κατ᾽ ἐμοῦ γράφειν τραγῳδίας, ὡς πᾶσι τοῖς ποιηταῖς ἡμέρως προσενεχθησομένου, πολὺ τῆς ἀληθείας διαμαρτάνεις. οὐ γὰρ ἀποδέχομαι κοινότητι ποιητὰς ἀλλὰ τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ποιητῶν. οὐδὲ τοὺς εἰς ἔχθραν ἐμοὶ καταστάντας ἀλλὰ τοὺς γενναιοτάτους τῶν ἐχθρῶν· σὺ δὲ, κακὸς μὲν ποιητής. ἄναλκις δὲ ἐχθρὸς ὢν, καὶ κατὰ ἀνδρείαν καὶ κατὰ δύναμιν ποιητικὴν, Στησιχόρῳ σεαυτὸν προσεικάζεις. γνώσῃ δὲ τὴν ταχίστην τοῦ λεγομένου διαίρεσιν, οὐκ εἰς μακράν. οὐ περὶ ὧν εἰς ἐμὲ γράφεις. πάντων γὰρ ἂν εἴην ἀψυχότατος, εἰ καὶ τῶν σῶν ἐπιστραφείην δραμάτων· ἀλλ᾽ ὅτι τοιοῦτο ὢν ἐχθρὸς καὶ ποιητὴς τῆς αὐτῆς σεαυτὸν καὶ Στησίχορον ἀξιοῖς.

Aristolocho.

SI, quoniam Stesichorus apud nos aliquando captiuus, impunitatem veniámque cōsecutus est, hoc te ad scribendum aduersus nos Tragœdias incitat, credísq; me similiter omnibus poëtis mitem placatúmque fore, plurimum à veritate réque ipsa aberras Non enim omnes ad vnum poëtas: sed pręclaros celebrésque duntaxat amplector, neque qui inimicitias contra me gesserunt: sed inimicorum generosissimos. Tu verò cùm malus poëta sis & instrenuus hostis, tamē & animi magnitudine, & facultate poëtica te cum Stesichoro comparas. At breui & statim cognosces, quantum inter te & cōmemoratum intersit, non quod in me talia scribis: Omnium enim essem ignauissimus, si tui me dramatis mouerent: verùm quoniam cum sis eiusmodi & inimicus & poëta, tamen eodem & temetipsum & Stesichorum honore dignum existimas.

Ἀμφιδάμαντι· Oxon: edit: Ἀφιλάντι καὶ Θρασιβούλῳ. 64

ὁ δ᾽ οὐ Oxon: edit: ΥΜεῖς μὲν ἀποδεδωκέναι τὰ χρήματα ἃ ἐδανείσασθε, Τεύκρῳ λέγετε. ὁ δ᾽ οὔ φησιν ἀπειληφέναι. οὐκ ἔχω δὲ μὰ τὸν Ἡρακλέα, οὔθ᾽ ὑμῖν ἀπιστεῖν, οὔτε κείνῳ μὴ πιστεύειν. ὁ μὲν γὰρ ἐπιζητεῖ βεβαίωσιν

Aphilanti & Thrasibulo.

VOs quidem, pecunias, quas mutuò acceperatis, Teucro reddidisse confirmatis: at ille se recepisse negat. Non autem Hercules possum aut nobis diffidere, aut illi fidem non habere. Nam ille postulat vt signum aliquod ad confirmandam solutionem

ſolutionem proferatis. Vos contra támque amico credidiſſe ei dicitis. Quamobrem anceps animi, ne alterutrius veſtrum ſermoni diffidere videar, quaſi redditæ ſint ita fingo. Quod vtinam in perpetuum veritas ignoretur. neque impoſtor malus, vter vter, tandem ille ſit, in nobis inueniatur. Commodum enim cenſeo, multarum pecuniarum. potius quàm amicorum iacturam facere. Hoc autem neceſſum eſt illuſtrata patefactáque veritate, qui fecerunt iniuriam, & mendacium dixerint, pro amicis, inimici reddantur.

Pelopidæ.

NEque ego, quæ tu petis, ad Steſichorum ſcribere auderem neque ille ſat ſcio, faceret, vt aliquem iam vita defunctum carmine deformaret, etiamſi nos ſcriberemus. Satis autem eſt mihi, hoc ab illo beneficium accepiſſe, quod de Nicoclis vxore poëſin confecit. Sin à nobis aliquid vis rogare, quod non in alterius: ſed in mea voluntate poſitum ſit manda.

Teleclidæ.

PRoprio quodam vſus animi iudicio cum multis iam meis familiaribus & neceſſariis diſſeruiſti (hoc fortè agens, quod & factum eſt, vt ad me ſermones illi deferrentur.) non oportuiſſe, poſt fabricatorem Tauri perilaum, alios hoc ſupplicij genere occidi. propriam enim laudem ſic ad nihilum à meipſo redigi. Ego verò neque laudem illam quam in puniendo perilao fortè ſum aſſecutus, magni pendo: non enim laudem in eius ſupplicio quæſiui, neque calumniæ, quibus ob alios punitos, traducor, mihi dolorem adferunt: A fama enim turpi & honeſta talio ſeiuncta eſt. Neque verò te illud clam habeat me idcirco, quod alios etiam in Tauro perire volebant, hunc plexiſſe, nam quod ad apparatum æris & artificium pertinet, munere non exitio dignus erat. Iuſtum eſt igitur huius ſupplicij culpam tum in ipſum tum in omnes ſimilem fortunã ſubeuntes transferre: ſin etiam in nos à nonnullis inique iudicantibus deriuabitur, iuſque deque ferimus, dummodo poſsimus occiſos eo ſupplicio dignos fuiſſe oſtendere. Initium itaque capientes à primo, quem ſupra omnes homines: immò ſupra ipſam humanitatis naturam flammis peremi, ſimile iudicium in omnibus reliquis adhibete. Si enim punitionem perilai, tamque iuſtam approbatis: de reliquis, à quibus nefandorum ſcelerum pœnas exegi, iure conqueri non poteſtis, neque quos fœderum corruptores, propter intentatam mihi mortem, morte affeci plane enim medius fidius eſſem inops conſilij, ſi cum aliorum qui bene de me meriti ſint, vexatores direptoréſque puniã his qui mihi inſidias ponunt, impunè eſſe ſinerem & ſi iniuſtam terroris aduerſus inſidiantes infamiam ſpectans, mea ipſius pericula negligerem. Audiuimus igitur tuam ſententiam, neque pluribus in ea re moleſtiis eſto, ſed & tibi & mihi negotium faceſſere deciſtito.

ὑμᾶς ἔχειν τῆς ἀποδώσεως. ὑμεῖς δὲ ὡς φίλῳ πεπιστευκέναι λέγετε. δι᾽ ἃς γε αἰτίας οὐκ ἀπειληφὼς, ἵνα μὴ δόξω τισὶν ὑμῶν ἀπιστεῖν ἐν τοῖς λόγοις, ὡς κεκομισμένα προσδέδεγμαι. εἴη μέντοι μέχρι παντὸς ἀγνοεῖν μετ᾽ ἀληθὲς, ἢ τὸ πλάνον ὑμῶν τοῦτον ὅστις ἐστὶ, πονηρὸν εὑρεθῆναι. κρεῖττον γὰρ ἡγοῦμαι πολλῶν χρημάτων ἐνεγκεῖν ζημίαν, ἢ φίλων. ἀνάγκη γὰρ τῆς ἀληθείας εὑρεθείσης, ἀντὶ φίλων τοὺς ἀδικοῦντας καὶ ψευδομένους, ἐχθροὺς γίνεσθαι.

Πελοπίδῃ. 65

ΟΥ̓τ᾽ ἂν ἐγὼ γράψαιμι πρὸς Στησίχορον περὶ ὧν ἀξιοῖς, οὔτ᾽ ἂν ἐκεῖνος ἐπινεύσειεν, εἰς τινὰ τῶν οὐκ ἔτι ζώντων ἐξενεγκεῖν μέλος, εἰ καὶ γράψαιμεν ἡμεῖς. ἀπόχρη δέ μοι χάριν εἰληφέναι παρ᾽ αὐτοῦ, τὴν ἐπὶ τῇ Νικοκλέους γυναικὶ ποίησιν. εἰ δέ τι βούλει παρ᾽ ἡμῶν αἰτεῖν, οὗ τινος ἡ ἐξουσία οὐκ ἐπ᾽ ἀλλοτρίαν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὴν ἐμὴν αἵ εἰσι γνώμην, ἐπίστελλε.

Τηλεκλείδῃ. 66

ἸΔίᾳ τινὶ χρώμενος γνώμῃ, πρὸς πολλοὺς ἤδη τῶν ἐμῶν ἑταίρων διείλεξαι. τοῦτ᾽ ἴσως διαπραττόμενος, ὃ καὶ γέγονεν, εἰς ἐμὲ κομισθῆναι τοὺς λόγους, ὡς οὐκ ἐχρῆν μετὰ τὸν δημιουργὸν τοῦ ταύρου Περίλαον, ἄλλους κατεργάσασθαι, τῷ τρόπῳ τῆς αὐτῆς αἰκίας. τὸν γὰρ ἴδιον λύειν ἔπαινον. ἐγὼ δὲ οὐδὲ τῆς ἐπὶ Περιλάῳ τιμωρίας ἐπαινούμενος ἐπιστρέφομαι. τιμωρὸς γὰρ οὐκ ἐγενόμην ἐπαίνου χάριν, οὔτε τῆς ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κολάσεως διαβαλλόμενος ἄχθομαι. δόξης γὰρ αἰσχρᾶς ἢ καλῆς, ἀμείνω κεχώρισται. οὐ μέντοι καὶ τοῦτο ἴσθι. ὅτι τοῦ μέλλειν καὶ ἄλλους τινὰς ἐν τῷ ταύρῳ διαφθείρεσθαι χάριν, ἐκολασάμην αὐτὸν, ἐπεὶ τῆς τοῦ χαλκοῦ κατασκευῆς ἕνεκα, δωρεᾶς, οὐκ ἀπωλείας ἦν ἄξιος. δίκαιον μὲν οὖν ἐκείνῳ τὰς περὶ τούτων αἰτίας, καὶ τοῖς εἰς τοῦτο τύχης ἥκειν βιαζομένοις, ἀνακεῖσθαι. εἰ δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ἀναφέροιντο ὑπὸ τῶν ἀγνωμονέστερον κρινόντων, οὐκ ἀχθόμεθα. ἕως ἔχομεν ἀξίους ἀποδεικνύναι τῆς κολάσεως τοὺς ἀναιρουμένους. ἀρξάμενοι γὰρ ἀπὸ τοῦ πρώτου κολασθέντος, ὃν ὑπὲρ ἁπάντων ἀνθρώπων, μᾶλλον δὲ αὐτῆς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐπυρπόλησα, τὸν αὐτὸν τρόπον τῆς ἐξετάσεως ἐπὶ πάντων ποιεῖσθε. εἰ γὰρ τὴν ἐπὶ Περιλάῳ κόλασιν, ὡς δικαίαν ἐπαινεῖτε, καὶ τῶν ἄλλων ὅσοις ὑπὲρ ἀλλοτρίων ἀδικημάτων ἐκολασάμην, οὐ δήπου μέμφοισθε ἂν προσηκόντως. οὐδὲ ὅσων ἀνῄρηκα μὲν ἐκ σπονδῶν ἐμοί γε γενομένων, δι᾽ οὓς ἐμηχανήσαντο ὀλέθρους. ἦ πού γε σφόδρα ἂν ἄβουλος εἴην, εἰ τοὺς ὑπὲρ ἄλλων κακούργους ἐάν με καὶ εὖ ποιῶσι τιμωρούμενος, τοὺς εἰς ἐμὲ ἐπιβουλεύοντας ἀζημίους ἐάσαιμι. καὶ τὴν δειλίαν ὑπὲρ τῶν μὴ προσηκόντων, ἐπὶ τὸ φοβερὸς δοκεῖν εἶναι τοῖς ἐπιβουλεύουσιν ἀναδεχόμενος, ὑπὲρ τῶν ἰδίων κινδύνων ὀκνήσαιμι. πεπείσμεθα δὴ περὶ τῆς ἀξιώσεώς σου. καὶ οὐ δεῖ πλείοσιν ἐνοχλεῖν. παῦσαι δὲ καὶ σεαυτῷ καὶ ἐμοὶ πράγματα παρέχων.

Παυρόλᾳ. 67

siquidem neque Diomedes æqualiter argentea pro aureis reponebat, quæ reliquis multò forent vtiliora, & hastas in morem plumbi, reiicere ac repellere nouissent. Hæc tecum iocamur, ex tuis literis, occasione liberè loquendi sumpta. Tu verò si auro præstantiora nobis munera vis mittere, mitte, literas neque cessa continenter id facere. Nam apud me quoduis scriptum à te profectum quamlibet exiguum, in maiore precio est & honore, quàm vllum bonum fingi aut excogitari possit.

Iulianus Eustochio.

HEsiodo consultum videtur propinquos ad epulas conuiuiáque vocare, vt communi gaudio perfruantur, quoniam dolorem etiam atque curam vnà suscipiunt, cùm aliqua subitò perturbatio incidit. Ego verò amicos non propinquos vocandos esse dico. In caussa est, quod cùm propinquo simultates intercedere possunt, amicitia non magis, quàm album nigrum esse, & calidum, frigidum. Quod autem nobis non iam solùm, verumetiam olim amicitia coniunctus fueris, animúmque erga nos beneuolum gesseris, si etiam nullum aliud extaret argumentum: at, quòd nos ita simus erga te affecti, satis huic rei firmum iudicium præbet. Quamobrem venias ipse ad consulatum suscipiendum. Ducet autem te publicus cursus, vectum vno curru & equitatu. Quòd si optandum aliquid est, Dianam tibi propitiam, & Mercurium precamur.

Iulianus Callixenæ.

TEmpus solum hominem iustum declarat, quẽadmodum in veterum exemplis cernimus. Ego verò dicere ausim, pium etiam & amantẽ deorum. Sed & Penelope viri amans comprobata repertáq; est. Hîc iam ad amorem viri pietatem in deos quispiam etiam secundam adiungat, neque videbitur multùm omnino Mandragoræ bibisse. Quòd si quis tempora secum animo reputet, & Penelopen propemodum ab omnibus ob pietatem in virum laudatam, tum etiam fœminas pias, quæ paulò antè in periculum sunt adductæ, & accessionem malorum, quod duplicatum tempus est, potest-ne rectè tibi Penelopen comparare. verùm non exiguas laudes cumulasti: pro quo tibi dij omnes dignum munus rependent, & quòd ad nos attinet, duplum honorem tibi deferemus. Ad sacerdotium enim illud quod antea tenebas: deæ meritissimæ Cereris, & maximæ matris deæ Phrygiæ in pessinunte sacerdotium tibi concedimus.

Iulianus Leontio.

PRouerbium quoddam tumultuarium aures hominibus incertiores esse oculis asserit. Ego quod ad te pertinet, planè sum in contraria sententia quoniam certiores oculis mihi sunt aures. Non enim si te decies vidissem: tantam fidem oculis adhibuissem, quantum nunc auribus meis credo, doctus ab homine, qui non potest mentiri, quòd cùm in omnibus rebus te virum præbeas temetipsum in perpetrandis fortibus facinoribus omni tempore superes, vt inquit Homerus, manibus pedibúsque. Quamobrem vsum tibi armorum damus & armaturam misimus, quæ peditibus congruit, & equestri leuior est. Delegimus autem te in familiarum cohortes, qui constant ex veteranis & bellicosis viris.

Hermo-

Hermogeni præfecto Ægypti.

DAmihi, vt secundum poëtas loquar. O salutem præter spem mihi oblatam, ô vocem insperatam. Quod autem fugi, id verò non accidit propter multicipitem Hydram fratrem meum Constantium, sed propter belluas quæ circum ipsum vagantur ac serpunt omnibus infestas, quæ fecerũt ipsum etiam morosiorem, & ne, quantum posset, omnibus mitem & facilem sese impertiret, quanquam multis talis esse videbatur. Illi certè postea quàm è vita cessit, leuis est terra, tanquam oratio. Hos verò non velim per iniuriam vexari: norit Iuppiter. Cùm autem multi sint, qui crimina & accusationem eis intendunt, iudicium exerceto. Magnum enim me tui videndi desiderium habebat, ità me dij bene ament: & hoc tempore potissimum, eum te saluum & incolumem euasisse audiam: summa cum beneuolentia vt venias hortor.

Iulianus Sarapioni splendidissimo.

ALij quidem aliis rebus nundinas metiuntur. Ego verò suaue tibi iucundæ festiuitatis signũ centum ficus maioribus stimulis domesticásque mitto, muneris quidem magnitudine exiguam, at specie ac pulchritudine satis fortè magnam voluptatem præstans. Aristophani sanè videtur excepto melle reliquis omnibus dulciore ficus anteire. Sed hoc quidem obtinere non potest, vt dulcius existat ficubus, quemadmodum ille suo iudicio pronũciat. Herodoto verò scriptori historiarum, ad demonstrandam veram solitudinem & vastitatem satis fuit dicere: Apud quos neque ficus sunt neq; quicquam aliud boni: quasi neque sit in fructibus alia species ficubus præstantior, neque bonum vllum desit illis, apud quos ficus nascuntur. Homerus autẽ magna sapientia vates, in alios fructus aut à magnitudine aut à colore, aut à pulchritudine, laudes mutuatur. Soli verò ficui dulcedinis cognomen tribuit: & mel pallidũ appellat, ne fortè seipsũ falleret, si dulce dixisset, quod sæpenumerò acerbũ esse cõtingit. Ficui autẽ vni quasi suam propriámque laudem assignat, nõ aliter quàm nectari, quoniã solùm etiam ex aliis dulce est. Mel etiam Hippocrates dicit dulce quidem esse sensu: digestu verò acerbissimum. Neque ego huic sententiæ repugno. Mel enim eiusmodi naturam habere: vt bilem efficiat, omnes vno ore fatẽtur, & vt sapores in contrarium gustum conuertat. Quod sanè magis etiam naturalem eius acerbitatem & ingenitam coarguit. Non enim in id mutaretur, quod est acerbum nisi prorsus ab initio vim eiusmodi tenuisset, à qua ad aliam reciderit. Ficus contrà non solùm gustatu suauis, verumetiam digestu melior est. Ita verò commoda mortalibus existit & vtilis, vt ipsam etiam Alexipharmacum, hoc est omnis contagionis pharmacũ Aristoteles esse scribat, & ob nullam aliam quàm hanc caussam post cœnas apponit, atque in bellariis numerari: vt quasi sacra quædam medicina, purgandis eiiciendisque ciborum incommodis adhibeatur. Atqui quod diis consecrata ficus sit, & in omnibus sacrificiis vsitata, quódque omni Thure ad suffitum faciendum præstantior sit, non ego id quidem de mea sententia dico, verùm qui cognouit eius vsum, is non ignorat, quàm sapientis & diuini propemodùm viri sententia sit.

Ἑρμογένει ὑπάρχῳ αἰγύπτου.

ΔΟς μοι κατὰ τοὺς μελικτὰς εἰπεῖν. ὢ παρ' ἐλπίδα σεσωσμένος ἐγώ. ὢ παρ' ἐλπίδας ἀκηκοώς. ὅτι δι' ἀπέφυγεν, ἔτι μὰ Δία τὴν πολυκέφαλον ὕδραν τὸν ἀδελφόν μου κωνστάντιον. ἐκεῖνος μὲν ἦν οἷος ἦν. ἀλλὰ τὰ περὶ αὐτὸν θηρία, πᾶσιν ἀποφθαλμιῶντα, ἃ κἀκεῖνον ἐποίει χαλεπώτερον, οὐδὲ τὸ καθ' ἑαυτὸν ὄντα ἐπὶ πᾶσι πρᾶον, εἰ καὶ ἐδόκει πολλοῖς τοιοῦτος. ἐκείνῳ μὲν δὴ ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο, κούφη γῆ καθάπερ λόγος. τούτους δὲ ἀδίκως τι παθεῖν οὐκ ἂν ἐθέλοιμι. ἴστω Ζεύς. ἐπειδὴ δὲ αὐτοῖς ἐπανίστανται πολλοὶ κατήγοροι, δικαστήριον ἐπείχθητι. θεάσασθαι γάρ σε ηὐχόμην νὴ τοὺς θεούς. καὶ νῦν εὐμενέστατα ὅτι διεσώθης ἀκηκοώς, ἥκειν παρακελεύομαι.

Ἰουλιανὸς σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ.

ΑΛλοι μὲν ἄλλοις τὰς πανηγύρεις νομίζουσιν. ἐγὼ δέ σοι γλυκείας ἑορτῆς σύνθημα τῶν ἐπιχωρίων ἰσχάδων τὰς μακροκέντους ἑκατὸν ἐκπέμπω. τῷ μὲν τοῦ δώρου μεγέθει μικράν. τῷ κάλλει δὲ ἴσως ἀρκοῦσαν ἡδονὴν μνηστεύσων. ἀριστοφάνει μὲν οὖν δοκεῖ εἶναι πλὴν μέλιτος τῶν ἄλλων γλυκύτερον τὰς ἰσχάδας. καὶ οὐδὲ τοῦτ' ἀνέχεται τῶν ἰσχάδων εἶναι γλυκύτερον, ὡς αὐτὸς ἐπικρίνας λέγει. ἡροδότῳ δὲ ἄρα τῷ συγγραφεῖ, πρὸς ἐπίδειξιν ἐρημίας ἀληθοῦς ἤρκεσεν εἰπόντι. παρ' οἷς οὔτε σῦκα ἐστίν, οὔτε ἄλλο ἀγαθὸν οὐδέν. ὥσπερ οὔτε ἄλλου τινὸς ἐν καρποῖς ἀγαθοῦ, προτέρου τῶν σύκων ὄντος, οὔτε ἔτι πάντως ἀγαθοῦ δέοντος, παρ' οἷς ἂν τὸ σῦκον. ὅμηρος δὲ ὁ σοφός, τὰ μὲν ἄλλα τῶν καρπῶν εἰς μέγεθος ἢ χρόαν ἢ κάλλος ἐπαινεῖ. μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ τὴν τῆς γλυκύτητος ἐπωνυμίαν συγχωρεῖ. καὶ τὸ μὲν μέλι χλωρὸν καλεῖ, δεδιώς, μὴ λάθῃ γλυκὺ προσειπών, ὃ καὶ πικρὸν εἶναι πολλαχοῦ συμβαίνει. τῷ σύκῳ δὲ ἄρα μόνῳ ἀποδίδωσι τὴν οἰκείαν εὐφημίαν, ὥσπερ τῷ νέκταρι. διότι καὶ μόνον γλυκὺ τῶν ἄλλων ἐστί. καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησὶ καὶ γλυκὺ τὴν αἴσθησιν, καὶ πικρὸν εἶναι πάντως τὴν ἀνάδοσιν. καὶ οὐκ ἀπιστῶ τῷ λόγῳ. χολῆς γὰρ αὐτὸ ποιητικὸν εἶναι σύμπαντες ὁμολογοῦσι. καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως. ὃ δὴ καὶ μᾶλλον τὴν ἐκ φύσεως αὐτοῦ πικρότητος κατηγορεῖ γένεσιν. οὐ γὰρ ἂν εἰς τοῦτο μετέβαλλεν ὃ πικρόν ἐστιν, εἰ μὴ καὶ πάντως αὐτῷ προσῆν ἐξ ἀρχῆς τοῦτο, ἀφ' οὗ πρὸς τὸ ἕτερον μετέπιπτε. σῦκον δὲ οὐκ αἰσθήσει μόνον ἡδύ, ἀλλὰ καὶ ἀναδόσει κρεῖττόν ἐστιν. οὕτω δέ ἐστιν ἀνθρώποις ὠφέλιμον, ὥστε καὶ ἀλεξιφάρμακον αὐτὸ παντὸς ὀλεθρίου φαρμακόν φησιν ἀριστοτέλης εἶναι. καὶ τοῖς δείπνοις οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν προστίθεσθαί τε καὶ ἐπιτραγηματίζεσθαι, καθάπερ ἀντ' ἄλλης τινὸς ἀλεξήσεως ἱερᾶς ταῖς τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον. καὶ μὴν ὅτι θεοῖς τὸ σῦκον ἀνάκειται, καὶ θυσίας ἐστὶν ἁπάσης ἐμβώμιον, καὶ ὅτι παντὸς λιβανωτοῦ κρεῖττον ἐς θυμιάματος σκευασίαν ἐστίν, οὐκ ἐμὸς ἴδιος οὗτος ὁ λόγος. ἀλλ' ὅστις τὴν χρείαν αὐτοῦ ἔμαθεν, οἶδεν ὡς ἀνδρὸς σοφοῦ καὶ ἱεροφάντου λόγος ἐστί.

Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς ἐν γεωργίας παραγγέλμασι τὰς τῶν ἑτεροφύτων δένδρων γενέσεις ἐντιθεὶς, καὶ ὅσαι ἀλληλούχοις ἐγκεντρίσεσιν εἴκουσι, πάντων οἶμαι τῶν φυτῶν μᾶλλον ἐπαινεῖ τῆς συκῆς τὸ δένδρον, ὡς αὐτῇ ποικίλης καὶ διαφόρου γενέσεως δεκτικόν. καὶ μόνον τῶν ἄλλων εὔκολον παντοίου γένους ἐνεγκεῖν βλάστην· εἴτις ἑνὸς τῶν κλάδων ἐκτεμὼν ἕκαστον, εἶτα ἐκρήξας ἄλλην ἐς ἄλλον τῶν πρέμνων ἐμφυῆ γονὴν ἐναρμόσειεν, ὡς ἀρκεῖν ἤδη πολλάκις αὐτοῦ καὶ ἀνθ' ὁλοκλήρου κήπου τὴν ὄψιν, οἷον ἐν λειμῶνι χαριεστάτῳ ποικίλην τινὰ καὶ πολυειδῆ τῶν καρπῶν ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν ἀγλαΐαν ἀντιπεπομφότος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν ἀκροδρύων, ἐστὶν ὀλιγοχρόνια, καὶ τὴν μονὴν οὐκ ἀνέχονται. μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ καὶ ὑπερενιαυτίζειν ἔξεστι, καὶ τῇ τοῦ μέλλοντος καρποῦ γενέσει συνενεχθῆναι. ὥστε φησὶ καὶ Ὅμηρος ἐν Ἀλκινόου κήπῳ, τοὺς καρποὺς ἀλλήλοις ἐπιγηράσκειν. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων ἴσως ἂν μῦθος ποιητικὸς εἶναι δόξειε. μόνῳ δὲ τῷ σύκῳ πρὸς τὸ τῆς ἀληθείας ἐναργὲς ἂν συμφοροῖτο· διό τι καὶ μόνον τῶν ἄλλων καρπῶν ἐστι νομιμώτερον. τοιαύτην δὲ ἔχον οἶμαι τὸ σύκον τὴν φύσιν, πολλῷ κρεῖττον ἐστι παρ' ἡμῖν τὴν γένεσιν. ὡς εἶναι τῶν μὲν ἄλλων φυτῶν αὐτὸ τιμιώτερον· αὐτοῦ δὲ τοῦ σύκου τὸ παρ' ἡμῖν θαυμασιώτερον· καὶ νικᾶν μὲν αὐτὸ τῶν ἄλλων τὴν γένεσιν· αὖθις δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν ἡττᾶσθαι. καὶ τῇ πρὸς ἑκάτερον ἐγκρίσει. πάλιν σώζεσθαι. κρατοῦν μὲν ὡς εἰκός. οἷς δ' αὖ κρατεῖσθαι δοκεῖ, πάλιν ἐς τὸ καθόλου νικῶν. καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότερον παρ' ἡμῖν μόνοις συμβαίνει. ἔδει γὰρ οἶμαι τὴν Διὸς πόλιν ἀληθῶς καὶ τὸν τῆς ἑώας ἁπάσης ὀφθαλμόν. τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δαμασκὸν λέγω, τοῖς τε ἄλλοις σύμπασιν, οἷον ἱερῶν κάλλει, καὶ νεῶν μεγέθει, καὶ ὡρῶν εὐκαιρίᾳ, καὶ πηγῶν ἀγλαΐᾳ, καὶ ποταμῶν πλήθει καὶ γῆς εὐφορίᾳ νικῶσαν, μόνην ἄρα καὶ τῷ τοιούτῳ φυτῷ πρὸς τὴν τοῦ θαύματος ὑπεροχὴν ἀρκέσαι. οὐδὲν οὖν ἀνέχεται τῆς μεταβολῆς τὸ δένδρον. οὐδὲ ὑπερβαίνει τοὺς ἐπιχωρίους ὅρους τῆς βλάστης. ἀλλ' ὥσπερ αὐτόχθονος φυτοῦ νόμῳ τὴν ἀποικίας γένεσιν ἀρνεῖται. καὶ χρυσὸς μὲν, οἶμαι καὶ ἄργυρος ὁ αὐτὸς πολλαχοῦ φύεται. μόνη δὲ ἡ παρ' ἡμῖν χώρα, τίκτει φυτὸν ἀλλαχοῦ φῦναι μὴ δυνάμενον. ὥσπερ τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα. καὶ οἱ Περσικοὶ Σῆρες. ἢ ὅσα ἐν τῇ Αἰθιόπων γῇ τίκτεται μὲν καὶ λέγεται, τῷ δὲ τῆς ἐμπορείας νόμῳ πανταχοῦ διαβαίνει. οὕτω δὴ καὶ τὸ παρ' ἡμῖν σύκον ἀλλαχοῦ τῆς γῆς οὐ γινόμενον, πανταχοῦ παρ' ἡμῶν στέλλεται. καὶ οὔτε πόλις, οὔτε νῆσος ἐστὶν, ἣν οὐκ ἐπέρχεται τῷ τῆς ἡδονῆς θαύματι. ἀλλὰ καὶ τράπεζαν βασιλικὴν κοσμεῖ. καὶ παντὸς δείπνου σεμνόν ἐστιν ἐγκαλλώπισμα. καὶ οὔτε ἔνθρυπτον, οὔτε στρεπτὸν, οὔτε νήλατον, οὔτε ἄλλο καρυκείας γένος οὐδὲν, ἔσται ἥδυσμα ἴσον, ἢ ἀφοίκοιτο. τοσοῦτον αὐτῷ τῶν τε ἄλλων ἐδεσμάτων καὶ δὴ καὶ τῶν ἑκασταχοῦ περίεστι τοῦ θαύματος. καὶ τὰ μὲν ἄλλα τῶν σύκων ἢ ὀπώραν ἔχει τὴν βρῶσιν ἢ τερσαινόμενα ἐς τὸ ὅμοιον ἔρχεται. τὸ δὲ παρ' ἡμῖν μόνον ἀμφοτερίζει τῇ χρείᾳ. καὶ καλὸν μέν ἐστιν ἐπιδένδριον. πολλῷ δὲ

Theophraſtus etiam ſpectatus vir in Agriculturæ præceptis, arborum etiam diuerſæ naturæ ortus & originem complexus, quotquot implicatis & mutuis inſitionibus cohærent præ plantis omnibus ficulneam arborem laudibus vehit, tãquam variæ diuerſæque geniture capacem, vt quæ ſola ex reliquis omnis generis fœtus facilè proferat: ſi quis ſingulis eius ramis excectis, poſt aliam defractam, in alium ſtipitem, fœturam innatam ſubiungat. Itaque ſæpè iam eius aſpectus pro toto perfectóq; horto eſt, qui non aliter quàm pratum aliquod iucundiſſimum, vberem ac diuerſam fructuum voluptatẽ edit. Atq; cætera quidem acrodrya ſunt momentaneæ, neque ſuſtinent diuturnitatem. Ficus autem ſola vltra annum durare poteſt, & futurę fructuũ geniturę conferre. Itaque dicit Homerus in Alcinoi horto, fructus ordine conſeneſcere. In aliis igitur hoc fortè poeticum commentum ſit: ficum certè ad veritatis cõfirmationẽ iuuerit. Eam ob cauſsã etiã magis in vſu ac conſuetudine verſatur, quàm reliqui fructus. Cùm igitur tali natura ſit ficus, multò melior apud nos eſt fœtura, vt alias plãtas dignitate excellat, ipſo verò fico, ſit apud nos præſtantior ficus. ſic alios fœtura longè ſuperat, & rurſum à noſtro ſuperatur, & vtroque certamine rurſus non ſuccumbit omnino. Nam ab altera parte victoriã obtinet, ab altera quibus rebus ſuperari videtur his iterũ generatim vincit. Nec verò eſt indignum hoc apud nos potiſſimũ contingere. Oportebat enim mea quidem ſentẽtia Iouis vrbem reuera, & totius orientis lumen (ſacroſanctam & maximam Damaſcũ nomino:) cum cæteris rebus omnibus templorum magnificẽtia, magnitudine nauium, temporum opportunitate, ſcaturigine fontiũ, fluuiorũ copia & vbertate terrę excelleret: ſolã hoc etiã fructus genere, ad ſummũ & extremũ miraculũ præditã eſſe. Nullam igitur trãſplantationẽ arbor hæc capit aut admittit, neq; domeſticos terminos atque fines germinando tranſit: ſed quaſi certa quadã lege plantæ naturæ ac genuinæ, cõſtricta, fœturam in aliena terra reſpuit & recuſat. Aurum vt exiſtimo & argentũ eiuſdẽ generis in locis omnibus naſcitur. Sola verò noſtra tellus, producit arborem, quæ alibi naſci nullo modo poteſt: quemadmodũ, quę aduehũtur ex India: & Perſici Seres: aut quæ in Æthiopum regione gignũtur ac dicuntur, mercandi verò ratione in omnia loca perueniunt. Sic etiam noſtri fici, cùm nullibi terrarum naſcantur, in omnes terræ partes à nobis mittuntur. Neque enim ciuitas eſt aut inſula, quam nõ dulcedinis & ſuauitatis miraculo contingant: ſed & ad regiam menſam ornamenti cauſſà adhibetur, omnique conuiuio decus pulcherrimum adferunt. Neque placentæ, vel ſubcinericei panis, vel mellis farina ſubacti, vel condimenti genus vllum eſt quod ſuauitate poſſit huius dulcedinem æquare aut aſſequi, neque fingi aut excogitari tale quid poterit. Tantùm reliqua fercula condimentáque ratione ſuperat. Et reliqui fici aut vernam comeſingula, ſui admiſtionem deſiderant, aut vt ſimilem conditionem adipiſcantur, exiccationem requirunt. Noſtrates verò ſoli in vtrumque vſum ſunt idonei, & elegantes ac boni quidem dum natiuam formam conſeruant, multò verò me-

liores

liores & elegantiores: ſi premantur. Quòd ſi pulchritudinem eorum in arbore, oculis aſpiceres: quemadmodum à ſingulis ramis, in calicis morem longis ſtimulis dependent, & quemadmodum circum circà quaſi circuitu quodam ambiens fructum arbor multiplicem ordine venuſtatẽ iucunditatémq; effici diceres, idem quod in portu pelles expanſæ, his arborum complexum præſtare. Atque inuentio illa quæ pertinet ad durationem eorum diuturnam, eadem non minùs ad voluptatis vſum ponderis habet. Non enim quemadmodum reliqui fici ſimul & vnà deiiciuntur, neque cumulatim & temerè ſole exuruntur: ſed primò manibus ſenſim eos ab arboribus defringunt: dein ramis aut virgis etiam ſpinoſis ex parietibus ſuſpendunt, vt attactu puri ſolis albeſcant, & ab animalibus: & auibus, ſtimulorum ſpinarúmque auxilio defenſi illæſi & inuiolati permaneant. Atque de fœtura illorum, dulcedine, venuſtate, confectione atque vſu, ſic per literas tecum iocari libuit. Centenarium verò numerum, reliquis præſtabiliorem eſſe, atque perfectionem quandam in ſe numerorum circumſcribere, facilè intelliget, qui ſic animo verſabit. Neque me fugit, antiquos & ſapientes imparem numerum pari præponere ſolitos eſſe: atque principium incrementi dicere τὸ μὴ συνδυάζον quod non condiuidit. Quòd enim alteri ſimile ſit, id manere eiuſmodi, quale ſit alterum. Inter duo verò, tertium impar exiſtere, Ego verò, quanquam audaciùs dictum videri poteſt, dicerem tamen principij numeros eſſe coniunctos omnino & incrementi continentiam omnino ſemper importare. Quare multò iuſtius pari, quàm impari numero cauſſam incrementi aſſignari. Vnitatis enim numerus non eſt περιττὸς: impar, excedens, cùm non habeat quem excedat. Binarij verò coniunctio, duplam imparitatem parit & ex duobus numeris, tertius rectè ad incrementum procedit. Rurſus in alterius dualitatis mixtione, quaternarij numeri aſſumit exceſſum. Et omnino mutua communicatio, quæ vtriuſque imparitatem declarat, in dualitatis numerum concluditur. Hoc ſi datum ſit, dicerem cùm primus denarius in ſui ipſius circumferentiam reuoluitur, totius ſummam ad centenarium numerum peruenturam. Sic vt vno ſurgat incrementum in decem. Rurſus cùm denarius in ſe reducitur, in centenario numero perficiatur. Atque inde iterum ex Hecatontadibus, vniuerſam numerorum vim ac poteſtatem dependere ac defluere, cùm neque quieſcat vnitas, niſi dualitas in mixtione ſemper aliquid impar gignat, & rurſus in ſeipſam reuocetur, donec alia Hecatontade numerorum collectionem includat & circumſcribat, & cùm finem illi perfectionémque dederit, rurſum ex illa ſerpet in aliam. Hecatontadum appellationibus, totum ſemper, vſque in infinitũ referens. Mihíque videtur non temerè neque ſine cauſſa Ioui Ægidà ἑκατόντα θύσανον centũ Fimbriis circũueſtitam Homerus tribuiſſe, ſed meliore quodam & abſcõdito quaſi ſermone rẽ adumbrat, cùm id reuera dicat: ſe perfectiſſimo potentiſſimóq; Deo, abſolutiſſimum etiam numerorum aſcribere, quoque ſolo

κάλλιον, εἰ ἐς τερσίαν ἔλθοι. εἰ δὲ καὶ τὴν ὡραίαν αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς δένδροις ὀφθαλμοῖς λάβοις, καὶ ὅπως ἑκάστου τῶν πρέμνων ἐπιμήκεσι τοῖς κέντροις οἱονεὶ καλύκων δίκην ἀπήρτηνται, ἢ ὅπως ἐν κύκλῳ περιθεῖ τῷ καρπῷ τὸ δένδρον ἄλλας μετ᾽ ἄλλας ἐν στίχῳ περιφέρει πολυειδεῖς ἀγλαΐας μηχανώμενον, φαίης ἂν αὐτῷ καθάπερ ἐν ὅρμῳ δίῤῥεις ταῖς τῶν δένδρων ἐξαιρέσεις αὐτοῦ. καὶ ἡ πρὸς χρονίαν μόνον ἐπιτέχνησις, οὐκ ἐλάττονα τῆς ἐς τὴν χρείαν ἡδονῆς ἔχει φιλοτιμίαν. οὐ γὰρ ὥσπερ τὰ ἄλλα τῶν σύκων ὁμοῦ καὶ κατὰ ταυτὸν ἔῤῥιπται. οὐδὲ καθάπερ σωρηδὸν ἢ χύδην ἡλίῳ τερσαίνεται. ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἠρέμα τῶν δένδρων αὐτὰ ταῖς χερσὶν ἀποδρέπουσιν. ἔπειτα ὅρπηξιν, ἢ ῥάβδοις ἀκανθώδεσι τῶν τοίχων ἀπαρτῶσιν. ἵνα λευκαίνηται μὲν ἡλίῳ καθαρῷ προσομιλοῦντα. μένῃ δὲ ἀνεπιβούλευτα, τῶν ζώων τε καὶ ὀρνιθίαν οἱονεὶ τῶν κέντρων τῇ ἀλεξήσει δορυφορούμενα. καὶ περὶ μὲν γενέσεως αὐτῶν καὶ γλυκύτητος καὶ ὥρας καὶ ποιήσεως καὶ χρείας, ταῦτά σοι παρ᾽ ἡμῶν ἡ ἐπιστολὴ προσπαίζει. ὅγε μὴν τῆς ἑκατὸν ἀριθμὸς, ὡς ἐστι τῶν ἄλλων τιμιώτερος, καὶ τὸ τέλεον ἐν αὐτῷ τῶν ἀριθμῶν περιγράφων, μάθοι ἂν τις θεωρῶν τῇδε. καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν, ὡς παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν ὁ λόγος, τοῦ ἀρτίου τὸν περιττὸν προκεῖσθαι. οὐδὲ ὡς ἀρχὴν φασὶν αὐξήσεως εἶναι τὸ μὴ συνδυάζον. τὸ γὰρ ὅμοιον θατέρῳ, μένειν ὁποῖον καὶ τὸ ἕτερον. δυεῖν δὲ γενομένοιν, τὸν τρίτον εἶναι τὴν περιττότητα. ἐγὼ δὲ, εἰ καὶ τολμηρότερος ὁ λόγος ἐστὶ, φαίην ὅμως, ἀρχῆς μὲν εἰσὶν οἱ ἀριθμοὶ πάντως ἐξηρτημένοι. καὶ τὸ προσεχὲς τῆς αὐξήσεως διὰ παντὸς κομίζοιντο. πολλῷ γε μὴν εἶναι δικαιότερον τῷ ἀρτίῳ μᾶλλον ἢ τῷ περιττῷ τὴν τῆς αὐξήσεως αἰτίαν προσκεῖσθαι. ὁ μὲν γὰρ εἷς ἀριθμὸς, οὐκ ἂν εἴη περιττὸς, οὐκ ἔχων ὅτου περιττὸς γένοιτο. ἡ δὲ τῆς δυάδος συζυγία, τίκτει διπλῆν τὴν περιττότητα· κἀκ τῶν δυοῖν ἀριθμῶν, ὁ τρίτος εἰκότως, εἰς αὔξησιν ἔρχεται. πάλιν τε ἐν τῇ τῆς ἑτέρας δυάδος μίξει, τῆς τετράδος τὴν ὑπεροχὴν λαμβάνει. καὶ ὅλως ἡ πρὸς ἄλληλα κοινωνία, τὴν ἐξ ἑκατέρου περιττότητα φαίνουσα, εἰς τὸν τῆς δυάδος ἀριθμὸν περικλείεται. δεδομένου δὴ τούτου, φαίην ἂν οἶμαι τῆς πρώτης δεκάδος τὴν εἰς αὐτὸ περιφέρειαν ἀνακυκλούσης, εἰς τὸν τῆς ἑκατοντάδος ἀριθμὸν τὸ ὅλον διαβαίνειν. ὡς τῷ μὲν ἑνὶ τὴν αὔξησιν εἰς δέκα συντείνειν. πάλιν δὲ αὖ τὴν δεκάδα δι᾽ αὐτῆς ἀνιοῦσαν εἰς τὸν ἑκατὸν ἀριθμὸν συντελεῖσθαι. κἀντεῦθεν αὖ πάλιν ἐξ ἑκατοντάδων τὸν ὅλον τῶν ἀριθμῶν τὴν δύναμιν καρποῦσθαι. μήτε τοῦ ἑνὸς ἠρεμοῦντος εἰ μή τι τῆς δυάδος ἐν τῇ μίξει τὸ περιττὸν ἀεὶ τικτούσης τε καὶ εἰς ἑαυτὴν αὖθις ἀνακαλουμένης, ἄχρις ἂν ἑτέρα πάλιν ἑκατοντὰς τῶν ἀριθμῶν τὸ συναγόμενον κατακλείσῃ. καὶ τὸ τέλεον αὐτῷ προσάπτουσα πάλιν ἐξ αὐτοῦ εἰς τὸ ἕτερον ἑρπύσῃ. ταῖς τῶν ἑκατοντάδων ἐπηγορίαις ἀεὶ τὸ ὅλον εἰς τὸ τῆς καταλήψεως ἄπειρον ἀναφέρουσα. δοκεῖ δέ μοι καὶ Ὅμηρος οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ ἀργῶς ἐν τοῖς ἔπεσι τὴν ἑκατόντα θύσανον αἰγίδα τῷ Διὶ περιθεῖναι. ἀλλά τινι κρείττονι καὶ ἀποῤῥήτῳ λόγῳ τοῦτο αἰνίττεται λέγων, ὡς ἄρα τῷ τελεωτάτῳ θεῷ, τὸ τέλεον τῶν ἀριθμῶν περιάψει. καὶ ᾧ μόνῳ

παρὰ τοὺς ἄλλους αὖ δικαιότερον κοσμοῖτο. ἢ ὅτι τὸν ξύμπαντα κόσμον, ὃν εἰς αἰγίδος σχῆμα τοῦ τῆς εἰκόνος περιφερεῖ ξυνείληφεν, οὐκ ἄλλος πῶς, ἢ ὁ τῆς ἑκατοντάδος ἀριθμὸς περιγράφει τῇ κατὰ κύκλον ἑκατοντάδι, τὴν εἰς τὸ ὅλον τοῦ νοητοῦ κατανόησιν ἐφαρμόττων. ὁ δ᾽ αὐτὸς λόγος ἐστὶ, καὶ τὸν ἑκατοντάχειρα τὸν βριαρέω καθίζει πάρεδρον τῷ διΐ. καὶ πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἁμιλλᾶσθαι συγχωρεῖ δύναμιν. οἷον ἐν τῷ τοῦ ἀριθμοῦ τελέῳ τὸ τέλεον αὐτῷ τῆς ἰσχύος ἀποδιδούς. καὶ μὴν καὶ πίνδαρος ὁ θηβαῖος, τὴν ἀναίρεσιν τοῦ τυφωνέως ἐν ἐπινικίοις κηρύττων, καὶ τοῦ μεγίστου τούτου γίγαντος κράτος τῷ μεγίστῳ βασιλεῖ τῶν θεῶν περιτιθεὶς, οὐχ ἑτέρωθεν αὐτῷ τῆς εὐφημίας κρατύνει τὴν ὑπερβολὴν, ἢ ὅτι τὸν γίγαντα τὸν ἑκατοντακέφαλον ἑνὶ βλήματι καθελεῖν ἤρκεσεν. ὡς οὔτε τινὸς ἄλλου εἰς χεῖρα τοῦ διὸς ἐλθεῖν ἀντιμάχου γίγαντος νομισθέντος, ἢ ὃν ἡ μήτηρ μόνον τῶν ἄλλων ἑκατὸν κεφαλαῖς ὥπλισεν, οὔτε ἑτέρου τινὸς θεῶν, ἢ μόνου διὸς ἀξιονικοτέρου πρὸς ταύτην τοσούτου γίγαντος καθαίρεσιν ὄντος. σιμωνίδῃ δὲ ἄρα τῷ μελικῷ πρὸς τὴν ἀπόλλωνος εὐφημίαν ἀρκεῖ τὸν θεὸν ἕκατον προσειπόντι. καὶ καθάπερ ἀντ᾽ ἄλλου τινὸς ἱεροῦ γνωρίσματος αὐτοῦ τῆς ἐπωνυμίας κοσμῆσαι. διότι τὸν πύθωνα τὸν δράκοντα βέλεσιν ἑκατὸν, ὥς φησιν, ἐχειρώσατο. καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἕκατον ἢ πύθιον χαίρειν προσαγορευόμενον, οἷον κλήρου τινὸς ἐπωνυμίας συμβόλῳ προσφωνούμενον. ἥ γε μὴν τὸν δία θρεψαμένη νῆσος ἡ κρήτη, καθάπερ τροφεῖα τῆς διὸς ὑποδοχῆς ἀντιλαβοῦσα, τῷ ἑκατὸν πόλεων ἀριθμῷ τετίμηται. καὶ θήβας δὲ ἄρα τὰς ἑκατονταπύλους, οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν ἐπαινεῖ ὅμηρος, διότι ταῖς πύλαις ταῖς ἑκατὸν, κάλλος ἦν θαυμαστόν. καὶ σιωπῶ θεῶν ἑκατόμβας καὶ ναοὺς ἑκατονταπέδους, καὶ βωμοὺς ἑκατοντακρήπιδας καὶ τοὺς ἑκατονταδόχους ἀνδρῶνας. καὶ τὰς ἀρούρας δὲ τὰς ἑκατονταπλέθρους. καὶ ὅσα ἄλλα θεῖά τε καὶ ἀνθρώπινα τῇ ἀριθμοῦ τοῦδε προσηγορίᾳ συνείληπται. ὅγε μὴν ἀριθμὸς ἐστὶν οἶδε καὶ στρατιωτικὴν ὁμοῦ καὶ εἰρηνικὴν τάξιν κοσμῆσαι. καὶ φαιδρύνει τὴν ἑκατόντανδρον λοχαγίαν. τιμᾷ δὲ ἡ δὲ δικαστῶν ἐς τὸ ἴσον ἤκουσαι ἐπωνυμίαν. καί με καὶ πλείω τούτων ἔχοντα λέγειν, ὁ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιστρέφει νόμος. σὺ δὲ ἀλλὰ συγγνώμην ἔχειν τῷ λόγῳ, διότι καὶ ταῦτα πλείω τῶν ἱκανῶν εἴρηται. καὶ εἰ μὲν ἔχει μέτριον ὑπὸ σοὶ κριτῇ, καλὸν ἐγχείρημα, πάντως καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔκφορον ἔσται, τὴν παρὰ σοῦ ψήφου τὴν μαρτυρίαν δεξάμενον. εἰ δὲ χειρὸς ἑτέρας προσδεῖται πρὸς τὸ τοῦ σκοποῦ συμπλήρωμα, τίς ἂν σοῦ καλλίων εἴη τὴν γραφὴν εἰς κάλλος ἀκριβώσαντος πρὸς τὴν τῆς θέας ἡδονὴν ἀπολαῦσαι.

Ἰουλιανὸς ἰουδαίων τῷ κοινῷ εἰγνήσιος.

ΠΆνυ ὑμῖν φορτικώτερον γεγένηται ἐπὶ τῶν παρῳχηκότων καιρῶν τῶν ζυγῶν τῆς δουλείας, τὸ διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις ὑποτάττεσθαι ὑμᾶς. καὶ χρυσίου πλῆθος ἄφατον εἰσκομίζειν τοῖς τοῦ ταμείου λόγοις. ὧν πολλὰ μὲν αὐτόψει ἐθεώρουν. πλείονα δὲ τούτων ἔμαθον εὑρὼν τὰ βρέβια καθ᾽ ὑμῶν

præ cæteris ornari dignus ſit: aut quòd totum mundum, quem in Ægidis figuram, propter circumferentiæ imaginem con.ecit, non alius quàm centenarius numerus, circulari hecatontate complectitur, intellectum rerum intell.gibilium ſolidum ac abſolutum intelligens. Idem in ſuis carminibus centimano Briareo prope Iouem, ſedem collocat,& potentiæ parentis obluctari atque repugnare permittit, oſtendens ſe numeri perfectione, virium quoque & roboris in ea ſoliditatem ponere ob oculos voluiſſe. Verùm & Pindarus Thebanus in Epiniciis vbi Tiphoentis cędem prædicat, maximique Gigantis huius vires potentiſſimo deorum regi tribuit, non aliam ob cauſſam tot tantiſque laudibus eum vehit, quàm quòd vno ictu Gigantem centum capitibus præditum neci dare valuit, quaſi non credibile ſit, alium Gygantem manus cum Ioue conſerturum fuiſſe, quàm quem centum capitibus mater armarit, neque quiſquam deorũ alius præter ſolum Iouem dignus ſit, qui victoriam & laudem ex hac tanti Gigantis cæde reportarit Simonidi verò Poëtæ,ad præconium Apollinis ſufficit eum Hecatij cognomine appellare, & quaſi alia quadam diuina nota cognomentum eius ornare: propterea, quòd Pythonẽ ſerpentem centum telis, vt inquit, confixum occiderit, eúmque maiorem voluptatem ex Hecati, quàm ex Pythij appellatione capere, eóque quaſi hæreditario cognomine nuncupari velle. Creta verò quæ Iouem educauit, quaſi altrix particeps laudum Iouis opt. maximi, centenario vrbium numero decorata eſt,Thebáſque centiportas non alia de cauſſa,laudibus Homerus affecit, quàm quòd centum portis eſſet ſpectabilis & admiranda. ſilentio nunc prætereo deorum Hecatombas & fana centipeda, aráſque centicrepidas,& Andronas Hecatondochos, terráſque centiplethras, quæcunque denique vel diuina vel humana ſub appellationem huius numeri cadunt. Hic quidem numerus, belli paciſque ordinem ac ſtatum ornat, atque cohortem centumuiram decoram & abſolutam efficit:tum etiam numerandis iudicibus,qui hac ferè circumſcriptione continentur,decus & ornamentum importat.Me verò,cùm in hanc ſententiam dicere complura poſſim,prohibet Epiſtolæ modus. Tu verò concedas huic orationi meæ velim, quoniam hæc etiam latiùs quàm r s poſtulabat diſputata ſunt. Quòd ſi ſunt mediodiocria, tuo iudicio,prorſus etiam reliquis pulcherrima optimáque viſum iri ſcio cùm tui ſuffragij calculo teſtimonium atque fidem acceperint Sin altera manus deſideratur,ad aſſecutionem ſcopi: quis te meliùs & rectiùs,ſi ſcripta ad venuſtatem & elegantiam reuoces,vt quaſi ſpectaculum voluptatem afferant expoliet, & elimabit.

Iulianus Iudæorum Reipublicæ.

ET vobis oneroſiùs fuit, præteritis temporibus, cùm in ſeruitutis vinculis teneremini, quibuſuis temerè ſcriptis,neque confirmatis publicè mandatis obedientiam præſtare, & auri vim tantam, quanta verbis exprimi vix poteſt, in ærarij rationes inferre:quorum permulta egomet ipſe vidi:pluráq; his cognoui ſchedas inueniſſem,quæ cõtra vos ſeruaban-

seruabantur. Præterea futuram iterum exactionẽ vobis denunciari prohibui, tantúmque contumeliæ piaculum vt hic finem acciperet, effeci, atque igni literas omnes quæ contra vos in scriniis meis erant repositæ tradidi, ne quis posthac amplius posset, eiusmodi impietatis famam in vos eiaculari. Eorum omnium non tam vobis extitit caussa Constantius frater, memorabilis, quàm qui ad mensam huius accubuerunt, sententiis barbari, animo scelesti ac nefarij, quos ego meis manibus arreptos, deiectósque in puteum morte affeci, ne in posterum aliqua memoria, de ipsorum interitu circumferretur aut extaret. verùm vt vberius atque plenius gaudium vobis impertirem, Fratrem Iulum venerabilem patriarcham hortatus sum, vt eum quem dicunt apostolatum apud vos arceret & comprimeret, curámque adhiberet ne quis populum vestrum, tantis exactionibus premere per iniuriam amplius posset, vt in meo regno prorsus sitis liberi solutique curis, hócque accepto beneficio maiores supplicationes decernatis omnium potentissimo, & cõditori Deo, qui sanctissima sua dextra coronam mihi tradere dignatus est. Plærumque enim fieri solet, vt qui curis & anxietatibus torquentur, animo sint cõstricto vinctóque neque tantùm audeant ad precationem faciendam palmas tollere. contrà qui sunt prorsus vacui curis & molestiis carent, tota mente in gaudium elati cultu supplici Deum venerentur atque inuocent, in cuius manu est regnum optimè moderari, & ad optima quæque prouehere: quemadmodum cupimus. Id vos facere æquum est vt cùm ego Persicum bellum ex animi sententia confecero ciuitatem vestram Sanctam Hierusalem, quàm multos ab hinc annos videre cupij, meis laboribus instauratam ædificem, inque ipsa vnà vobiscum gloriam Deo tribuam.

Iuliani decretum de medicis.

MEdicæ rei scientiam, hominibus existere salutarem, testatur vsus perspicuus ac manifestus. Quamobrem non iniuria factum est, vt eam Philosophorum pueri cælitùs venisse prædicarint. Imbecillitas enim naturæ nostræ, morbíque quotidiani ac subiti, huius ope corriguntur ac sedantur. Proinde, iuris & æquitatis habita ratione, conuenientem superis regibus legem ponimus, ac pro nostra benignitate iubemus, vt in posterum securam à publicis muneribus obeundis ac vacuam vitam degatis.

Alexandrinis Mandatum.

OPortebat equidem eum, qui multis regiis atq; imperatorũ cõpluriũ iussis, pulsus esset fugatúsq;, si vnũ saltem regiũ decretum accepisset, confestim in suam terram, reuerti, neque fretum audacia, ac desperatione, quasi nullæ essent, ita legibus iniuriam ac contumeliam inferre. Atque iam nos, Galilæis, qui sunt à beato Cõstantio in exilium eiecti, non reditum ad conciones: sed in patriam concessimus. At Athanasium audio solita confidentia elatum, sedem etiam episcopatus, vt vocant sibi vindicare cepisse. Id verò pientissimo Alexandrinorum populo satis molestum ac graue videri. Quare prædicimus ac edicimus vt quo

φυλαττόμενα. ἔτι δὲ καὶ μέλλουσαν πάλιν εἰσφορὰν καθ' ὑμῶν προστάττεσθαι εἶρξα. καὶ τὸ τοιαύτης δυσφημίας ἀσέβημα, ἐνταῦθα ἐβιασάμην στῆσαι. καὶ πυρὶ παρέδωκα τὰ βρέβια τὰ καθ' ὑμῶν ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις ἀποκείμενα. ὡς μηκέτι δύνασθαι καθ' ὑμῶν τινα τοιαύτην ἀκοντίζειν ἀσεβείας φήμην. καὶ τούτων μὲν ὑμῖν οὐ τοσοῦτον αἴτιος κατέστη ὁ τῆς μνήμης ἄξιος κωνστάντιος ὁ ἀδελφός, ὅσον οἱ τὴν γνώμην βάρβαροι καὶ τὴν ψυχὴν ἄθεοι οἱ τὴν τούτου τράπεζαν ἑστιώμενοι. οὓς μὲν ἐγὼ ἐν χερσὶν ἐμαῖς λαβόμενος εἰς βόθρον ὤσας ὤλεσα. ὡς μήτε μνήμην ἔτι φέρεσθαι, ἢ εἶναι παρ' ἡμῖν τῆς αὐτῶν ἀπωλείας. ἐπὶ πλέον δὲ ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος τὸν ἀδελφὸν ἴουλον τὸν αἰδεσιμώτατον πατριάρχην παρῄνεσα, καὶ τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῖν ἀποστολὴν κωλυθῆναι. καὶ μηκέτι δύνασθαι τὰ πλήθη ὑμῶν, τινὰ ἀδικεῖν τοιαύταις φόρων εἰσπράξεσιν. ὡς πανταχόθεν ὑμῖν ἀμέριμνον ὑπάρχειν τῆς ἐμῆς βασιλείας. ἵνα ἀπολαύοντες, ἔτι μείζονας εὐχὰς ποιῆτε τῆς ἐμῆς βασιλείας τῷ πάντων κρείττονι καὶ δημιουργῷ θεῷ τῷ καταξιώσαντι στέψαι με τῇ ἀχράντῳ αὐτοῦ δεξιᾷ. πέφυκε γὰρ τοὺς ἔν τινι μερίμνῃ ἐξεταζομένους περιδεῖσθαι τὴν διάνοιαν καὶ μὴ τοσοῦτον εἰς τὴν προσευχὴν τὰς χεῖρας ἀνατείνειν τολμᾶν. τοὺς δὲ πανταχόθεν ἔχοντας τὸ ἀμέριμνον, ὁλοκλήρῳ ψυχῇ χαίροντας ὑπὲρ τῆς βασιλείας, ἱκετηρίους λατρείας ποιεῖσθαι τῷ μείζονι. τῷ δυναμένῳ κατευθῦναι τὴν βασιλείαν ἐπὶ τὰ κάλλιστα, καθάπερ προαιρούμεθα. ὅπερ χρὴ ποιεῖν ὑμᾶς. ἵνα κἀγὼ τὸν τῶν περσῶν πόλεμον διορθωσάμενος, τὴν ἐκ πολλῶν ἐτῶν ἐπιθυμουμένην παρ' ὑμῖν ἰδεῖν οἰκουμένην πόλιν ἁγίαν ἱερουσαλὴμ ἐμοῖς καμάτοις ἀνοικοδομήσας οἰκήσω, καὶ ἐν αὐτῇ δόξαν δώσω μεθ' ὑμῶν τῷ κρείττονι.

Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν.

ΤΗν ἰατρικὴν ἐπιστήμην σωτηριώδη τοῖς ἀνθρώποις τυγχάνειν, τὸ ἐναργὲς τῆς χρείας μαρτυρεῖ. διὸ καὶ ταύτην ἐξ οὐρανοῦ πεφοιτηκέναι δικαίως φιλοσόφων παῖδες κηρύττουσι. τὸ γὰρ ἀσθενὲς τῆς ἡμετέρας φύσεως, καὶ τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀρρωστημάτων ἐπανορθοῦται διὰ ταύτης. καὶ γὰρ κατὰ τὸν τοῦ δικαίου λογισμόν, συνῳδὰ τοῖς ἄνωθεν βασιλεῦσι θεσπίζοντες, ἡμετέρᾳ φιλανθρωπίᾳ κελεύομεν τῶν βουλευτικῶν λειτουργημάτων ἀνενοχλήτους ὑμᾶς τοὺς λοιποὺς χρόνους διάγειν.

Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα.

ΕΧρῆν τὸν ἐξελαθέντα βασιλικοῖς πολλοῖς πάνυ καὶ πολλῶν αὐτοκρατόρων προστάγμασιν, ἓν γοῦν ἐπίταγμα περιμεῖναι βασιλικόν, εἶθ' οὕτως εἰς τὴν ἑαυτοῦ κατιέναι. ἀλλὰ μὴ τόλμῃ. μὴ δὲ ἀπονοίᾳ χρησάμενον, ὥσπερ οὐκ οὖσιν ἐνυβρίζειν τοῖς νόμοις. ἐπείτοι καὶ τὸ νῦν ὑφ' ἡμῶν τοῖς γαλιλαίοις, τοῖς φυγαδευθεῖσιν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου κωνσταντίου, οὐ κάθοδον εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς τὰς πατρίδας συνεχωρήσαμεν. Ἀθανάσιον δὲ πυνθάνομαι τὸν τολμηρότατον ὑπὸ τοῦ συνήθους ἐπαρθέντα θράσους, ἀντιλαβέσθαι τοῦ λεγομένου παρ' αὐτοῖς ἐπισκοπῆς θρόνου. τοῦτο δὲ εἶναι καὶ τῷ θεοσεβεῖ τῶν ἀλεξανδρέων δήμῳ μετρίως ἀηδές. ὅθεν αὐτῷ προαγορεύομεν

ἀπιέναι τῆς πόλεως ἐξ ἧς ἂν ἡμέρας τὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος γράμματα δέξηται παραχρῆμα. μένοντι δὲ αὐτῷ τῆς πόλεως εἴσω, μείζους πολὺ καὶ χαλεπωτέρας προαγορεύομεν τιμωρίας.

Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κοιαίστωρι.

Μέχρι τῶν λιτάρβων ἦλθον. ἔστι δὲ ἡ κώμη χαλκίδος. καὶ ἐνέτυχον ὁδῷ λείψανα ἐχούσῃ χειμαδίων ἀντιοχικῶν, ἦν δὲ αὐτῆς οἶμαι, τὸ μὲν τέλμα, τὸ δὲ ὄρος. τραχεῖα δὲ πᾶσα. καὶ ἐνέκειντο τῷ τέλματι λίθοι ὥσπερ ἐπίτηδες ἐρριμμένοις ἐοικότες ὑπ' οὐδεμιᾷ τέχνῃ συγκείμενοι, ὃν τρόπον εἰώθασιν ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι τὰς λεωφόρους οἷον ἐξοικοδομοῦντες ποιεῖν. ἀντὶ μὲν τῆς κονίας πολλὴν τὴν χοῦν ἐποικοδομοῦντες. πυκνοὺς δὲ ὥσπερ ἐν τοίχῳ τιθέντες τοὺς λίθους. ἐπεὶ δὲ διαβὰς μόλις ἦλθον εἰς τὸν πρῶτον σταθμὸν, ἐννέα που σχεδὸν ἦσαν ὧραι. καὶ ἐδεξάμην εἴσω τῆς αὐλῆς τὸ πλεῖστον τῆς παρ' ὑμῖν βουλῆς. ἃ δὲ διελέχθημεν πρὸς ἀλλήλους. ἴσως ἐπύθου· μάθοις δ' ἂν καὶ ἡμῶν ἀκούσας, εἰ θεοὶ θέλοιεν. ἀπὸ τῶν λιτάρβων εἰς τὴν βέρροιαν ἐπορευόμην. καὶ ὁ ζεὺς αἴσια πάντα ἐσήμηνεν. ἐναργῆ δείξας τὴν διοσημίαν. ἐπιμείνας δὲ ἡμέραν ἐκεῖ, τὴν ἀκρόπολιν εἶδον. καὶ ἔθυσα τῷ διῒ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν. διελέχθην δὲ ὀλίγα τῇ βουλῇ περὶ θεοσεβείας. ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐπῄνουν μὲν ἅπαντες, ἐπείσθησαν δὲ αὐτοῖς ὀλίγοι πάνυ. καὶ οὗτοι οἳ καὶ πρὸ τῶν ἐμῶν λόγων ἐδόκουν ἔχειν ὑγιῶς. ἐλάβοντο δὲ ὥσπερ παρρησίας ἀποτρίψασθαι τὴν αἰδῶ καὶ ἀποθέσθαι. πρόσεστι γὰρ ὦ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐπὶ μὲν τοῖς καλοῖς ἐρυθριᾶν ἀνδρείᾳ ψυχῆς καὶ εὐσεβείᾳ. καλλωπίζεσθαι δὲ ὥσπερ τοῖς χειρίστοις ἱεροσυλίᾳ καὶ μαλακίᾳ γνώμης καὶ σώματος. ἔνθεν ὑπεδέξαντό με βάτναι χωρίον οἷον οὐκ εἶδον παρ' ὑμῖν ἔξω τῆς δάφνης, ἣ νῦν ἔοικε ταῖς βάτναις. ὡς τά γε πρὸ μικροῦ σωζομένου τοῦ νεὼ καὶ τοῦ ἀγάλματος, ὄσσῃ καὶ πηλίῳ καὶ ταῖς ὀλύμπου κορυφαῖς καὶ τοῖς θετταλικοῖς τέμπεσιν ἄγων ἐπίσης, ἢ καὶ προτιμῶν ἁπάντων ὁμοῦ τὴν δάφνην οὐκ αἰσχυνοίμην. ἱερὸν διὸς ὀλυμπίου καὶ ἀπόλλωνος πυθίου τὸ χωρίον. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῇ δάφνῃ γέγραπταί σοι λόγος. ὁ ποῖον ἄλλος οὐδὲ εἷς τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι καὶ μάλα ἐπιχειρήσας ἂν καμεῖν, ἐργάσαιτο. νομίζω δὲ καὶ τῶν ἔμπροσθεν οὐ πολλοὺς πάνυ. τί οὖν ἐγὼ νῦν ἐπιχειρῶ περὶ αὐτῆς, γράφων οὕτω λαμπρᾶς ἐπ' αὐτῇ συγγεγραμμένης. ὡς μή ποτε ὤφελε τοιοῦτον. αἵ γε μὴν βάτναι βαρβαρικὸν ὄνομα τοῦτο, τυρίον ἐστὶν ἑλληνικόν. πρῶτον μὲν ὅτι διὰ πάσης τῆς πέριξ χώρας ἀτμοὶ λιβανωτοῦ πανταχόθεν ἦσαν ἱερεῖά τε ἐβλέπομεν εὐπρεπῆ πανταχοῦ. τοῦτο μὲν οὖν εἰ καὶ λίαν εὔφρανέ με, θερμότερον ὅμως ἐδόκει καὶ τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας ἀλλότριον. ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν. ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαδιζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια. τοῦτο μὲν οὖν ἴσως τεύξεται τῆς ἁρμοζούσης ἐπιμελείας αὐτίκα. τὰς βάτνας δὲ ἑώρων πεδίον λάσιον ἄλσει κυπαρίττων ἔχον νέων. ἦν ἐν ταύταις οὐδὲν γεράνδρυον οὐδὲ σαπρόν. ἀλλὰ ἐξίσης ἅπαντα θάλλοντα τῇ κόμῃ. καὶ τὰ βασίλεια πολυτελῆ μὲν ἥκιστα. πηλοῦ γὰρ ἦν μόνον καὶ ξύλων. οὐδὲν ποικίλον ἔχον-

die noſtræ clementiæ literas acceperit , quàm primùm ex vrbe diſcedat. Sin intra ciuitatem moram fecerit,maiores ei , grauioréſque multò pœnas denunciamus.

Iulianus Libanio Sophiſtæ & Cæaſtori.

VSque ad Litharba perueni. qui eſt vicus Chalcidis,& in viam incidi , quæ reliquias adhuc hybernationum Antiochicarum habebat. Erat autem partim lutulenta partim montana. vniuerſum autem aſpera atque dura. Atque paſſim in agris & planicie lapides iacebant quaſi de induſtria iacti, nulla tamen arte compoſiti , quemadmodum in reliquis vrbibus vias publicas exædificare ac facere conſueuerunt: vt pro calce puluerem multum ſubſtruant, lapides verò tanquam in muro frequentes & condenſatos ponant. Poſteaquam verò magno labore vixq; tranſgreſſus ad prima ſtatiua penetraui, nouem circiter horæ fuerant elapſæ , veſtrúmque ſenatum,magna ex parte intra locum accepi. Quem verò ſermonem mutuum habuerimus , credo te audiuiſſe, volentibúſque diis à nobis etiam fortaſſis audies. A Litharbis ad Berrhæam iter direxi. Iuppitérque manifeſto quodam & euidenti ſigno demonſtrato,fœlicia cuncta ſignificabat. Ibi commoratus diem vnum,arcem ſum contemplatus,ac regia conſuetudine Ioui candidum taurum immolaui. Pauca verò cum ſenatu de religione ſum locutus, Verùm orationem quidem omnes laudare , pauciſſimi ſuffragium ſuum addere, & ferè nemo præter eos qui videbantur ante meum colloquium etiam eſſe in ſana rectáque ſententia. Sumpſerunt autem quaſi licentiam , abſtergendi pudoris atque deponendi. Superuacaneum enim eſt ô dij immortales, hominibus , affici pudore in rebus honeſtis animi videlicet magnitudine & pietate,contrà in peſſimis gloriari ſacrilegio,ac peruerſitate animi & corporis. Inde me ſuſceperunt Batnæ caſtellũ eiuſmodi,quale non vidi apud vos,excepta Daphne,quę iam Batnas refert. Etenim non multò antè , dum adhuc templum atque ſimulachrum incolume, maneret, oſſæ , & Pelio atque olympi cacuminibus. Tempibúſque Theſſalicis æqualem ponere , aut etiam ſimul omnibus anteferre Daphnem non dubitaſſem, ſacrum Iouis Olympij & Apollinis Pythij caſtellum, ſed in Daphnes laudem extat à te ſcripta oratio,qualem nemo omnium huius ætatis hominum, vel maximo conatu ac diligentia , elaborare potuiſſet , ſuperioris etiam ſeculi non planè multos arbitror. Quid igitur nunc ego de illa ſcribere conabor, cùm tam perſpicuè & ornatè iam antea deſcripta ſit? Batnæ verò barbarũ hoc nomen, caſeolũ Græcũ ſignificat, Primũ equidẽ, quòd per vniuerſam circũ circà regionem eſſent vapores odoréſq; thuris ex omnibus vndiq; locis, item hoſtias etiã, vidimus vndiq; ſplendidas ac decoras eſſe. Id quanquã ſumma voluptate me affecit: tamen feructius & à pietate in deos alienũ viſum eſt eſſe. Id enim extra viã oportet fieri, & celebrari in loco quieto. vt ad hoc ſolùm veniant non ad aliud quiddã, afferántque Diis immortalibus ſacrificia & victimas. Hoc igitur fortaſſe ſtatim vt par eſt emendabitur atque corrigetur. In

Batnis

In Batnis verò campum vidi hirsutum, recentium cupressorum hortis plenum. Non erat in hoc aut an nosum, aut patre quicquam, sed omnia pariter florẽtia ac vigentia foliis. Regia quidem non minùs magnifica. Solùm enim ex luto, atque lignis erat constructa, neque quicquã in ea quòd varietatẽ aliquã referret. Hortũ autem Alcinoi quidem inferiorem, similémq; Laertæ, inque eo paruus admodũ locus, cupressis refertus, multæque sunt capillatim ordine eiusmodi arbores adplantatæ. Inde mediũ tenent areæ, quædam in eisque sunt olera, & arbores omne fructuũ genus ferentes. Quid igitur hic? Rẽ diuinã sub crepusculo Regi. Inde summo mane, quòd mihi rectè quotidie facere moris erat. Cùm verò fausta omnia portenderẽtur, ad ciuitatẽ porreximus bi ciues obuiam nobis erunt, & hospitio me quidã excepit, tum quidem primum visus, iã olim verò mihi supra modum amatus. Caussam verò non ignoro te quoque posse dicere, mihi verò iucundum alioquin est explicare. Semper enim de iis audire ac verba facere, nectaris loco mihi est. Iamblichi diuini hominis alumnus Sopater, ex quo huius est gener. Mihi námque nullum crimen, nullúmque scelus ita prauum videtur, vt in his viris non omnia complecti & exosculari. Hac alia maior caussa subest. Sæpenumerò enim consobrinum & germanũ fratrem meũ suscepit, ab iisque non semel admonitus, vt verisimile est, vt à cultu deorum atque pietate se prorsus abdicaret, quod sanè difficile est, non venit in istum morbum. Hæc habui, quæ de meis rebus, à sancta ciuitate ad te scriberem. Militares verò, seu ciuiles administrationes, ipsum te præsente intueri, & in cura habere par erat. Maius enim medius fidius hoc est, quàm vt in epistolam cogi possit, tantúmque vt qui penitus apud animum suum cogitat, non queat triplò plura quàm hæc sunt conferre. Alioquin te certiorem omninò facerem. Hæc verò etiam paucis dicam. Ad Saracenos misi legationẽ, quæ iuberet eos venire, si vellent vnũ quidem eiusmodi. Alterũ verò, quàm potui vigilantissimos speculatores emisi, qui curam adhiberent, ne cui ex eo loco clam ad hostes trãseundi potestas esset, & nos in armis esse significandi. Inde victoriam bellicã, vt quidem mihi persuadeo, mansuetissimè & iustissimè ordinaui. Equos superfluos & mulos cõparaui, exercitúmque in vnas copias contraxi. Naues fluuiatiles implentur frumento, magisque panibus arefactis & aceto. Hæc autem singula, quemadmodum, facta sint, & quibus verbis rationibúsque tractata quàm longum sit literis compræhendere intelligis. Epistolæ verò quibus ea quæ prosperè mihi contigere mandaui, circumferuntur ac extant vbiq;. Proinde quid est opus laborem in his recensendis insumere.

Iulianus Gregorio Duci.

MIhi quidẽ etiam per breues à te missæ literæ, sufficiunt ad magnæ voluptatis occasionẽ dãdã. Itaq; cùm summoperè me delectarint ea quę scripsisti, parem ipse quoque remitto, nõ tam epistolarum longitudine quàm beneuolentiæ magnitudine. Sic enim statuo, literas amicorum adæquari oportere.

Iulianus Alypio fratri Cæsarij.

SYloso reuersus est ad Darium, eúmque Chlanidis admonuit & pro ea Samum ab illo petiit. In hoc Darius sese efferebat, quòd magna pro paruis se rependisse putaret. Syloso verò molestũ sanè be-

τα. κῆπον δὲ τῷ μὲν ἀλκινόου καταδεέστερον, παραπλήσιον δὲ τῷ λαέρτου. καὶ ἐν αὐτῷ μικρὸν ἄλσος πάνυ, κυπαρίττων μεστόν. καὶ τῷ τοίχῳ δὲ πολλὰ τοιαῦτα παραπεφυτευμένα δένδρα στίχῳ. καὶ ἐφεξῆς. εἶτα τὸ μέσον πρασιαί. καὶ ἐν ταύταις λάχανα, καὶ δένδρα παντοῖαν ὀπώραν φέροντα. τί οὖν ἐνταῦθα. ἔθυσα δὴ λης. εἶτ' ὄρθρου βαθέος. ὅπερ εἴωθα ποιεῖν ἐπιεικῶς ἑκάστης ἡμέρας. ἐπεὶ δὲ ἦν καλὰ τὰ ἱερά, τῆς πόλεως εἰχόμεθα καὶ ὑπαντῶσιν ἡμῖν οἱ πολῖται. καὶ ὑποδέχεταί με ξένος, ὀφθεὶς μὲν ἄρτι, φιλούμενος δὲ ὑπ' ἐμοῦ πάλαι. τὴν δὲ αἰτίαν, αὐτὸς μὲν οἶδ' ὅτι συνείρεις. ἐμοὶ δὲ ἡδὺ καὶ ἄλλως φράσαι. τὸ γὰρ ἀεὶ περὶ αὐτῶν ἀκούειν καὶ λέγειν, ἐστί μοι νέκταρ. ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου τὸ θρέμμα σώπατρος, τούτου κηδεστὴς οὗτος. ἐμοὶ γὰρ τὸ μὴ πάντα ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν ἀγαπᾶν, ἀδικήματος οὐδὲν οὕτω φαυλότατον εἶναι δοκεῖ. πρόσεστι ταύτης αἰτία μείζων· ὑποδεξάμενος γὰρ πολλάκις, τόν, τε ἀνεψιὸν τὸν ἐμὸν καὶ τὸν ὁμοπάτριον ἀδελφόν. καὶ προτραπεὶς ὑπ' αὐτῶν οἷα εἰκὸς πολλάκις ἀποστῆναι τῆς εἰς θεοὺς εὐσεβείας, ὃ χαλεπόν ἐστιν οὐκ ἐλήφθη τῇ νόσῳ. Ταῦτα εἶχον ἀπὸ τῆς ἱερᾶς πόλεώς σοι γράφειν, ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ. τὰς δὲ στρατιωτικὰς ἢ πολιτικὰς οἰκονομίας, αὐτὸν ἐχρῆν οἶμαι παρόντα ἐφορᾶν καὶ ἐπιμελεῖσθαι. μεῖζον γάρ ἐστιν ἢ κατ' ἐπιστολὴν εὖ ἴσθι καὶ τοσοῦτον ὅσον οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ τριπλάσια τούτων περιλαβεῖν σκοπουμένῳ τι τἀκριβές. ἐπεὶ καὶ φανῶ δέ σοι, καὶ ταῦτα φράσω δι' ὀλίγων. πρὸς τοὺς σαρακηνοὺς ἔπεμψα πρέσβεις ὑπομιμνήσκων αὐτοὺς ἥκειν εἰ βούλοιντο. ἓν μὲν δὴ τοιοῦτο. ἕτερον δέ, λίαν ἐγρηγορότας ὡς ἐνεδέχετο τοὺς παραφυλάξοντας ἐξέπεμψα. μήτις ἐνθένδε πρὸς τοὺς πολεμίους ἐξέλθῃ λαθών, ἐσόμενος αὐτοῖς ὡς κεκινήμεθα μηνυτής. ἐκεῖθεν ἐδίκασα νίκην στρατιωτικήν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, πρᾳότατα καὶ δικαιότατα. ἵππους περιττοὺς καὶ ἡμιόνους παρεσκεύασα, τὸ στρατόπεδον εἰς ταυτὸ συναγαγών. ναῦς πληροῦνται ποτάμιαι πυροῦ. μᾶλλον δὲ ἄρτων ξηρῶν καὶ ὄξους. καὶ τούτων ἕκαστον ὅπως ἐπράχθη, καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστῳ γεγόνασι λόγοι, πόσου μήκους ἐστὶ συγγραφή, συνοεῖς. ἐπιστολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα καὶ βίβλοις ἑπόμενα, ὥσπερ αὐτά μοι, καὶ ταῦτα συμπεριενόστει πανταχοῦ, τί δεῖ νῦν πράγματα ἔχειν ἀπαριθμούμενον.

Ἰουλιανὸς γρηγορίῳ ἡγεμόνι.

ΕΜοὶ καὶ γράμμα παρὰ σοῦ μικρόν, ἀρκεῖ μεγάλης ἡδονῆς πρόφασιν μνηστεῦσαι. καὶ τοίνυν οἷς ἔγραψας λίαν ἡσθείς, ἀντιδίδωμι καὶ αὐτὸς τὴν ἴσην, οὐ τῷ τῶν ἐπιστολῶν μήκει μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς εὐνοίας μεγέθει τὰς τῶν ἑταίρων φιλίας ἐκτείνεσθαι δεῖν κρίνων.

Ἰουλιανὸς ἀλυπίῳ ἀδελφῷ καισαρίου.

ΟΣυλοσῶν ἀπῆλθε φησὶ παρὰ τὸν δαρεῖον, καὶ ὑπέμνησεν αὐτὸν τῆς χλανίδος καὶ ᾔτησεν αὐτὸν ἐκείνης παρ' αὐτοῦ τὴν σάμον. εἶτα ἐπὶ τούτῳ δαρεῖος μὲν ἐμεγαλοφρονεῖτο, μεγάλα ἀντὶ μικρῶν νομίζων ἀποδεδωκέναι. συλοσῶν δὲ λυπηρὰν ἐλάμβανε

χαίρειν. σκόπει δὴ τὰ ὑμέτερα νῦν πρὸς ἐκεῖνα. ἓν μὲν δὴ τὸ πρῶτον οἶμαι κρεῖσσον ἔργον ἡμέτερον. οὐ γὰρ ὑπεμείναμεν ὑπομνησθῆναι παρ' ἄλλου. τοσούτῳ δὲ χρόνῳ τὴν μνήμην τῆς σῆς φιλίας διαφυλάξαντες ἀκέραιον, ἐπειδὴ πρῶτον ἡμῖν ἔδωκεν ὁ θεὸς οὐκ ἐν δευτέροις, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις ἐμέ τε καλέσαι. τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοιαῦτα. περὶ δὲ τῶν μελλόντων ἆρά μοι δώσεις τί, καὶ γάρ εἰμι μαντικός. προαγορεῦσαι, μακρῷ νομίζω κρεῖττον ἐκείνων. ἀδράστεια δὲ εὐμενὴς εἴη. σύ τε γὰρ οὐδὲν δέῃ συγκαταστρεφομένου τὴν πόλιν βασιλέως. ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθούντων μοι τὰ πεπτωκότα κακῶς. ταῦτά σοι γαλλικὴ καὶ βάρβαρος μοῦσα προσπαίζει. σὺ δὲ ὑπὸ τῇ τῶν θεῶν πομπῇ χαίρων ἀφίκοιο. καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ λὶς ἐρίφων, καὶ τῶν ἐν τοῖς χειμαδίοις θήρας τῶν προβατίων ἧκε πρὸς τὸν φίλον. ὅς σε τότε καίπερ οὔπω γνώσκων ὅσος εἶ δυνάμενος, ὅμως περιεῖπον.

Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.

Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀπηλλαγμένος τῆς νόσου. τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας. οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον. καὶ κατεμέστωσας αὐτό, προσθεὶς τοῖς ἰάμβοις οὐ μάχην ἀείδοντας τὸν βουπάλιον κατὰ τὸν κυρηναῖον ποιητήν. ἀλλ' οἵοις ἡ καλὴ σαπφὼ βούλεται τοῖς ὕμνοις ἁρμόττειν. καὶ τὸ μὲν δῶρον τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον ἴσως σοί τε ἔπρεπε δοῦναι, ἐμοί τε ἥδιστον δέξασθαι. περὶ δὲ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, ὅτι δραστηρίως ἅμα καὶ πρᾴως ἅπαντα περαίνειν προθυμῇ, συνηδόμεθα. μῖξαι γὰρ πρᾳότητα καὶ σωφροσύνην ἀνδρείᾳ καὶ ῥώμῃ, καὶ τῇ μὲν χρῆσθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεστάτους, τῇ δὲ ἐπὶ τῶν πονηρῶν ἀπαραιτήτως πρὸς ἐπανόρθωσιν, οὐ μικρᾶς ἐστι φύσεως, οὐδὲ ἀρετῆς ἔργον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. τούτων εὐχόμεθά σε τῶν σκοπῶν ἐχόμενον ἄμφω πρὸς ἓν τὸ καλὸν αὐτοὺς συναρμόσαι. τοῦτο γὰρ ἁπάσαις προκεῖσθαι ταῖς ἀρεταῖς τέλος, οὐκ εἰκῇ τῶν παλαιῶν ἐπίστευον οἱ λογιώτατοι. ἐρρωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατελοίης ἐπὶ μήκιστον ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.

Ἰουλιανὸς ἀετίῳ ἐπισκόπῳ.

Λοιποῖς μὲν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις, ἕνεκεν τῆς τῶν γαλιλαίων ἀπονοίας ἀνῆκα τὴν φυγήν. σὲ δὲ οὐκ ἀνίημι μόνον. ἀλλὰ γὰρ καὶ παλαιᾶς γνώσεώς τε καὶ συνηθείας μεμνημένος, ἀφικέσθαι προτρέπω μέχρις ἡμῶν. χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ καὶ ἑνὶ παρίππῳ.

Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιστῇ.

Γράφω καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τῶν ὁμοίων παθῶν.

Ἰουλιανὸς δοσιθέῳ.

Μικροῦ μοι ἐπῆλθε δακρύσαι. καίτοι γε ἐχρῆν ἐφ' ἡμῖν τοὔνομα τὸ σὸν φθεγγόμενον. ἀνεμνήσθην γὰρ τοῦ γενναίου καὶ πάντα θαυμαστοῦ πατρὸς ἡμῶν. ὃν εἰ μὲν ζηλώσεις, καὶ αὐτός τε εὐδαίμων ἔσῃ.

neficiũ acceperat. Confer nostra iam officia cum illis. Vnum arbitror & primum nostrum excellere. Non enim expectauimus tantisper, donec moneremur ab alio. cùm verò tanto tempore, conseruata nobis integra sit amicitiæ tuæ memoria, quando primùm Deus nobis dedit, non in secundis. Verùm in primis me quoque voca. Prima igitur sic se habent. De futuris autem, certè dabis; sum enim peritus vaticinandi longè opinor illis melius aliquid prædicere. Nemesis enim propitia fuerit. Etenim non indiges aliquo rege, qui ad expugnandam vrbem opem ferat, & ego multis opus habeo, qui collapsum rerum statum mecum vnà corrigant & in integrum restituant. Hæc tecum Gallica atq; Barbara Musa ludit. At tu deorum ductu lætus abeas, propriáque manu paruum ex hædorum ac ouicularum quam pascunt in hybernis, lana confectum ad amicum adfer, qui tunc, cùm etiam quantũ posses, nondum scirem, tamen sum te complexus.

Iulianus eidem.

IAm eram liberatus morbo, cùm tu Gæographiã mitteres: nihilo tamen minùs, magno cum gaudio tabellam à te missam accepi. Continet enim priorum etiam descriptiones exactiores, ipsámque erudiisti, Iambis additis, non qui pugnam canant asininam, iuxta Cyrenensem vatem, sed quales erudita Sappho vult hymnis quadrare. Donum autem est eiusmodi, quale fortassis tibi dare fuit decorum, mihi verò iucundum accipere. De gubernatione rerum, quod strenuè simul & benignè omnia conficere paratus es, summæ lætitiæ nobis est. Etenim miscere benignitatem & modestiam, fortitudini, atque viribus, & illis erga æquissimos vti, his verò ad emendationem eorum, qui vi & violentia mali sunt, non est humilis naturæ & virtutis opus, vt mea fert sententia. His vtrisque scopis intentum te optamus, ad vnam honestatem & virtutem eos aptare. Hunc enim virtutibus in vniuersum omnibus propositum finem esse, non temerè sapientissimi veterum crediderunt. Precor vt sanus, fœlixque quàm maximè diuturnam vitam agas, frater optatissime simul & charissime.

Iulianus Aetio Episcopo.

OMnibus qui reliqui sunt ex iis, qui quacunque de caussa sunt à beato Constantio in exilium acti, propter Galilæorum contumaciam, fugam remisi. Te verò non modò liberum dimitto, verùm etiam recordatione veteris notitiæ & consuetudinis, vsque ad nos progrediundi tibi potestatem facio. Vteris autem vehiculo publico, donec ad excercitum meum venias & equitatu vno.

Iulianus Luciano Sophistæ.

SCribo, & vt pari gratia mihi referatur peto. Sin iniuriam facio qui tam crebrò litteras mittam, simili me iniuria & molestia rursus affici volo.

Iulianus Dosithæo.

PArum abfuit, quin lachrymas profunderem. Atqui par erat, nos tuo nomine appellari. Veniebat enim mihi in mentem generosi, & omnim ex parte admirandi viri patris nostri, quem si tibi ad imitandum sumes, beatus eris, &

exemplar

exemplar in hominum vita relinques quemadmodum ille, vt se conspicuum efficeret. Sin ad ignauiã & socordiam te transtuleris, mihi quidem non exiguum adferes dolorem. Teipsum verò, quòd nihil emolumenti tibi pepereris, accusabis.

Iulianus Iamblicho Philosopho.

VLyssi satis erat filij de se conceptam opinionem his verbis refutare.

ΟΥδὲ τὴν σὴν Ἡράκλειαν ἀνήκοον οἶμαι γεγονέναι τοῦ παρ' ἡμῖν φιλοσοφήσαντος Ἀλεξάνδρου. ἀνδρὸς ἁπανταχοῦ διαβάντος μετὰ δόξης. κωφὸς ἀνὴρ, ὃς Ἡρακλεῖ στόμα μὴ περιβάλῃ. τούτου παῖς, ἐμὸς ἀνεψιὸς, ἐπιδίδωσί σοι τὴν ἐπιστολὴν, τὸν πατρῷον ζῆλον ὑπεισελθὼν, οὐ διὰ τῆς στολῆς. ἀλλὰ διὰ τῆς γνώμης. στέλλεται οὖν ἐπὶ πονηροὺς ἄνδρας, τὸν Ἡράκλειον τρόπον ἐκκαθαίρων αὐτῶν τὴν πατρίδα. θεοῦ δὲ ἔδει δήπου καὶ Ἡρακλέους. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ἰόλεω συμμάχου καὶ παραστάτου. οὐκοῦν τὸν μὲν θεὸν ἑαυτοῦ ποιεῖται τὸν ἐνόντα τρόπον. καὶ προσκλινεῖ βίου τε ἀρετῇ καὶ γνώμης εὐσεβείᾳ.

τὴν δὲ σὴν φιλίαν, ἀντὶ τοῦ Ἰόλεω μνηστεύομεν ἡμεῖς αὐτῷ διὰ τῆς ἐπιστολῆς. συνέσῃ δὲ τοσαῦτα αὐτῷ, ὅσα ἡμῖν. κἂν χρήσῃ τῇ φιλίᾳ τοῦ νεανίσκου, πάντως ἐρεῖς οὐ φαῦλον ἐπαινέτην ἐμέ.

Τῷ αὐτῷ.

ΑΡά μοι μένεις φιλόσοφος, ἆρα ἐκεῖνος ὃν ἀπολέλοιπα, Πυλαιμένης, ἡ νεοτελὴς ψυχή, τὸ σπέρμα τὸ θεῖον; φοβοῦμαι τὸν χρόνον τὸν ἀπὸ γενέσεως. πλέον φοβοῦμαι τὴν ὁμιλίαν τῆς ἀγορᾶς, τὸ ἐνειλινδεῖσθαι συχναῖς ἤδη τύχαις καὶ πράξεσι, μὴ μολύνῃ τὸν ἁγιώτατον νεών. τὸν νοῦν σου, τὸν ἱερόν, ὃν ἐγὼ μετ' ὀλίγων ἀξιώτατον ἡγοῦμαι δοχεῖα θεοῦ. καὶ οἶδα μέντοι συνοργιάσαι σοι τὰ φιλοσοφίας εὐχήν ποτε ποιησάμενος. ἐπεὶ δ' οὖν κρείττων ὁ τῆς πατρίδος ἔρως ἐγένετο, εὐξάμην ὅπου ποτὲ γῆς εἴης φιλοσοφίαν ἐργάζεσθαί σε κατὰ δύναμιν. τοιγαροῦν ἀσπάζομαι τὴν φίλην κεφαλήν, καὶ πάνυ πολλάκις ἀσπάζομαι τὴν φίλην κεφαλήν. καὶ σιγῶν, καὶ λέγων, καὶ γράφων, καὶ μὴ γράφων.

Τῷ αὐτῷ.

ΟΙει με περιπτύξασθαι Πυλαιμένην αὐτὴν τὴν ψυχήν, αὐτῇ τῇ ψυχῇ. ἀπορῶ λόγων οἷς ἐκχέοιτο, ὅσον ἐστὶ τῆς γνώμης μου τὸ βουλόμενον. μᾶλλον δὲ οὐδὲ αὐτὸ τὸ πάθος, ὅτι ποτέ ἐστι τὸ περὶ σέ μου τῆς ψυχῆς ἐξευρίσκω. ἐγένετο δέ τις ἀνὴρ δεινὸς τὰ ἐρωτικά. Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος Ἀθηναῖος. εὔπορος εὑρεῖν. εὔκολος εἰπεῖν, ἔρωτος φύσιν. ὃ δή, καὶ ὅ,τι αὐτῷ γενέσθαι περὶ τὰ παιδικὰ βούλεται. καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοίνυν ἐξευρηκώς τε ἔστω, καὶ εἰρηκώς. βούλοιτ' ἂν οὖν φησιν Ἡφαίστου τέχνῃ συντακῆναί τε καὶ συμφῦναι. καὶ ἓν ἄμφω γενέσθαι.

Τῷ αὐτῷ.

ΔΙ' ἔτους ἡμῖν ἀφικνεῖται παρὰ σοῦ γράμματα, ὥσπερ καὶ τοῦτο ὡραῖον φερόμενον. ἐμοὶ μὲν οὖν ἴσως καρποὺς ἡδίων ἐστίν, ἢ ὃν ἐκτρέφουσι μηνῶν κύκλοι καὶ γεωργοί. σὺ δὲ οὐκ ἂν εἰκότα ποιοίης, τῆς ἐπὶ τούτοις ἡμᾶς εὐφροσύνης ἀποστερῶν. ἀλλὰ μετάθου τὴν γνώμην. καὶ ποίησον ἡμῖν τὸ γοῦν τοῦτο εὐετηρίαν ἐπιστολῶν.

Τῇ φιλοσόφῳ.

ΤΗτες ἐξήνεγκα δύο βιβλία τὸ μέν, ὑπὸ θεοῦ κινηθείς, τὸ δέ, ὑπὸ λοιδορίας ἀνθρώπων. καὶ γὰρ τῶν ἐν λευκοῖς ἔνιοι τριβώνων καὶ τῶν ἐν φαιοῖς, ἔφασάν με παρανομεῖν εἰς φιλοσοφίαν, ἐπαΐοντα κάλλους ἐν λέξεσι καὶ ῥυθμοῦ, καὶ περὶ Ὁμήρου τι λέγειν ἀξιοῦντα, καὶ τῶν ἐν ταῖς ῥητορείαις σχημάτων, ὡς δὴ τὸν φιλόσοφον μισολόγον εἶναι προσήκειν, καὶ μόνα περιεργάζεσθαι τὰ δαιμόνια πράγματα. καὶ αὐτοὶ μὲν θεωροὶ τοῦ νοητοῦ γεγονότες, ἐμὲ δὲ οὐ θέμις, διότι νέμω τινὰ σχολὴν ἐκ τοῦ βίου. τοῦ καὶ τὴν γλῶτταν καθαίρεσθαι, καὶ τὴν γνώμην, ἡδίω γενέσθαι. ἐνῆγε δὲ αὐτοὺς πρὸς τὸ καταδικάσαι μου πρὸς μόνην παιδιὰν ἐπιτήδειον εἶναι, τὸ τὰς κυνηγετικὰς ἐκ τῆς οἰκίας οὐκ οἶδ' ὅπως διαρρυείσας, σπουδασθῆναι διαφερόντως ὑπὸ νεανίσκων ἐνίων, οἷς ἑλληνισμοῦ τε καὶ χάριτος ἔμελε, καί τινα τῶν ἐκ ποιητικῆς, ὅτι μελῶς ἔχοντα. καὶ παραδεικνύοντά τι τῆς ἀρχαίας χειρός, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἀνδριάντων λέγειν εἰώθαμεν. ἀλλ' ἐκείνων οἱ μὲν ἀμα-

Tuá amicitiam Ioli loco nos ei per epiſtolá conciliamus. Ita verò vteris eo eum, vt ſi nos eſſemus. Et ſi vſus fueris iuuenis amicitia, dices me nō falſam, ei laudem tribuiſſe.

Eidem.

ECquid mihi philoſophus permanes? Ecquid ille, quem reliqui Pylæmenes, recens perfectus animus, ſemen animum? Metuo tempus quod interceſſit hactenus à quo factus es, plus metuo commercium fori, multiplicis iam fortunæ negotiorúmque implicationem, ne ſanctiſsimo templo maculam aſpergat, animo tuo ſacro, quem ego inter raros digniſsimum receptatorem Dei iudico. Et memini me vota facere aliquando, vt tecum philoſophiam tractare mihi liceret. Poſtquam igitur ſuperauit amor patriæ, precatus ſum vt vbicunque terrarum degeres, philoſophiam pro viribus excerceret. Itaque ſaluto, charum caput, & prorſus iterum ſaluto charum caput, & tacens, & loquens, & ſcribens, & non ſcribens.

Eidem.

PVtas me Pylęmenis ipſum animum, ipſo animo complecti & exoſculari? Verba me deficiunt quibus animi mei voluntatem exprimere poſsim. Immò ne ipſa quidem meæ mentis erga te affectio quàm ſit, inuenio. Fuit quidam amatoriarum rerum peritus Plato Ariſtonides Athenienſis, prōptus ad inueniendum, paratus ad diſſerēdum de amoris natura, & ob eam cauſſam quicquid in amoribus ſuis cupiuiſſet, aſſequendum. Quare pro me quoque inueneritac dixerit. Velit igitur, inquit, arte Vulcani, colligari & connaſci, atque in vnū ambo coire.

Eidem.

ANnuæ tuæ perferuntur, litteræ, quaſi ſuum quoddam etiam illæ ſortitæ ſint naſcendi tēpus. Mihi quidem igitur fortaſſe iucundior hic fructus quàm quem menſium ambitus & agricolæ conficiunt. Tu verò non rectè facis, qui tanta nos lætitia ac gaudio priues. Sed animum muta, ac hoc anno fertilitatem nobis epiſtolarum præſta.

Philoſophæ.

ANnus iam eſt, cùm duos libros euulgaui, alterum impulſus à Deo, alterum hominum criminatione. Nā quidem ex his qui candida pallia, & qui pulla geſtant, ſcelus me deſignaſſe aiebát cōtra philoſophiam, qui venuſtatē in dictionibus & cōcinnitatem adhiberem, qui de Homero dicerem aliquid & oratoria, quaſi lumina, quòd philoſophū oſorem elegantiæ ſermonis, & in ſolis rebus cæleſtibus occupatum eſſe conueniret, atque ipſi quidem ſacerdotia gerunt. Mih iautem fas non eſt, quoniam otium quoddam è vita mihi ſumo, & ad linguam purgandam & ad animum relaxandum. Induxit autem eos ad me condemnandum, duntaxat me ludicris idoneum eſſe, quod Cynegeticarū liber ex ædibus neſcio quo pacto foras elapſus, ſumma cum diligentia à quibuſdam adoleſcentibus euolueretur, Græcæ linguæ & facundiæ ſtudioſis. Item quædam poëtica, ſtudioſè facta & aliquid artificij veteris continentia, quod in ponendis ſtatuis recitare ſolebamus. Sed illorum qui

ducem

ducem confidentiæ ſequentes imperitiam, omnium ſunt paratiſſimi ad diſſerendum de Deo, in quos ſi incidas, protinus audies aliqua de Syllogiſmis Aſyllogiſtis, & ſuperuacuos ingeruntſermones, priuatim his, vt opinor quædam eſt excellentia & amplitudo. Ab his enim Nomodidaſcali in vrbibus proficiſcuntur, quod idem eſt & cornucopiæ, quo illi vtendum eſſe exiſtimant. Agnoſcis credo genus hoc manſuetum & ſimplex, quod præclaram materiam criminatur. Hi volunt vt à ſe doctrinam petam, & affirmant ſe breui traditures ea quæ ad Deum pertinent, audaciſſimè, qui poſſim dies noctéſque contumacis facere conciones. Alteri verò ſplendidius veſtiti, multò ſunt his peiores & infœliciores ſophiſtæ, & vtinam quidem iiſdem rebus ſe iactitent. Sed id ipſum eis bono eſt, quod hoc non poſſunt: & ſcis aliquos in Logiſteriis recuſare aut omnino vna alicuius fortuna adductos in meridie vitæ philoſophari, tantùm deos abiurando & eiurando Platonicè. Et herclè citius vmbra aliquid operæ precium aut rectum loqueretur quàm illi. Attamen dij boni quàm ſe grauiter toto corpore gerunt. Nam & ſupercilium Papæ ſeueritatem vt ſublatum eſt, & mumumentum ſuffulciunt. Et aliis geſtibus ac vultu tantam auſteritatem præ ſe ferunt, vt Xenocratis etiam imagines vincant, qui quidem leges etiam quaſdam nobis imponere volunt, ſibi vtiliſſimas, ne quiſquam ſe aliquid boni ſcire profiteatur, arbitrantes ſuam inſcitiam prodi, ſi quis philoſophus poſſit concionari. nam latere ſub geſtu, & intrinſecus plenos videri ſapiētiæ. Vtrunque genus hoc me calumniatum eſt, quod in rebus nihili operam conſumpſerim. Alterum quod non eadem nugor. Alterum verò quod os non clauſum teneo, neque bouem illorum in lingua pono. Ob hæc ſcriptum quoddam compoſui, quod aliorum vocibus, aliorum ſilentio obuiam iret. Prodiit autem ad hos ipſos & mutos, & obtrectatores, quàm putas cum decora dignitate. At verò inuenit viam ac rationem, qua illos quoque adducat, & vt non minus ſpecimen, quàm vt laudem oſtenderet multiplicis ac variæ cognitionis, eſt editum. Non enim abiuraui crimina ſed vt vehementius dolerent, crebrò etiam ſum gloriatus. In progreſſu deinceps, inquirens de vitæ conditionibus ac inſtitutis, laudibus effert philoſophiam, vt inter omnia vitæ genera ſapientiſsimam: quæ cuiuſmodi ſit exiſtimanda, librum conſule. Poſtremò defenſionem arcularum complectitur, quæ in crimen erant vocatæ, quod inutiles & prophanos libros occultaſſent. Nec enim his obtrectatores pepercerant. Si verò ſingula ritè ac ſuo loco ſunt collocata, & omnia in tempore poſita, & à iuſtis occaſionibus in ſingulis locis propoſitiones decurrunt. Et ſi pluribus quidem capitibus diſtinguitur, ad imitationem diuini libri cui Phædro nomen eſt, quem de ſomnibus in vniuerſum ſpeciebus honeſti Plato emiſit, omnia verò ſic aptata ſunt, vt ad vnũ propoſitũ ſimul referantur, & ſicubi ad fidem repit ſupina narratio,

θίας ἡγουμένης τῆς θρασύτης, προχειρότατοι πάντων εἰσὶ περὶ τοῦ θεοῦ διαλέγεσθαι. οἷς ἂν ἐντύχῃς, εὐθὺς ἀκούσῃ τινὰ περὶ τῶν ἀσυλλογίστων συλλογισμῶν, καὶ μὴ δεομένων ἐπαντλοῦσι τῶν λόγων, ἰδίᾳ τι δοκῶ μοι διαφέρειν αὐτοῖς. ἀπὸ γὰρ τούτων ἐν ταῖς πόλεσιν οἱ δημοδιδάσκαλοι γίνονται, ὃ ταυτόν ἐστι καὶ τὸ κέρας τῆς ἀμαλθείας, ᾧ οὗτοί γε δεῖν οἴονται χρῆσθαι. ἐπιγνώσκεις οἶμαι τὸ φῦλον τοῦτο τὸ ῥᾴδιον, ὃ διαβάλλει γλυκεῖαν ὑπόθεσιν, οὗτοί με μαθητὴν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι. καὶ φασὶν ἀποφαίνειν ἐντὸς ὀλίγου τὰ περὶ θεοῦ παντολμότατον, ἡμέρας ἑξῆς καὶ νύκτας ἀγορεύειν δυνάμενον. ἄτεροι δέ, οἱ κάλλιον ἠσθημένοι παραπολύ, τούτων εἰσὶ κακοδαιμονέστεροι σοφισταί. καὶ βούλοιντο μὲν ἂν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς εὐδοκιμεῖν. ἀλλ' εὐτυχοῦσι τὸ μὴ δὲ τοῦτο δύνασθαι· καὶ οἶδά τινας ἐν λογιστηρίοις ἀποδύντας, ἢ πάντως ἀπὸ μιᾶς γέ του συμφορᾶς ἀναπεισθέντας ἐν μεσημβρίᾳ τοῦ βίου φιλοσοφεῖν, ἀπὸ μόνου τοῦ τοὺς θεοὺς ἀπομόσαι καὶ κατομόσαι, πλατωνικῶς· οὓς φθάσειεν ἂν ἡ σκιὰ φθεγξαμένη τι τῶν δεόντων. δεινὴ δὲ ὅμως ἡ προσποίησις. ἥ, τε γὰρ ὀφρῦς, βαβαὶ τῆς ἀνατάσεως, εἰς ὅσον ἦρται. καὶ ἡ χεὶρ ὑπερείδει τὸ γένειον. τάτε ἄλλα σεμνοπροσωποῦσιν ὑπὲρ τὰς Ξενοκράτους εἰκόνας. οἵγε καὶ νομοθετεῖν ἡμῖν ἀξιοῦσιν ἄττα σφίσι λυσιτελέστατα, μηδένα μηδὲν ἀγαθὸν εἰδότα φανερὸν εἶναι, ὑφέμενοι σφῶν αὐτῶν ἔλεγχον, εἴ τις φιλόσοφος ἐπιστήσεται φθέγγεσθαι. αὐτοὶ γὰρ ἂν ὑπὸ τῇ προσποιήσει λαθεῖν καὶ δόξαιεν ἂν ἔνδοθεν εἶναι σοφίας ἀνάπλεῳ. ἄμφω με τούτω τὼ γένη διαβεβλήκατον, ὡς ἐπὶ τοῖς οὐδενὸς ἀξίοις ἐσπουδακότα. τὸ μέν, ὅτι μὴ ταῦτα φλυαρῶ· τὸ δέ, ὅτι μὴ τὸ στόμα συγκλείσας ἔχω, καὶ τὸν βοῦν τὸν ἐκείνων ἐπὶ τῆς γλώττης τίθεμαι. ἐπὶ τούτοις συνετέθη τὸ σύγγραμμα, καὶ ἀπηύτησε τῶν μέν, τῇ φωνῇ, τῶν δέ, τῇ σιγῇ. προΐκται μὲν γὰρ ὡς ἐπὶ τούτοις αὐτοῖς τοῖς ἀφώνοις τε καὶ βασκάνοις πῶς οἴει μετ' εὐπρεποῦς τοῦ σχήματος. οὐ μὴν ἀλλ' ἐξεῦρεν ὡς ἂν κἀκείνους συνεφελκύσαιτο. καὶ βούλεται μὲν πολυμαθείας οὐχ ἧττον ἐπίδειξις, ἢ ἐγκώμιον εἶναι. οὐ γὰρ ἐξωμοσάμην τὰς αἰτίας. ἀλλ' ἵν' ἔτι μᾶλλον ἀνιῷντο, συχνὰ καὶ πεφιλοτίμημαι. προϊὸν δὲ βίων αἱρέσεις ἐξετάζειν, ἐπαινεῖ τὴν φιλοσοφίαν, ὡς φιλοσοφωτάτην αἱρέσεων. ἣν ποίαν τινὰ νομίζειν εἶναι χρή, τοῦ βιβλίου πυνθάνου. τελευτῶν δὲ καὶ ὑπὲρ τῶν κιβωτίων ἀπολελόγηται, σχόντων τινὰ καὶ τούτων αἰτίαν, ἀδιόρθωτα κρύπτειν βιβλία. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν τοιούτων οἱ τελχῖνες ἀπέσχοντο. εἰ δὲ ἕκαστον ἐν τάξει τῇ προσηκούσῃ καὶ πάντα σὺν ὥρᾳ, καὶ ἀφορμαὶ δίκαιαι τῶν ἑκασταχοῦ προκεχειρισμένων. καὶ εἰ μερίζεται μὲν πλείοσι κεφαλαίοις κατὰ τὸ θεσπέσιον γράμμα, τὸν φαῖδρον, ὃν περὶ πάντων ὁμοῦ τῶν εἰδῶν τοῦ καλοῦ Πλάτων ἐξήνεγκε, μεμηχάνηται δὲ ἅπαντα συννεύειν ἐφ' ἓν τὸ προκείμενον,

καὶ εἴπου γέγονε πίστις ὑφέρπουσα, τὸ ὑπτιάσαν διήγημα, καὶ εἰ προῆλθεν ὡς ἐν τοιούτοις ἀπόδειξις ἐκ τῆς πίστεως, καὶ εἰ τὸ δι' ἄλλο γινόμενον, ταῦτα μὲν, τέχνης ἂν εἴη δῶρα καὶ φύσεως. ὅς τις δὲ οὐκ ἀγύμναστος ἐπιφωράσαι τί καὶ πρόσωπον θεῖον ὑπὸ φαυλοτέρῳ κρυπτόμενον σχήματι, ὥσπερ ἐποίουν ἀθήνησιν οἱ δημιουργοὶ, ἀφροδίτην καὶ χάριτας καὶ τοιαῦτα κάλλη θεῶν, ἀγάλμασι σιληνῶν καὶ σατύρων ἀμπίσχοντες, τούτων, οὐ λήσεται τὸ γράμμα, συχνὰ καὶ τῶν ἀβεβήλων ἀποκαλύψαν δογμάτων ὑπὸ τῇ προσποιήσει τοῦ παρέλκειν ἑτέροις λανθάνοντα, καὶ τῷ λίαν εἰκῇ καὶ ὡς ἂν δόξειεν ἀφελῶς ἐγκατασπαρθῆναι τῷ λόγῳ. τῶν μὲν γὰρ ἐκ τῆς σεληνιακῆς αἰτίας ἀποψύξεων, οἱ νοσοῦντες ἐπιληψίαν, αἰσθάνονται μόνον. τῶν δὲ κατὰ νοῦν ἐπιβολῶν, μόνοι δέχονται τὰς ἐκλάμψεις. οἷς ὑγιαίνουσι τὸ νοερὸν ὄμμα, φῶς ἀνάπτει συγγενὲς ὁ θεός. ὃ τοῖς τε νοεροῖς τοῦ νοεῖν, καὶ τοῖς νοητοῖς αἴτιος τοῦ νοεῖσθαι, καθάπερ τὸ τῇ δὲ φῶς ὄψιν συνάπτει τῷ χρώματι. κἂν ἀφέλῃς, παρόντος, ἡ πρὸς αὐτὸ δύναμις ἀνενέργητος. ὑπὲρ δὴ τούτων ἁπάντων σὲ κρίνουσαν περιμένομεν. κἂν μὲν ψηφίσῃ προσοιστέον εἶναι, ῥήτορσιν ἅμα καὶ φιλοσόφοις ἐκκείσεται. τοὺς μὲν γὰρ, ἥσει, τοὺς δὲ, ὀνήσει. πάντως γε, εἰ μὴ παρὰ σοῦ τῆς δυναμένης κρίνειν διαγεγράψεται. εἰ δὲ μὴ φανεῖταί σοι τῆς τῶν ἑλλήνων ἀκοῆς ἄξιον, καὶ σὺ δὲ δήπου μετ' Ἀριστοτέλους πρὸ τοῦ φίλου τὴν ἀλήθειαν θήσεις, πυκνὸν καὶ βαθὺ σκότος ἐπηλυγάσεται, καὶ λύσεται τοὺς ἀνθρώπους λεγόμενον. ταῦτα μὲν περὶ τούτου. θάτερον δὲ, θεὸς καὶ ἐπέταξε καὶ ἐνέκρινεν, ὃ τῇ φανταστικῇ φύσει χαριστήριον ἀνατέθειται. ἔσκεπται δὲ ἐν αὐτῷ περὶ τῆς εἰδωλικῆς ἁπάσης ψυχῆς, καὶ ἕτερα ἄττα προκεχείρισται δόγματα τῶν οὔπω φιλοσοφηθέντων ἕλλησι. καὶ τί ἄν τις ἀπομηκύνοι περὶ αὐτοῦ. ἀλλ' ἐξείργασται μὲν ἐπὶ μιᾶς ἅπαν νυκτὸς, μᾶλλον δὲ λειψάνου νυκτὸς, ἣ καὶ τὴν ὄψιν ἤνεγκε τὴν περὶ τοῦ δεῖν αὐτὸ συγγεγράφθαι. ἔστι δὲ οὗ τῶν λόγων, δίς που καὶ τρὶς, ὥσπερ τις ἕτερος ὢν, ἐμαυτοῦ γέγονα μετὰ τῶν παρόντων ἀκροατής. καὶ νῦν ὁσάκις ἂν ἐπίω τὸ σύγγραμμα θαυμαστή τις περὶ ἐμὲ διάθεσις γίνεται. καί τις ὀμφή με θεία περιχεῖται κατὰ τὴν ποίησιν. εἰ δὲ μὴ μόνον τὸ πάθος ἐμοῦ, καὶ περὶ ἕτερον δι' ἂν ταῦτα γίνοιτο, σὺ καὶ τοῦτο μηνύσεις. σὺ γὰρ δὴ μετ' ἐμὲ πρώτη τῶν ἑλλήνων ἐντεύξῃ. ταῦτα τῶν τέως ἀνεκδότων ἀπέστειλα. καὶ ἵνα τέλειος ἀριθμὸς ᾖ, προσέθηκα τὸν περὶ τοῦ δώρου, πάλαι γινόμενον ἐν τῷ καιρῷ τῆς πρεσβείας πρὸς ἄνδρα παρὰ βασιλεῖ δυναστεύοντα. καί τι τοῦ λόγου τε καὶ τοῦ δώρου πεντάπολις ὤνατο.

Δομετιανῷ σχολαστικῷ.

Πάνυ σαφῶς δι' αὐτῶν μεμαθηκὼς τῶν ἔργων τὴν τὴν θαυμασίαν κεφαλὴν, χαίρουσάν τε φιλανθρωπίᾳ, καὶ τοῖς δεομένοις χεῖρα βοηθείας ὀρέγειν, ἐπ' αὐτὸ δὴ τοῦτο παρακαλῶ, ἵππον εἰς πεδίον τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, προτρέπειν ἡγούμενος. καί σοι πλέον ἢ πρότερον ὦ φίλη κεφαλὴ νῦν τῆς φιλαν-

& si vt in talibus processit ex fide demonstratio, & quod propter aliud fit, hæc quidem sint artis dona atque naturæ. Qui verò non est inexercitatus vt etiam diuinam personam depræhendat sub vili latentem habitu, quemadmodum Athenis artifices fecerunt qui Venerem, Gratias & alias elegantes dearum formas, Silenorum & Satyrorũ imaginibus tegebant, hinc non clam erunt multa etiam in hoc libro sacra reuelata dogmata, quæ tum, ob abundantiæ prætextam speciẽ reliquis obscuriora sunt, tum quoniam temerè & simpliciter passim in sermone disseminata sunt. Nam eas exiccationes, quæ à lunari caussa manant, ij soli qui laborant Epilepsia sentiunt, & eorum quæ animos petunt, splendorem excipiunt soli, quibus cùm mentis oculis valeant, lumen affine quoddam Deus accendit, quod intellectu præditis, vt intelligant, & his quæ cadunt sub intellectum, vt intelligantur, caussa est, quemadmodum terrenum lumen colori visum coniungit, & si auferas, præsentis ad colorem facultas ac vis est otiosa. De his omnibus tuum iudicium expectabimus. Quòd si decreueris adferendum esse, oratoribus & philosophis iuxtà proponetur. Hos enim delectabit, illos verò iuuabit. Et omnino quidem, si à te quæ rectè iudicare potes, non notabitur. Sin tibi Græcorum auscultatione videbitur indignus. (Nam tu sanè cum Aristotele veritatem amico præpones) in caliginosas profundásque tenebras abdetur, & recitatio eius ab hominibus redimetur. Hæc quidem de hoc. Alterum verò Deus, & imperauit & approbauit, qui phantasticæ facultati, muneris loco consecratus dedicatúsque est. In eo deliberatio instituitur de imaginatiua tota anima, & alia quædam proposita sunt dogmata, quæ Græcorum philosophia nondum tractauit. Et quid multis de eo verbis opus est? Totus vnius noctis vigiliis elucubratus est, immò reliquarum noctis, quæ visionem etiam attulit, quòd eum scribere oporteret. Aliquando verò sermones bis terve, velut alius quispiam ex meipso cùm præsentibus audiui, & nunc quoties scriptum reuoluo, mirabiliter afficior, & diuina quædam vox mihi Poësim legenti circumfunditur. Sin non solùm ego sic afficior, verùm etiam aliis hoc accidit, tu id quoque planum facies. Tu enim prima Græcorum post me videbis. Eos hactenus non editos misi, & vt ne quid ad perfectionem numero deesset adieci, orationem de munere, olim factam legationis tempore ad quendam qui cum rege erat, principem. Et hercle cùm oratio tum munus Pentapoli profuit.

Dometiano Scholastico.

Etiamsi satis perspicuè ex rebus ipsis cognitum mihi sit, præclarum tuum caput, & humanitatis officio gaudere, & his quibus opus est manum auxiliarem libenter porrigere, tamen ad hoc ipsum etiam adhortor, & vt prouerbio communi dicitur, equum in campum incitare me arbitror. Ac tibi plus quàm antea charum caput

humani-

humanitas nunc declaranda est, quò miserabilior vultus est, qui beneficium est accepturus. Mulier enim hæc & mulier, viduata. Deinde cum orphano puero, calamitatem præsentem subiuit. Quis verò sit is qui hinc iniuriam infert, & quod & quomodo, ipsa tuam probitatem docebit. Dabis igitur operam præclare, vt mulierem tuearis, & quia per se honestum est, & quia te decet: & mei denique caussa. Nam ego quoque tecum faciam in iis, quæ in ipsam contuleris officia, cùm sit mea cognata, & sit apud nos castis moribus ab ornatissima matre instituta.

Dometiano Scholastico.

IVs & Iustitia sociis indigent. Bene sit illis, qui fecerit eis auxiliũ, qui pro honesta caussa labores suscipiũt. Te delegi vt hæc propugnares, & cũ volũtate, tum industria defenderes. Meum quidem est, de omnibus bene mereri de quibus possim. At tu occasiones præbe. Experieris enim amicitiam, cuius neque te pœnitebit: neque fortasse quisquam eam deriserit.

θεραπείαν ἐπιδεικτέον. ὅσῳ καὶ τὸ πρόσωπον ἐλεεινότερόν ἐστι νῦν τὸ εὖ πεισόμενον. γυνὴ μὲν γάρ ἐστιν αὕτη καὶ γυνή, δυστυχήσασα χηρείαν, εἶτα σὺν ὀρφανῷ παιδίῳ, παθοῦσα, ἃ πέπονθεν. ὅς τις δέ ἐστιν ὁ ταύτην ἀδικήσας, καὶ ὅτι, καὶ ὅπως, αὐτὴ διδάξει τὴν σὴν καλοκαγαθίαν. ὅρα τοίνυν ὦ θαυμάσιε ὅπως ἐπαμύνῃς τῇ γυναικὶ, καὶ διὰ τὸ καλῶς ἔχον καὶ διὰ τὸ σοὶ πρέπον, καὶ δι' ἐμέ. μεθέξω γὰρ ἔτι σοὶ κἀγὼ τῶν εἰς αὐτὴν γινομένων, συγγενίδα τε οὖσαν ἐμὴν, καὶ τεθραμμένην ὑπὸ μητρὶ κοσμίᾳ σωφρόνως παρ' ἡμῖν.

Δομετιανῷ σχολαστικῷ.

ΤΑ δίκαια χρήζει συμμάχων. καὶ γίνοιντ' ἂν οἱ βοηθοῦντες αὐτοῖς εὐδαίμονες, τοῖς ὀρθῶς ἔχουσι συμπονοῦντες. εἱλόμην δή σε τούτων πρόβολον, γνώμῃ τε ἀμυνοῦντα καὶ τέχνῃ. τὸ μὲν ἐμὸν, ἅπασιν εὖ ποιεῖν οἷς ἂν δύνωμαι. δίδου δὲ αὐτὸς ἀφορμάς. αἰσθήσῃ γὰρ φιλίας, ἣν οὔτε αὐτὸς μέμψῃ, γελάσει τε ἴσως οὐδείς.

FINIS.

ΤΕΛΟΣ.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΜΟΝΟΙΑΣ.

DEMOSTHENIS EPISTOLAE.

Hieronymo Vuolfio interprete.

DE CONCORDIA.

OMnis & dicti & facti grauioris principia ducenda mihi videntur à diis immortalibus. Precor autem deos deásque omnes, vt, quod Atheniensi populo vtilissimũ est, & populo bene cupientibus, id & nunc & posthac mihi veniat in mentem scribere, & Atheniensium concioni decernere. Hæc precatus, cum spe, mihi diuinitùs aliquid bonum venisse in mentem, sic scribo.

Demosthenes Senatui populóque S.

QVod de meo in patriam reditu, semper omnibus vobis deliberandi copiam fore puto: nunc de eo nihil scripsi. cùm verò videam hoc nunc esse tempus, quo vos, si recta consilia sequamini, simul & gloriam & salutem & libertatem adipisci possitis, non modò vobis, sed & reliquis vniuersis Græcis: sin erraueritis, deceptive fueritis, non facilè posse eandem occasionem recuperari: duxi meam, quam de hisce haberem opinionem, in medium esse proferendam. Difficile quidem est per literas pertexere consilium. Multa enim vos ante rem cognitam soletis interpellare. Ac dicenti facile est, quid velitis, animaduertere: quódq; ignoratur, rectè explicare. Libello autẽ nullum tale adiumentũ suppetit con-

ΠΑΝΤΟΣ ἀρχομένῳ σπουδαίου λόγου καὶ ἔργου ἀπὸ τῶν θεῶν ὑπολαμβάνω προσήκειν πρῶτον ἄρχεσθαι. εὔχομαι δὲ τοῖς θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ὅ,τι τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων ἄριστόν ἐστι καὶ τοῖς εὐνοοῦσι τῷ δήμῳ καὶ νῦν καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, τοῦτ' ἐμοὶ μὲν ἐπὶ νοῦν ἐλθεῖν γράψαι, τοῖς δ' ἐκκλησιάσασιν Ἀθηναίων ἑλέσθαι. εὐξάμενος δὲ ταῦτα, τῆς ἀγαθῆς ἐπινοίας ἐλπίδα ἔχων παρὰ τῶν θεῶν, τάδ' ἐπιστέλλω.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

ΠΕρὶ μὲν τῆς ἐμῆς οἴκαδε ἀφίξεως, ἀεὶ νομίζω πᾶσιν ὑμῖν ἔσεσθαι βουλεύσασθαι· διόπερ νῦν οὐδὲν περὶ αὐτῆς γέγραφα. τὸν δὲ παρόντα καιρὸν ὁρῶν ἑλομένων μὲν ὑμῶν τὰ δέοντα, ἅμα δόξαν καὶ σωτηρίαν καὶ ἐλευθερίαν δυνάμενον κτήσασθαι οὐ μόνον ὑμῖν, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν· ἀγνοησάντων δὲ ἢ παρακρουσθέντων οὐ ῥᾴδιον αὖθις τὸν αὐτὸν ἀναλαβεῖν, ᾠήθην χρῆναι τὴν ἐμαυτοῦ γνώμην ὡς ἔχω περὶ τούτων εἰς μέσον θεῖναι. Ἔστι μὲν οὖν ἔργον δι' ἐπιστολῆς, ἐμμεῖναι συμβουλῇ. πολλοῖς γὰρ εἰώθατε ἀπαντᾶν ὑμεῖς πρὸ τοῦ περιμεῖναι μαθεῖν. λέγοντι μὲν οὖν ἐστιν, αἰσθέσθαι τί βούλεσθε, καὶ διορθώσασθαι τἀγνοούμενον, ῥᾴδιον. τὸ δὲ βιβλίον οὐδεμίαν ἔχει βοήθειαν τοιαύτην πρὸς τοὺς

θορυβοῦντας. οὐ μὴν, ἀλλ' ἐὰν ἐθέλητε ἀκοῦσαι σιγῇ, καὶ περιμείνητε πάντα μαθεῖν, οἴομαι καὶ σὺν θεοῖς εἰρῆσθαι, καίπερ βραχέων τῶν γεγραμμένων ὄντων. αὐτὸς γὰρ φανήσεσθαι μετὰ πάσης εὐνοίας τὰ δέοντα περὶ ὑμῶν πράττων, καὶ τὰ συμφέροντα ὑμῖν ἐμφανῆ δείξειν. οὐκ ὡς ἀπορούντων δὲ ὑμῶν ῥητόρων, οὐδὲ τῶν ἄνευ λογισμοῦ ῥᾳδίως ὅτι ἂν τύχωσιν ἐρούντων, ἔδοξέ μοι τὴν ἐπιστολὴν πέμπειν, ἀλλ' ὅσα τυγχάνω δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ παρηκολουθηκέναι τοῖς πράγμασιν εἰδὼς, ταῦτ' ἐβουλήθην τοῖς μὲν προῃρημένοις λέγειν ἐμφανῆ ποιήσας, ἀφθόνους ἀφορμὰς ὧν ὑπολαμβάνω συμφέρειν ὑμῖν, δοῦναι. τοῖς δὲ πολλοῖς ῥᾳδίαν τὴν τῶν βελτίστων αἵρεσιν καταστῆσαι. ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἐπῆλθέ μοι τὴν ἐπιστολὴν γράφειν, ταῦτ' ἐστί. δεῖ δὲ ὑμᾶς ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι πρῶτον μὲν ἁπάντων πρὸς ὑμᾶς αὐτοὺς ὁμόνοιαν εἰς τὸ κοινῇ συμφέρον τῇ πόλει παρασχέσθαι, καὶ τὰς ἐκ τῶν πρότερον ἐκκλησιῶν ἀμφισβητήσεις ἐᾶσαι. δεύτερον δὲ πάντας ἐκ μιᾶς γνώμης τοῖς δόξασι προθύμως συναγωνίζεσθαι. ὡς τὸ μηδὲν μὴ δι' ἁπλῶς πράττειν, οὐ μόνον ἐστὶν ἀνάξιον ὑμῶν καὶ ἀγεννὲς, ἀλλὰ καὶ τοὺς μεγίστους κινδύνους ἔχει. δεῖ δὲ μηδὲ ταῦτα λαθεῖν ὑμᾶς ἃ καθ' αὑτὰ μὲν οὐκ ἔστιν αὐτάρκη κατασχεῖν πράγματα. προστεθέντα δὲ ταῖς δυνάμεσι, πολλῷ πάντ' εὐκατεργαστότερα ὑμῖν ποιήσει. τίνα οὖν ἐστι ταῦτα. μήτε πόλει μηδεμιᾷ, μήτε τῶν ἑκάστῃ τῶν πόλεων συνηγωνισμένων τοῖς καθεστηκόσι, μήτε πικραίνεσθαι, μήτε μνησικακεῖν. ὁ γὰρ τοιοῦτος φόβος τοὺς συνειδότας αὑτοῖς ὡς ἀναγκαίοις τοῖς συνεστηκόσι κίνδυνον ἔχουσι πρόδηλον, προθύμους συναγωνιστὰς ποιεῖ. ἀφεθέντες δὲ τοῦ δέους, τούτου πάντες, ἠπιώτεροι γενήσονται. τοῦτο δὲ, οὐ μικρὰν ὠφέλειαν ἔχει. κατὰ μὲν δὴ πόλεις τὰ τοιαῦτα εὔηθες προλέγειν. μᾶλλον δ' οὐδ' ἐν δυνατῷ. ὡς δ' ἂν ὑμῖν αὐτοῖς ὀφθῆτε χρώμενοι, τοιαύτην καὶ κατὰ τῶν ἄλλων προσδοκίαν παρασκευάσετε ἑκάστοις. φημὶ δὲ χρῆναι μήτε πόλει, μήτε στρατηγῷ, μήτε ῥήτορι μήτ' ἰδιώτῃ μηδενὶ τῶν τὰ πρὸ τοῦ γε δοκούντων συνηγωνίσθαι τοῖς καθεστηκόσι, μήτε μέμφεσθαι μήτ' ἐπιτιμᾶν μηδένα μηδὲν ὅλως. ἀλλὰ συγχωρῆσαι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει πεπολιτεῦσθαι τὰ δέοντα. ἐπειδήπερ οἱ θεοὶ καλῶς ποιοῦντες σώσαντες τὴν πόλιν, ἀποδεδώκασιν ὑμῖν ὅτι ἂν βούλησθε ἐξ ἀρχῆς βουλεύσασθαι. καὶ νομίζειν ὥσπερ ἂν ἐν πλοίῳ τῶν μὲν ἱστίῳ τῶν δὲ κώπαις ἀποφαινομένων κομίζεσθαι, λέγεσθαι μὲν ὑπ' ἀμφοτέρων ἅπαντα ἐπὶ σωτηρίᾳ, γεγενῆσθαι δὲ τὴν χρείαν πρὸς τὰ συμβάντα ἀπὸ τῶν θεῶν. ἐὰν τοῦτον τὸν τρόπον περὶ τῶν παρεληλυθότων ἐγνωκότες ἦτε, καὶ πιστοὶ πᾶσι γενήσεσθε, καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα πράξετε, καὶ τὰ πράγματα ὠφελήσετε οὐ μικρῶς, καὶ τοὺς ἐναντιωθέντας ἐν ταῖς πόλεσιν ἢ μεταγνῶναι ποιήσετε πάντας, ἢ κομιδῇ τινας αὐτοὺς αἰτίους καταλειφθῆναι. μεγαλοψύχως τοίνυν καὶ πολιτικῶς τὰ κοινῇ συμφέροντα πράττετε καὶ τῶν ἰδίων μέμνησθε. παρακαλῶ δ' εἰς ταῦτα, οὐ τυχὼν αὐτὸς τοιαύτης φιλανθρωπίας παρ' ἐνίων, ἀλλὰ ἀδίκως καὶ στασιαστικῶς εἰς τὴν ἑτέρων χάριν προποθείς. ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἰδίαν ὀργὴν ἀναπληρῶν, τὸ κοινῇ συμφέρον οἴμαι δεῖν βλάπτειν.

tra tumultuantes. Si tamen audire voletis cum silentio, & expectabitis, dum rem omnem cognoueritis: spero diis propiciis, quãquam breues hæ literæ sunt fore vt appareat, me & optimo studio ea conari pro vobis quæ deceant, & quæ vobis expediant perspicuè declaraturum. Neque verò eo consilio hasce ad vos dedi literas, quasi vobis desint oratores, aliiue qui impræmeditati, quicquid in mentem inciderit, dicant. Sed quæ per experientiam, & vt in gerẽdis rebus versatus, habeo cognita, iis expositis, dicendi in publico studiosis vberem eorum quæ esse putem è Repub. materiam suppeditare: vulgo optimorum consiliorum delectum, facilem reddere volui. Ac cur hanc epistolam scribere instituerim, hæc sunt. Primùm omnium Athenienses, vos concordes esse propter communem ciuitatis vtilitatem oportet, ortasque in prioribus conuentibus missas facere dissensiones. Deinde consentientibus animis omnes, alacritérque, quicquid decretum fuerit, adiuuare. Nihil enim consianter simplicitérque agere, non modò est indignum vobis, & animi parum generosi: sed summo etiam cũ periculo coniunctum. Iam nec illud vobis ignorandum est, ea quæ per se ad statum rerum vestrarum tuendum satis non sunt si ad reliquas copias adiungantur, effectura, vt multò facilius omnia consequamini. Quæ igitur illa sunt? Neque ciuitati vlli, neque vllis viris qui cuiusque vrbis vetera instituta defenderunt, irascẽdum est: sed delenda potiùs ex animis memoria iniuriarum. Nã istiusmodi metus efficit, vt qui se fœderatis, in manifesto periculo versantibus, necessarios esse sciunt, opem iisdem promptissimè ferant: qui metu isto liberati, omnes fient mitiores: in quo non parua est vtilitas. Ac oppidatim proclamare talia, stultum fuerit, imò ne fieri quidem id potest. Sed prout vos cum ciuibus vestris egisse videatur: ita efficietis, vt quisque cum cæteris etiam actum iri expectet. Proinde censeo, neque ciuitatẽ, neque ducem, neque oratorem, neque plebeium quenquam eorum, qui antehac cum defendisse statum, qui tum fuit, visi sunt, à quoquã vllo modo vel taxandum vel obiurgandum: sed concedẽdum esse hoc, omnes ciues ea egisse, quæ oportuerit, postquã benignitate deûm cõseruata Republica, vobis licitum est, de integro, vestro arbitratu deliberare: & cogitandum, quemadmodum in naui, cum hi velificatione, illi remigatione vtendum censent, dici ab vtrisque omnia propter salutem tuendam: id verò prælatum esse consilium, quod cùm deorum voluntate congruerit. Quòd si de præteritis ad hũc modum statueritis: & fidẽ inuenietis apud omnes, & officio bonorum virorum fungemini, & res vestras non parum erigetis: & eos qui in vrbibus aduersati vobis fuerunt, eò redigetis, vt aut consilia mutent omnes, aut omninò aliqui esse in culpa ipsi videantur. Quæ igitur è Republica sunt: ea magnis animis & ciuiliter administrate, & priuatarum rerum recordamini. Atque hæc ego moneo, nõ eandem humanitatem expertus apud nonnullos: sed per iniuriam & seditionem, in aliorum gratiam quasi propinatus. Verùm nec priuatæ explendæ iracundię gratia, Reipublicæ cõmodis nocẽdum puto:

neque

neque vllá priuati odij partem publicis vtilitatibus admisceo: sed ad quę alios adhortor, ea mihi primò esse facienda censeo. Quę igitur præparanda, quæque cauenda sunt, & quibus agendis (quantum quidem humano cõsilio prouideri potest) prosperrimo vti successu posse videamini: ferè à me explicatum. Quotidianis autem negociis præesse, & casibus subitis rectè vti, & cuiusque rei intelligere occasiones, & iudicare quæ res benignitate verborũ obtineri possint, quæ item vi extorquendæ sint: ducum officium est, qui rebus administrandis sunt pręfecti. Qua etiá de causa durissima est dicendæ in concilio sententiæ prouincia. Nam rectè consulta, & magno studio laboréque probata, sæpe propterea corrumpuntur, quòd ij qui ea in mandatis habent, aliter exequuntur. Nunc tamen bene successura esse omnia spero. Nam si quis Alexandrum eò fortunatum putat, quòd ei prosperè successerunt omnia: is illud reputet, eum agendo & laborando, & audendo, non desidendo, fuisse fortunatum. Posteaquam igitur nunc mortuus est: fortuna quærit aliquos quibus adsit: ij vos esse debetis, & duces, per quos geri necesse est, quàm bene volentissimos copiis præficere. Quódque vnusquisque vestrûm facere poterit & volet: id ad seipsum dicat & promittat: caueátque ne fallat, neque tergiuersandi gratia, sibi data esse verba, non persuasum esse, causetur. Quicquid enim vos neglexeritis: id qui resarciat, neminem inuenietis. Neque idem periculum est in iis rebus, quas tum cùm voletis, agere licebit, cõsilia sæpe mutare & in iis, propter quas bellum erit gerendum. Sed in huiusmodi rebus sententiæ mutatio non est aliud, quàm consilij & instituti clades. Ne verò tale quippiam committite: sed quicquid acturi estis, id generosis & paratis animis decernite, & vbi semel decreueritis, ductu & auspiciis, tum Dodonæi Iouis, tum reliquorum deorum, qui multa vobis & præclara & bona & vera oracula reddiderunt, illorúmque ope implorata, votísque pro victoria iis omnibus nuncupatis, adiutrice fortuna propicia libertatem Græcis restituite.

De suo reditu,

Demosthenes senatui Populóque S.

EXistimabam, pro meis in Rempublicam meritis, me non modò insontem, non ita tractatum iri: sed mediocrium etiam peccatorum, si quam fortè culpam contraxissem, veniam impetraturum. Postquam verò ita accidit: dum videbam à vobis, nullis criminibus per senatum apertè demonstratis & probatis, ex istorũ arcanis consiliis condemnari omnes: non minus vos de vestro iure concedere, quàm me fraudari existimans: ferendum æquo esse animo putaui. Nam iis assentiri iuratos iudices, quæ senatus sine vlla probatione affirmarit: de Reipublicæ iure concedere fuit. Quia verò iam, pro vestra prudentia, eum principatum, quem in senatu quidam sibi parare conabantur, animaduertistis, & in iudicandis causis argumenta spectastis, istorúmque arcana, digna esse repræhensione depræhendistis: decere censeo (si quidem id vestra: etiam voluntas feret) me quoque ita restitui in integrũ vt ij restituti sunt, qui in simili crimine fuerũt:

οὔτε μίγνυμι τῆς ἰδίας ἔχθρας, εἰς τὰ κοινῇ συμφέροντα οὐδέν. ἀλλ' ἐφ' ἃ τοὺς ἄλλους παρακαλῶ, ταῦτα αὐτὸς οἴομαι δεῖν πρῶτον ποιεῖν. αἱ μὲν οὖν παρασκευαὶ καὶ ἃ δεῖ φυλάξασθαι καὶ ἃ πράττων τις ἂν κατ' ἀνθρώπινον λογισμὸν μάλιστ' ἂν κατορθοίη, σχεδὸν εἴρηνταί μοι. τοῖς δὲ καθ' ἡμέραν ἐπιστατῆσαι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ παραχρῆμα συμβαίνουσιν ὀρθῶς χρῆσθαι, καὶ γνῶναι τὸν ἑκάστου καιρὸν καὶ κρῖναι τί τῶν πραγμάτων ἐξ ὁμιλίας δυνατὸν προσαγαγέσθαι, καὶ τί βίας προσδεῖται, τῶν ἐφεστηκότων στρατηγῶν ἔργον ἐστί. διὸ καὶ χαλεπωτάτην τάξιν ἔχει τὸ συμβουλεύειν· τὰ γὰρ ὀρθῶς βουλευθέντα καὶ δοκιμασθέντα σὺν πολλῇ σπουδῇ καὶ πόνῳ, πολλάκις τῷ τοὺς ἐπιστάντας ἄλλως χρήσασθαι διελυμάνθη. νῦν μέντοι πάνθ' ἕξειν καλῶς ἐλπίζω. καὶ γὰρ εἴ τις ὑπείληφεν εὐτυχῆ τὸν Ἀλέξανδρον τῷ πάντα κατορθοῦν, ἐκεῖνο λογισάσθω. ὅτι πράττων καὶ πονῶν καὶ τολμῶν, οὐχὶ καθήμενος, εὐτύχει. νῦν τοίνυν τεθνεῶτος ἐκείνου ζητεῖ τινας ἡ τύχη μεθ' ὧν ἔσται. τούτους δ' ὑμᾶς δεῖ γενέσθαι. τούς τε ἡγεμόνας δι' ὧν ἀνάγκη τὰ πράγματα πράττεσθαι, ὡς εὐνουστάτους ἐπὶ τὰς δυνάμεις ἐφίστατε. καὶ ὅτι ποιεῖν αὐτὸς ἕκαστος ὑμῶν δυνήσεται καὶ βουλήσεται, τοῦτο πρὸς αὑτὸν εἰπάτω. καὶ ὑποσχέσθω καὶ τοῦθ' ὅπως μὴ ψεύσεται. μηδ' ἐξηπατῆσθαι μηδὲ προθέσθαι παρακρουσθεὶς φήσας, ἀναδύσεται. ὡς τὴν ἔνδειαν ὧν ἂν ἐλλείπηθ' ὑμεῖς, οὐχ εὑρήσετε τοὺς ἀναπληρώσοντας. οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἔχει κίνδυνον, περὶ ὧν ἐφ' ὑμῖν ἐστιν ὅπως ἂν βούλησθε πρᾶξαι, μεταβουλεύεσθαι πολλάκις καὶ περὶ ὧν ἂν ἐνστῇ πόλεμος. ἀλλ' ἡ περὶ τούτων μετάγνωσις ἧττα τῆς προαιρέσεως γίγνεται. μηδὲ ποιήσητε τοῦτο μηδέν. ἀλλ' ὅτι πράξετε γενναίως καὶ ἑτοίμως ταῖς ψυχαῖς, τοῦτο χειροτονεῖτε, κἂν ἅπαξ ψηφίσησθε, τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον καὶ τοὺς ἄλλους θεοὺς οἳ πολλὰς καὶ καλὰς καὶ ἀγαθὰς καὶ ἀληθεῖς ὑμῖν μαντείας ἀνῃρήκασιν ἡγεμόνας ποιησάμενοι, καὶ παρακαλέσαντες, καὶ κατὰ τῶν νικητηρίων ἅπασιν αὐτοῖς εὐξάμενοι, μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης ἐλευθεροῦτε τοὺς Ἕλληνας.

Περὶ τῆς ἰδίας καθόδου.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

ΕΝόμιζον μὲν ἀφ' ὧν ἐπολιτευόμην, οὐχ ὅπως μηδὲν ἀδικῶν τοιαῦτα πείσεσθαι, ἀλλὰ καὶ μέτρια ἂν ἐξαμαρτὼν συγγνώμης τεύξεσθαι. ἐπειδὴ οὕτω γέγονεν, ἕως μὲν ἑώρων ὑμᾶς οὐδεμιᾶς ἀποδείξεως φανερᾶς οὐδ' ἐλέγχου γιγνομένου παρὰ τῆς βουλῆς πρὸς τὰ ταύτης ἀπόρρητα καταψηφιζομένους ἁπάντων, οὐδὲν ἔλαττον παραχωρεῖν ὑμᾶς ἡγούμενος, ἢ ἐμαυτὸν ἀποστερεῖσθαι, στέργειν ἡγούμην. τὸ γὰρ οἷς ἂν ἡ βουλὴ φῆσι τοὺς ὀμωμοκότας δικαστὰς προσίεσθαι, μηδεμιᾶς ἀποδείξεως ῥηθείσης, τῆς πολιτείας παραχωρεῖν ἦν. ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες ᾔσθησθε τὴν δυναστείαν, ἣν τινες τῶν ἐν τῇ βουλῇ κατεσκευάζοντο ἑαυτοῖς, καὶ πρὸς τὰς ἀποδείξεις τοὺς ἀγῶνας κρίνετε τὰ δ' ἀπόρρητα τούτων ἐπιτιμήσεως ἄξια εὑρήκατε, οἶμαι δεῖν ἐὰν καὶ ὑμῖν βουλομένοις ᾖ, τῆς ὁμοίας τυχεῖν σωτηρίας τοῖς τῶν ὁμοίων αἰτιῶν τετυχηκόσι.

ἀλλὰ μὴ μόνος δι' αἰτίαν ψευδῆ τῆς πατρίδος καὶ τῶν ὄντων καὶ τῆς τῶν οἰκειοτάτων συνηθείας ἀποστερηθῶ. εἰκότως δ' ἂν ὑμῖν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι μέλοι τῆς ἐμῆς σωτηρίας, οὐ μόνον κατὰ τοῦτο ὅτι οὐδὲν ὑμᾶς ἀδικῶν τοιαῦτα πέπονθα, ἀλλὰ καὶ τῆς παρὰ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ἕνεκ' εὐδοξίας. μὴ γὰρ εἰ μηδεὶς ὑμᾶς ἀναμιμνήσκει τοὺς χρόνους μηδὲ τοὺς καιροὺς ἐν οἷς τὰ μέγιστ' ἐγὼ χρήσιμος ἦν τῇ πόλει, τοὺς ἄλλους ἕλληνας ἀγνοεῖν νομίζετε, μηδ' ἐπιλελῆσθαι τῶν ἐμοὶ πεπραγμένων ὑπὲρ ὑμῶν, ἃ ἐγὼ δυοῖν ἕνεκα νῦν ὀκνῶ γράφειν καθ' ἕκαστον. ἑνὸς μὲν τὸν φθόνον δεδιὼς πρὸς ὃν οὐδέν ἐστι προὔργου τἀληθῆ λέγειν. ἑτέρου δ' ὅτι πολλὰ καὶ ἀνάξια ἐκείνων διὰ τὴν τῶν ἄλλων ἑλλήνων κακίαν νῦν πράττειν ἀναγκαζόμεθα. ἐν κεφαλαίῳ δὲ τοιαῦτ' ἐστὶν ἐφ' οἷς ἐξητασάμην ὑπὲρ ὑμῶν ἐγώ, ὥσθ' ὑμᾶς μὲν ἐπ' αὐτοῖς ὑπὸ πάντων ζηλοῦσθαι. ἐμοὶ δ' ἐλπίδα τῶν μεγίστων δωρεῶν προσδοκᾶσθαι παρ' ὑμῶν. τῆς δ' ἀναγκαίας μὲν ἀγνώμονος δὲ τύχης οὐχ ὡς δίκαιον ἦν, ἀλλ' ὡς ἐβούλετο κρινάσης τὸν ὑπὲρ τῆς τῶν ἑλλήνων ἐλευθερίας ἀγῶνα, ὃν ὑμεῖς ἠγωνίσασθε, οὐδ' ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέστην τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας. οὐδ' ἀντηλλαξάμην ἀντὶ ταύτης οὐδέν. οὐ χάριν, οὐκ ἐλπίδας, οὐ πλοῦτον, οὐ δυναστείαν, οὐκ ἀσφάλειαν. καίτοι πάντα ταῦθ' ἑώρων ὑπάρχοντα τοῖς καθ' ὑμῶν βουλομένοις πολιτεύεσθαι, ὃ δὲ πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ἐφ' οἷς εἰκότως ἐπέρχεταί μοι παρρησιάζεσθαι, μέγιστον ἡγούμην, οὐκ ὀκνήσω γράψαι πρὸς ὑμᾶς. ὅτι ἐν ἅπαντι τῷ αἰῶνι τῶν μνημονευομένων ἀνθρώπων δεινοτάτου γεγενημένου φιλίππου, καὶ δι' ὁμιλίας πεῖσαι προσέχειν αὐτῷ τὸν νοῦν ὡς βούλοιτο καὶ διαφθεῖραι χρήμασι τοὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἑλληνίδων πόλεων γνωρίμους, ἐγὼ μόνος οὐδετέρου τούτων ἡττήθην ὃ καὶ νῦν ὑμῖν φιλοτιμίαν φέρει, πολλὰ μὲν ἐντυχὼν φιλίππῳ καὶ διαλεχθεὶς, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἐπέμπετε πρεσβεύοντά με, πολλῶν δ' ὑπισχόμενος χρημάτων διδόντος ἐκείνου. ἃ τῶν συνειδότων ἔτι πολλοὶ ζῶσιν. οὓς τίνα γνώμην ἔχειν περὶ ὑμῶν εἰκὸς λογίσασθε. τὸ γὰρ τῷ τοιούτῳ τοῦτον τὸν τρόπον κεχρῆσθαι, ἐμοὶ μὲν ἂν εὖ οἶδ' ὅτι φανείη συμφορά. κακία δὲ οὐδὲ μία. ὑμετέρα δὲ ἀγνωμοσύνη. ἣν τῷ μεταγνῶναι λύσετε. πάντα τοίνυν τὰ προειρημένα, ἐλάττω νομίζω τῆς συνεχοῦς καὶ καθ' ἡμέραν πολιτείας ἐν ᾗ παρεῖχον ἐμαυτὸν ἐγὼ πολιτευόμενον, οὐδὲ μιᾶς ὀργῆς οὐδὲ δυσμενείας, οὐδὲ ἀδίκου πλεονεξίας, οὔτε κοινῆς οὔτε ἰδίας προϊστάμενος. οὐδὲ συκοφαντήσας οὐδένα πώποτε, οὔτε πολίτην, οὔτε ξένον. οὐδὲ καθ' ὑμῶν ἴδια δεινὸς ὤν. ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν εἴ τι δεήσειεν ἐξεταζόμενος δημοσίᾳ. εἰδεῖεν δ' ἂν οἱ πρεσβύτεροι καὶ λέγειν τοῖς νεωτέροις ἐστὲ δίκαιοι τὴν πρὸς πύθωνα τὸν βυζάντιον ἐκκλησίαν ὅτε τοὺς ἀπὸ τῶν ἑλλήνων ἦλθε πρέσβεις ἔχων, ὡς ἀδικοῦσαν δείξων τὴν πόλιν. ἀπῆλθε δὲ τἀναντία τούτων παθών, μόνου τῶν τότε ῥητόρων ἐξετάσαντος ἐμοῦ τὰ ὑπὲρ ὑμῶν δίκαια. καὶ ἐῶ πρεσβείας ὅσας ὑπὲρ ὑμῶν ἐπρέσβευσα. ἐν αἷς οὐδὲν ἠλαττώθητε πώποτε οὐδὲ καθ' ἕν. ἐπολιτευόμην γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι

ne solus ego falsum ob crimen patria, fortunis, & coniunctissimorum consuetudine caream. Iurè autem vobis, Athenienses, salus mea curæ fuerit: cùm quòd nulla vobis à me orta iniuria, ita sum tractatus: tum propter vestram apud exteros existimationem. Neque enim putetis, si nemo vobis in memoriam redigit ea tempora, eásque occasiones, quibus ego maximas vtilitates attuli Reipub. reliquos etiam Græcos ignorare, aut oblitos esse rerũ à me pro vobis gestarum. Quas ego nunc duabus de caussis scribere vereor singulatim: tum quòd inuidiam reformido: contra quam in veritate orationis præsidij nihil est: tum quòd multa & indigna illis rebus, propter reliquorum Græcorum ignauiam, nunc tolerare cogimur. Summatim verò illiusmodi ea sunt, quæ pro vobis ego suscepi: vt & omnib. felicitas, virtúsque vestra admirationi esset: & ego summorum à vobis præmiorum spem propositã haberem. Cùm verò ineuitabilis illa quidem, sed iniqua fortuna, non ex æquitate, sed pro sua libidine, susceptum pro libertate Græcorum, quod vos gessistis, bellum diiudicasset: nec reliquo tempore meã erga vos beneuolentiam non abieci: nec eam vlla re mutaui, non gratia, non spe, non diuitiis, nõ potentia, non securitate: quanquam videbam omnia hæc iis contingere, qui contra vos Rempublicã gerere vellent. Quòd verò in multis & magnis rebus, quibus mihi iurè gloriari licet, maximum existimarim, non dubitabo scribere ad vos: cùm Philippus inter eos qui ab omni æuo memorantur, solertissimus fuerit: ad hominum voluntates comitate & affabilitate sic sibi deuinciendas, vt ad nutum paratos haberet: & largitionibus omnes, quorum aliqua esset in Græcis vrbibus autoritas, corrumpendos: me solum ab horum neutro esse victum. id quod etiam nunc vobis gloriosum est: quanquam sæpè congressus & collocutus sim cum Philippo iis de rebus, propter quas vos me legatũ mittebatis: & magnam pecuniam, quam ille offerebat, repudiatasse: quarum rerum conscij multi etiam hodie viuũt: quos quid de vobis iudicare consentaneum sit, cogitate. Quòd enim talem ita tractastis: id meæ quidem calamitati scilicet tribuetur, sceleri nequaquam: vestræ autem iniquitati: quam infamiam consilij mutatione delebitis. Iam ea quæ dixi omnia, minora puto, continente & quotidiana Reipublicę administratione: in qua ita me gessi, vt neque vlli iracundiæ, neque simultatibus, neque iniusto quæstui, vel publico vel priuato seruierim: neque vllum vnquam vel ciuem, vel hospitem sim calumniatus, neque contra vos priuatim facultate mea vsus: sed si quid opus esset, publicè pro vobis in procinctu steterim. Quod cùm natu grandiores norint: æquum est, vt iunioribus concionem aduersus Pythonem Byzantium habitam: indicetis: cum adductis Græcorum legatis adfuit, iniurias nostræ vrbis ostensurus: & contrarium eius quod sperarat, expertus, recessit: vbi ego solus oratorum illius temporis, vestram caussam defendi. Omitto, quòd legationes pro vobis obierim: in quibus omnibus nullum vnquam vel minimum detrimentum cœpistis. Ea enim, ô Athenienses,

in Re-

in Republica ratio mea fuit, nõ vt vos alios alij vinceretis, aut vt ciuitatem contra semetipsam acuerem: sed ad ea vos incitaui, vnde gloriá, & magnanimitatis opinionem relaturos vos arbitrarer. Quæ cùm omnes tum verò adolescentes admirari debent, nec eum requirere solùm, qui captator auræ popularis, vulgiq; cupiditatum administer omniũ in Republica sit. (talium enim nulla vnquá penuria futura est) sed eum etiam, qui bono studio vestra errata reprehendat. Quin & alia multa prætereo propter quæ alius, qui nullam aliá nauasset operam, iurè suæ salutis haberi rationem postularet: vt ædilitia munera, vt triremium instructiones, vt largitiones pecuniarias, omnibus necessariis temporibus: quibus me non modò primùm succurrisse constabit: sed alios etiam esse adhortatum. Quorum singula cogitate, Athenienses, quàm ea calamitate indigna sint, quæ me oppressit. Cùm verò plurimis nunc in malis verser: quid primùm deplorem dubito. Vtrum ætatem, qua periculosum exilium experiri præter consuetudinem & dignitatem cogor? an ignominiam, quòd nullius criminis conuictus & reus peractus, damnatus per ijsan spem, qua frustratus, hæreditatem eorum malorum, quæ aliis debebantur, cepi? Neque enim ego vel Harpali amicus fui: vel propter priora mea acta in Republica pœnas dare debeo: cùm & ea quorum accusabar, probata non sint: & ex omnibus de Harpalo factis decretis, sola ea quæ ego egi, ciuitatem omni crimine liberarint. Ex quibus omnibus perspicitur: me temporibus circumuentum, nõ scelerum damnatum, iniustè eam, qua in omnes reos vti soletis, iracundiam experiri, propterea quòd ego primus in iudicium veni. Nam quid ego æqui pro mea defensione non attuli, ex iis quæ postea cæteros reos conseruarunt? aut quid amplius vel nunc dicere quisquam possit? Nemo certè. Ná quæ facta nõ sunt, ea facta vt sint, efficere nemo potest. Sed de his quanquam scribere multa possem, desino, quod innocentiæ conscientiam, experientia me docuit ad iuuandum paruas habere vires: ad augendum autem animi dolorem, omnium esse acerbissimam. Postquam verò pro vestra sapientia reis omnibus reconciliati estis: & mihi reconciliamini, ô Athenienses. Neque enim (testor deos & heroes) vlli vestrûm iniuriam feci: & mihi omnis anteacta vita mea testimonio est: cui meritò plus fidei haberetur à vobis, quàm isti crimini: quòd nunc in me cõiectum illud quidem est: sed probatum & demõstratum non est: neque me pessimum, aut minimæ fidei esse inter eos, quos calumnia impetiit, deprehẽdetis. Iam ob discessum meum iurè irasci mihi non potestis. Neq; enim ideo abij: quòd aut de vobis desperarem, aut vspiam aliò respicerem: sed primùm carceris ignominiam animo ferebam grauiter: deinde propter ætatem, afflictionem illam corporis perpeti non poteram. Denique & vos nõ nolle putabam, illá contumeliá me effugere: quæ neq; vos quicquá iuuabat, & me perdebat. Me autem vestri, neq; cuiusquá alterius, fuisse studiosum multis indiciis deprehendetis. Nam & in vrbem me cõtuli, non in qua me splendidissimè victurũ cõfiderẽ: sed quò etiã maiores nostros, Persici belli discriminib. circũuẽtos, venisse sciebá: & quá vobis esse beneuolentissimá intelligebá. Est autem ea Trœze-

οὐχ ὅπως ἀλλήλων ὑμεῖς περιγένησθε σκοπεῖν. οὐδ᾽ ἐφ᾽ ἑαυτὴν ἀκονῶν τὴν πόλιν, ἀλλ᾽ ἀφ᾽ ὧν δόξαν καὶ μεγαλοψυχίαν ὑμῖν ὑπάρξειν ἐνόμιζον. ἐφ᾽ οἷς ἅπασι μὲν, μάλιστα δὲ τοῖς νέοις ἄγασθαι προσήκει, καὶ σκοπεῖν μὴ μόνον τὸν διακονήσοντα πρὸς χάριν πάντ᾽ ἐν τῇ πολιτείᾳ, τούτου μὲν γὰρ οὐδέ ποτ᾽ ἐς ἀπορήσαι, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπ᾽ εὐνοίᾳ περὶ ὧν ἂν ἀγνοῆτε ἐπιτιμήσοντα. ἔτι τοίνυν παραλείπω πολλὰ, ἐφ᾽ οἷς ἕτερος καὶ μηδὲν ἄλλο χρήσιμος γεγονὼς, δικαίως ἂν ἠξίου τυγχάνειν σωτηρίας. χορηγίας καὶ τριηραρχίας. καὶ χρημάτων ἐπιδόσεις ἐν πᾶσι τοῖς καιροῖς. ἐν οἷς ἐγὼ φανήσομαι οὐ μόνον αὐτὸς ἐξητασμένος πρῶτος, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους παρακεκληκώς. ὧν ἕκαστον ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι λογίσασθε. ὡς ἀνάξιόν ἐστι τῆς περιεστηκυίας νῦν ἐμοὶ συμφορᾶς. ἀφθόνων δ᾽ ὄντων, ἀπορῶ τί πρῶτον ὀδύρωμαι τῶν παρόντων κακῶν. πότερον τὴν ἡλικίαν ἐν ᾗ φυγῆς ἐπικινδύνου πειρᾶσθαι παρ᾽ ἔθος καὶ παρὰ τὴν ἀξίαν ἀναγκάζομαι, ἢ τὴν αἰσχύνην. ἐφ᾽ ᾗ κατ᾽ οὐδένα ἔλεγχον οὔτ᾽ ἀπόδειξιν ἁλοὺς ἀπόλωλα, ἢ τὰς ἐλπίδας ὧν διαμαρτὼν, ὧν ἑτέροις προσῆκε κεκληρονόμηκα κακῶν. οὔτε γὰρ ἔγωγε τῶν ἁρπάλου φίλων φανήσομαι γεγονὼς, οὔτε ἐφ᾽ οἷς ἐπολιτευόμην πρότερον, δίκην ὀφείλων δοῦναι. οὔτε τῶν ἐφ᾽ οἷς ἐκρινόμην ἐξελεγχθέντων, τῶν τε γραφέντων περὶ ἁρπάλου μόνα τὰ ἐμοὶ πεπραγμένα ἀνέγκλητον πεποίηκε τὴν πόλιν. ἐξ ὧν πάντων δῆλόν ἐστιν, ὅτι καιρῷ τινι ληφθεὶς καὶ οὐκ ἀδικήμασι, τῇ πρὸς ἅπαντας τοὺς ἐν ταῖς αἰτίαις ὀργῇ περιπέπτωκα ἀδίκως, τῷ πρῶτος εἰσιέναι. ἐπεὶ τί τῶν δικαίων οὐκ εἶπον ἐγὼ, τῶν σεσωκότων τοὺς ὕστερον κρινομένους. ἢ τίνα νῦν ἂν εἰπεῖν ἔχοι τις. οὐ γάρ ἐστιν οὐδείς. τὰ γὰρ μὴ γενόμενα οὐκ ἔστι ποιῆσαι γεγενῆσθαι. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων παύομαι πολλὰ γράφειν ἔχων. τὸ γὰρ μηδὲν ἐμαυτῷ συνειδέναι πεῖράν μοι δέδωκεν, εἰς μὲν ὠφέλειαν ἀσθενὲς ὄν. εἰς δὲ τὸ μᾶλλον λυπεῖσθαι πάντων ὀδυνηρότατον. ἐπειδὴ δὲ καλῶς ποιοῦντες πᾶσι τοῖς ἐν ταῖς αἰτίαις διηλλάχθε, καὶ ἐμοὶ διαλλάγητε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. οὔτε γὰρ ἠδίκηχ᾽ ὑμᾶς οὐδένα ὡς ἴσασαν οἱ θεοὶ καὶ ἥρωες. μαρτυρεῖ δέ μοι πᾶς ὁ πρόσθεν παρεληλυθὼς χρόνος, ὃς δικαιότερον ἂν πιστεύοιθ᾽ ὑφ᾽ ὑμῶν, τῆς ἀνεγκλήτου νῦν ἐπενεχθείσης αἰτίας. οὔτ᾽ ἐγὼ χείριστος οὔτ᾽ ἀπιστότατος φανήσομαι τῶν διαβληθέντων. καὶ μὴν τὸ ἀπελθεῖν οὐκ ἂν εἰκότως ὀργὴν πρὸς με ποιήσειεν. οὐ γὰρ ἀπεγνωκὼς ὑμᾶς, οὐδ᾽ ἑτέρωσε βλέπων οὐδαμοῦ μετέστην. ἀλλὰ πρῶτον μὲν τοὔνειδος τῆς εἱρκτῆς χαλεπῶς τῷ λογισμῷ φέρων. εἶτα διὰ τὴν ἡλικίαν οὐκ ἂν οἷός τ᾽ ὢν τῷ σώματι τὴν κακοπάθειαν ὑπενεγκεῖν. ἔτι δ᾽ οὐδ᾽ ὑμᾶς ἐνόμιζον ἀβουλεῖν ἔξω με προπηλακισμοῦ γενέσθαι. ὃς οὐδὲν ὑμᾶς ὠφελῶν, ἐμὲ ἀπώλλυεν. ἔπειθ᾽ ὅτι γε ὑμῖν προσεῖχον τὸν νοῦν, καὶ οὐδέσιν ἄλλοις, πολλὰ ἂν ἴδοιτε σημεῖα. εἰς τὴν γὰρ πόλιν ἦλθον οὐκ ἐν ᾗ μέγιστα πράξειν αὐτὸς ἔμελλον, ἀλλ᾽ εἰς ἣν καὶ τοὺς προγόνους ἐλθόντας ᾔδειν ὅτε ὁ πρὸς τὸν Πέρσην κατελάμβανεν αὐτοὺς κίνδυνος. καὶ παρ᾽ ἣ πλείστην εὔνοιαν ὑπάρχουσαν ὑμῖν ἠπιστάμην. ἔστι δὲ τροιζῆ-

τίων αὕτη. ἣ μάλιστα μὲν οἱ θεοὶ τῆς πρὸς ὑμᾶς εὐνοίας ἕνεκα καὶ τῆς πρὸς ἐμὲ εὐεργεσίας, εὖνοι πάντες εἴησαν. εἶτα σωθεὶς ὑφ' ὑμῶν, δυνηθείην ἀποδοῦναι χάριτας. ἔν τε ταύτῃ τινῶν ὡς ἐμοὶ χαριζομένων, ἐπιτιμᾶν ὑμῖν τι πειρωμένων τῇ κατ' ἐμὲ ἀγνοίᾳ, ἐγὼ πᾶσαν εὐφημίαν ὥσπερ ἐμοὶ προσῆκε παρειχόμην. ἐξ ὧν καὶ μάλιστα νομίζω πάντας ἀγασθέντας δημοσίᾳ τιμῆσαι. ὁρῶν δὲ τὴν μὲν εὔνοιαν τῶν ἀνδρῶν μεγάλην, τὴν δ' εἰς τὸ παρὸν δύναμιν καταδεεστέραν, μετελθὼν εἰς τὸ τοῦ ποσειδῶνος ἱερὸν ἐν καλαυρείᾳ, κάθημαι. οὐ μόνον τῆς ἀσφαλείας ἕνεκα ἣν διὰ τὸν θεὸν ἐλπίζω μοι ὑπάρχειν, οὐ γὰρ οἶδά γε, ἃ γὰρ ἐφ' ἑτέροις ἐστὶν ὡς ἂν βούλωνται πρᾶξαι, λεπτὴν καὶ ἄδηλον ἔχει τῷ κινδυνεύοντι τὴν ἀσφάλειαν, ἀλλ' ὅτι καὶ τὴν πατρίδα ἐνθένδε ἑκάστης ἡμέρας ἀφορῶ. εἰς ἣν τοσαύτην εὔνοιαν ἐμαυτῷ σύνοιδα, ὅσης παρ' ὑμῶν εὔχομαι τυχεῖν. ὅπως οὖν ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι μηκέτι πλείω χρόνον τοῖς παροῦσι κακοῖς συνέχωμαι, ψηφίσασθέ μοι ταῦτα ἃ καὶ ἄλλοις τισὶν ἤδη. ἵνα μήτε ἀνάξιον ὑμῶν μηδὲν μοι συμβῇ, μήτε ἱκέτης ἑτέρων ἀναγκασθῶ γενέσθαι. οὐδὲ γὰρ ὑμῖν τοῦτο γένοιτ' ἂν καλόν. ἐπεὶ εἴγε μοι τὰ πρὸς ὑμᾶς ἀδιάλλακτα ὑπάρχει, τεθνάναι με κρεῖττον ἦν. εἰκότως δ' ἄν μοι πιστεύοιτε ταύτην τὴν διάνοιαν ἔχειν καὶ μὴ αὖ μάτην θρασύνεσθαι. καὶ γὰρ ἐμαυτοῦ κυρίους ὑμᾶς ἐποίησα. καὶ οὐκ ἔφυγον τὸν ἀγῶνα, ἵνα μήτε προδῶ τὴν ἀλήθειαν, μήτ' ἄκυρος ὑμῶν ἐμοῦ μηδεὶς γένηται. ἀλλ' ὅτι βούλοισθε, τούτῳ χρήσησθε. παρ' ὧν γὰρ ἁπάντων καλῶν κἀγαθῶν ἔτυχον, τούτοις ᾤμην δεῖν ἐξεῖναι καὶ ἁμαρτεῖν εἰ βούλοιντο εἰς ἐμέ. ἐπεὶ δὲ καλῶς ποιοῦσα ἡ δικαία τύχη τὸ ἄδικον κρατήσασα, δὶς περὶ τῶν αὐτῶν ἀπέδωκεν ὑμῖν βουλεύσασθαι, τῷ μηδὲν ἀνήκεστον ψηφίσασθαι περὶ ἐμοῦ, σώσατέ με ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι καὶ ψηφίσασθε καὶ ὑμῶν αὐτῶν ἄξια καὶ ἐμοῦ. ἐπ' οὐδενὶ γὰρ τῶν πεπραγμένων ἠδικηκότα με εὑρήσετε. οὐδ' ἐπιτήδειον ἄτιμον εἶναι οὐδ' ἀπολωλέναι. ἀλλὰ καὶ εὔνουν τῷ πλήθει τῷ ὑμετέρῳ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἵνα μηδὲν ἐπίφθονον γράψω. καὶ πλεῖστα πεπραγματευμένον τῶν νυνὶ ζώντων ὑπὲρ ὑμῶν. καὶ μέγιστα ὑπάρχοντά μοι κατ' ἐμαυτὸν σύμβολα εὐνοίας πρὸς ὑμᾶς. μηδεὶς δ' ὑμῶν ἡγείσθω με ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι μήτε ἀνανδρίᾳ μήτε ἄλλῃ προφάσει φαύλῃ μηδεμιᾷ παρ' ὅλην τὴν ἐπιστολὴν ὀδύρεσθαι. ἀλλ' ἃ τοῖς παροῦσιν ἕκαστος ἀφθόνως χρῆται, ἐμοὶ δὲ ταῦτα νῦν πάρεστιν ὡς μήτ' ὤφελε, λῦπαι καὶ δάκρυα καὶ τῆς πατρίδος καὶ ὑμῶν πόθος, καὶ ὧν πέπονθα λογισμός, ἅπαντα ποιεῖ με ὀδύρεσθαι. ἃ ἐπισκοποῦντες δικαίως, ἐν οὐδενὶ τῶν πεπολιτευμένων ὑπὲρ ὑμῶν οὔτε μαλακίαν οὔτ' ἀνανδρίαν προσοῦσαν εὑρήσετέ μοι. πρὸς μὲν δὴ πάντας ὑμᾶς τοσαῦτα. ἰδίᾳ δὲ τοῖς ἐμοὶ προσκρούουσιν ἐναντίον ὑμῶν βούλομαι διαλεχθῆναι. ὅσα μὲν γὰρ τοῖς ὑφ' ὑμῶν ἀγνοηθεῖσιν ὑπηρετοῦντες ἐποίουν, ἔστω δι' ὑμᾶς αὐτοῖς πεπρᾶχθαι καὶ οὐδὲν ἐγκαλῶ. ἐπειδὴ δὲ ἔγνωθ' ὑμεῖς οἷα ταῦτ' ἐστίν, ἐὰν μὲν ὥσπερ ὑπὲρ τῶν λοιπῶν ἐῶσι καὶ ἐμοὶ συγχωρήσωσι, καλῶς ποιήσουσιν. ἐὰν δ' ἐπηρεάζειν ἐγχειρῶσιν, ὑμᾶς ἀξιῶ μοι βοηθεῖν ἅπαντας. καὶ μὴ κυριωτέραν τὴν τούτων ἔχθραν τῆς παρ' ὑμῶν χάριτός μοι γενέσθαι. εὐτυχεῖτε.

niorum : cui precor vt dij potiſſimùm immortales tum ob beneuolentiam erga vos , tum ob collata in me beneficia, bene velint omnes: deinde vt & ego à vobis cõſeruatus, gratiã referre poſſim. In qua cùm quidam gratificandi mihi ſtudio, vos ob iſtum in me admiſſum errorem, reprehendere conarentur: ego ſumma qua me decuit æquitate vos defendi. Eámque ob cauſam in primis factum eſſe arbitror, vt mihi honos publicè haberetur. Cùm verò hominum beneuolentiam, inſignem quidem illam ſed vires in præſentia eſſe minores cernerem : digreſſus in Neptuni templum, in Calauria, me cõtuli : non modò quòd propter numinis religionem me ibi tutiorem fore ſpero. (Nec enim id exploratum habeo. Nam quæ res in aliorum poteſtate ſitæ ſunt, eæ ſpem tenuem & obſcuram periclitanti ſuppeditãt :) ſed eò etiam, quòd hinc quotidie patriam intueor : in quam tantæ mihi ſum beneuolentiæ conſcius, quantam vtinam à vobis conſequar. Ne igitur, Athenienſes, diutius etiam his malis angar, ea mihi decernitote, quę iam aliis quoque nonnullis tribuiſtis, vt neque indignum vobis aliquid mihi vſuueniat: neq; aliis ſupplicare cogar : id quod nec vobis honeſtum eſſet. Nam ſi veſtra iracundia placari mihi nulla ratione poteſt: mori me præſtiterit. Iurè autem hoc animo eſſe me, neque ſine re hæc iactare, credetis. Nam & veſtram autoritatem ſubij: & iudicium non detrectaui: vt neque veritatem indefenſam deſererem : neque veſtrûm quiſquam in me poteſtatem non haberet: ſed vt veſtro arbitratu de me ſtatueretis. Arbitrabar enim, eos qui omnia in me ornamenta contuliſſent, etiam erga me (ſi ita vellét :) delinquendi habere poteſtatem oportere. Quia verò iuſta fortuna, ita vti decuit, iniuſta ſuperata bis, vobis iiſdẽ de reb. ſtatuẽdi facultatẽ dedit: propterea ꝙ nihil in me, cui mederi non liceat, ſtatuiſtis: ſeruatote me, & quæ tũ vobis ipſis, tũ me digna ſunt decernitote. Nihil. n. à me perperã & ſceleratè factũ reperietis: neque me cõmeritum, vt vel dignitate, vel vita ſpolier : ſed & multitudinis ita eſſe ſtudioſum, vt qui maximè (ne quid inuidioſum ſcribam) & pulcherrima ex his qui adhuc viuunt, pro vobis gerenda ſuſcepiſſe , maximáque è meis æqualibus beneuolentiæ erga vos indicia reliquiſſe. Neque verò quiſquam veſtrûm putet, Atheniẽſes, me vel ex imbecillitate animi, vel vlla alia turpi de cauſa per totam epiſtolam lamentari. Nam ego nunc iis conflictor rebus (quod vtinam eſſet aliter) eo modo, quo quiſq; talibus in malis ſibi indulget, vt doloribus & lachrymis, & patriæ veſtríq; deſiderio, & ærumnarum mearum conſideratione. Quæ omnia mihi querelas eliciunt: quæ ſi cum æquitate reputabitis: in nullis meis veſtrarum rerum adminiſtrationibus, vel molliciei vel timiditatis argui me poſſe, reperietis. Et hęc hactenus ad omnes vos: priuatim verò cum iis qui me laceſſunt, coram vobis volo diſputare. Nam ea, in quibus veſtræ ignorationi ſubſeruierũt, propter vos ab eis facta ſunto: neque ego accuſo quicquam. Poſtquam verò cognouiſti vos, illa cuiuſmodi ſint : ſi vt reliquos miſſos faciunt, ita & me quieſcere ſinent: rectè facient. Sin exagitare me inſtituerint: peto, vt vos omnes opem mihi feratis: neq; committatis, vt iſtorum odia plus valeant, quàm veſtra beneuolentia. Valete.

DEMO-

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΛΥΚΟΥΡΓΟΥ ΠΑΙΔΩΝ.

DE LYCVRGI LIBERIS.

Demoſthenes Senatui populóque S.

QVæ meis in rebus iure à vobis tribui mihi putarem, ſuperioribus expoſui literis: quæ, cùm vobis videbitur, mihi concedetis. hæc autem de quibus nunc ſcribo, nõ negligi à vobis, neque aduerſandi. ſed æquitatis ſtudio, cognoſci velim. Contingit enim mihi quanquam peregrè degenti multos audire, qui vos ob ea quæ Lycurgi liberis acciderũt, reprehendant. Ac literas haſce miſiſſem propter res etiam ab eo viuente geſtas : de quibus æquè mecum omnes, ſi voletis officicio fungi, gratiam ei habebitis. Qui vt primùm ad Rēpublicam acceſſerat, in curatione vectigalium vrbanorúmque munerum ſe collocauit: de ſtatu Græciç ac ſociorũ nihil ſcribere ſolitus. Cùm verò eorum etiam qui præ ſe populi ſtudium ferebant, plerique vos deſeruiſſent : populi partibus ſe addixit : non quòd inde munera & reditus capere liceret. (Nam aduerſæ factioni hæc omnia propoſita erant,) neque quòd has partes magis extra periculum eſſe videret (multa enim & manifeſta pericula res habebat: quæ ei, qui populi autoritatem dicendo agendóque tueretur, adire neceſſe erat) ſed quòd natura popularis & vir bonus fuit. Quanquam autem coràm videbat, tam eos qui populo opem ferre cuperent, propter acceptam cladem eſſe infirmos: quàm aduerſarios viribus ab omni parte ſuffultos: nihilominus tamen ipſe in ea quę populo commendarent, incumbebat: ac poſtea ſtrenuè palàm & dicebat & agebat ea quæ conueniebant. Ob quæ ſtatim, vt omnes norunt, ad ſupplicium depoſcebatur. Scripſiſſem igitur, vt, principiò dixi, & in illius gratiam: ſed tamen cùm & vobis expedire putem, vt conuicia quæ apud exteros in vos dicuntur, ſciatis: multò magis ad literas mittendas ſum incitatus. Peto autem, vt qui priuatim illi iniqui ſunt, vera & æqua de eo audire non grauentur. Nec enim Athenienſes, ignorare debetis, exiſtimationi vrbis, ex his quæ in eius liberos facta ſunt, labem aſpergi. Nemo enim Græcorum ignorat, vos viuenti Lycurgo ſummos honores habuiſſe: cúmque ei plurima crimina ab eius inuidis impingerentur, nullum vnquam verum deprehendiſſe: tantam autem fidē habuiſſe, & præ omnibus popularē iudicaſſe, vt de multis cauſis è ſola Lycurgi affirmatione ſententiā ferretis : eáq; vobis ſatis eſſet. Id quod minimè feciſſetis, niſi vobis viſus fuiſſet homo integerrim⁹. Nũc igit̃ omnes, qui filios ei⁹ in vinculis eſſe audiũt,

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

ΠΕΡΙ μὲν τῶν κατ᾽ ἐμαυτοῦ, ἅ μοι παρ᾽ ὑμῶν ἐνόμιζον δίκαιον εἶναι γενέσθαι, τὴν προτέραν ἔπεμψα πρὸς ὑμᾶς· ὑπὲρ ὧν ὅταν ὑμῖν δοκῇ, τότε συγχωρήσετε. περὶ δὲ ὧν νῦν ἐπέσταλκα, ἐβουλοίμην ἂν ὑμᾶς μὴ παριδεῖν· μηδὲ πρὸς φιλονεικίαν, ἀλλὰ πρὸς τὸ δίκαιον ἀκοῦσαι. συμβαίνει γάρ μοι καίπερ ἐκποδὼν διατρίβοντι, πολλῶν ἀκούειν ἐπιτιμώντων ὑμῖν ἐπὶ τοῖς περὶ τοὺς λυκούργου παῖδας γιγνομένοις. ἐπέστειλα μὲν οὖν ἂν τὴν ἐπιστολὴν καὶ τῶν ἐκείνῳ ζῶντι πεπραγμένων ἕνεκα, ὧν ὁμοίως ἐμοὶ πάντες ἂν αὐτῷ δικαίως ἔχοιτε χάριν εἰ τὰ προσήκοντα βούλοισθε ποιεῖν. ἐκεῖνος γὰρ αὑτὸν ἐν τῷ περὶ τὴν διοίκησιν μέρει τάξας τῆς πολιτείας τὴν κατ᾽ ἀρχάς, καὶ περὶ τῶν ἑλληνικῶν καὶ συμμαχικῶν οὐδὲν εἰωθὼς γράφειν, ὅτε καὶ τῶν δημοτικῶν εἶναι προσποιουμένων οἱ πολλοὶ κατέλιπον ὑμᾶς, τότε τῆς τοῦ δήμου προαιρέσει προσένειμεν ἑαυτὸν, οὐχ ὅτι δωρεὰς καὶ προσόδους ἐκ τούτων ὑπῆρχε λαμβάνειν. ἀπὸ γὰρ τῶν ἐναντίων πάντα τὰ τοιαῦτα ἐγίγνετο. οὐδ᾽ ὅτι ταύτην ἀσφαλεστέραν τὴν προαίρεσιν οὖσαν ἑώρα. πολλοὺς γὰρ καὶ προδήλους εἶχε κινδύνους οὓς ἀναγκαῖον ἦν ὑπομεῖναι τὸν ὑπὲρ τοῦ δήμου λέγειν καὶ πράττειν προαιρούμενον. ἀλλ᾽ ὅτι δημοτικὸς καὶ φύσει χρηστὸς ἀνὴρ ἦν. καίτοι παρὼν ἑώρα τοὺς μὲν βοηθήσαντας ἂν τῷ δήμῳ, ἀσθενεῖς ἐπὶ τοῖς συμβεβηκόσιν ὄντας. τοὺς δὲ τἀναντία πράττοντας, κατὰ πάντα ἐρρωμένους. ἀλλ᾽ ὅμως οὐδὲν ἧττον ἐκεῖνος εἴχετο τούτων ἃ συμφέρειν ἡγεῖτο τῷ δήμῳ, καὶ μετὰ ταῦτα ἀόκνως καὶ λέγων καὶ πράττων ἃ προσῆκεν ἦν φανερός, ἐφ᾽ οἷς εὐθὺς ἐξητεῖτο ὡς ἅπαντες ἴσασιν. ἐπέστειλα μὲν οὖν ἂν ἅπερ εἶπον ἐν ἀρχῇ καὶ διὰ τὴν ἐκείνου χάριν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὑμῖν νομίζων ξυμφέρειν τὰς παρὰ τοῖς ἔξω γιγνομένας ἐπιτιμήσεις εἰδέναι, πολλῷ προθυμότερον πρὸς τὸ πέμψαι τὴν ἐπιστολὴν ἔσχον. παραιτοῦμαι δὲ τοὺς ἰδίᾳ πρὸς ἐκεῖνον ἔχοντας δυσκόλως ὑπομεῖναι τἀληθῆ καὶ τὰ δίκαια ἀκούειν περὶ αὐτοῦ. εὖ γὰρ ἴστε ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι ὅτι νῦν ἐκ τῶν περὶ τοὺς παῖδας αὐτοῦ γεγενημένων, φαύλην δόξαν ἡ πόλις λαμβάνει. οὐδεὶς γὰρ τῶν ἑλλήνων ἀγνοεῖ, ὅτι ζῶντα λυκοῦργον ἐτιμᾶθ᾽ ὑμεῖς εἰς ὑπερβολήν. καὶ πολλῶν αἰτιῶν ἐπενεχθεισῶν ὑπὸ τῶν φθονούντων αὐτῷ, οὐδεμίαν πώποθ᾽ εὕρετ᾽ ἀληθῆ. οὕτω δ᾽ ἐπιστεύετε αὐτῷ καὶ δημοτικὸν παρὰ πάντας ἡγεῖσθε, ὥστε πολλὰ τῶν δικαίων ἐν τῷ φῆσαι λυκοῦργον ἐκρίνετε. καὶ τοῦθ᾽ ὑμῖν ἐξήρκει. οὐ γὰρ ἂν καὶ τοιοῦτον μὴ δοκοῦν ὑμῖν. νῦν τοίνυν ἅπαντες ἀκούοντες τοὺς υἱεῖς αὐτοῦ δεδέσθαι, τὸν μὲν

τεθνεῶτα ἐλεοῦσι. τοῖς παισὶ δ᾽ ὡς ἀνάξια πάσχουσι συνάχθονται. ὑμῖν δ᾽ ἐπιτιμῶσι πικρῶς ὡς οὐκ ἂν τολμήσαιμι γράφειν ἐγώ. ἃ γὰρ ἄχθομαι τοῖς λέγουσι καὶ ἀντιλέγω καθόσον δύναμαι βοηθῶν ὑμῖν, ταῦτα ἄχρι μὲν τοῦ δῆλον ὑμῖν ποιῆσαι, ὅτι πολλοὶ μέμφονται, συμφέρειν ὑμῖν νομίζων εἰδέναι, γέγραφα. ὅσα μέντοι λοιδορίας χωρίς ἐστιν ὧν λέγουσί τινες, καὶ ἀκηκοέναι συμφέρειν ὑμῖν ἡγοῦμαι, ταῦτα δηλώσω. οὐδεὶς γὰρ ὑπείληφεν ὡς ἄρα ἠγνοήκατε καὶ διεψεύσθητε τῆς ἀληθείας περὶ αὐτοῦ Λυκούργου. τό, τε γὰρ τοῦ χρόνου πλῆθος, ὃν ἐξεταζόμενος οὐδὲν πώποθ᾽ εὑρέθη περὶ ὑμᾶς, οὔτε φρονῶν, οὔτε ποιῶν ἄδικον, καὶ τὸ μηδένα ἀνθρώπων εἰς μηδὲν τῶν ἄλλων ἀναισθησίαν ὑμῶν κατεγνωκέναι, εἰκότως ἀναιρεῖ τὴν ὑπὲρ τῆς ἀγνοίας σκῆψιν. λείπεται τοίνυν, ὃ πάντες ἂν εἶναι φαύλων ἀνθρώπων ἔργον φήσαιεν τό, ὅσον ἂν χρῆσθε χρόνον, τοσοῦτον ἑκάστου φροντίζειν δοκεῖν. μετὰ δὲ ταῦτα μηδένα ἔχειν λόγον. εἰς τί γὰρ τῶν ἄλλων χρὴ προσδοκᾶν τῷ τετελευτηκότι τὴν παρ᾽ ὑμῶν ἔσεσθαι χάριν, ὅταν εἰς τοὺς παῖδας καὶ τὴν εὐδοξίαν, τἀναντία ὁρᾷ τις γιγνόμενα. ὧν μόνων καὶ τελευτῶσι πᾶσιν ὅπως ἕξει καλῶς, μέλει. καὶ μὴν οὐδὲ χρημάτων ποιεῖν ἕνεκα ταῦτα δοκεῖν, τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἐστιν. οὔτε γὰρ τῆς μεγαλοψυχίας, οὔτε τῆς ἄλλης προαιρέσεως τῆς ὑμετέρας, ἀκόλουθον ἂν φανείη. εἰ γὰρ ὑμᾶς λύσασθαι παρ᾽ ἑτέρων ἔδει, δόντας ἐκ τῶν προσιόντων τὰ χρήματα ταῦτα, πάντας ἂν ἡγοῦμαι προθύμους εἶναι, ὃ λόγῳ καὶ φθόνῳ γέγονεν, οὐκ ἔχω τί καταγνῶ, εἰ μὴ ὅλως πικρῶς καὶ ταραχωδῶς ἔχειν πρὸς τοὺς δημοτικοὺς ὡρμήκατε. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἐστὶν οὔτ᾽ ὀρθῶς, οὔτε συμφερόντως βουλεύεσθαι ἐγνώκατε. θαυμάζω δ᾽ εἰ μηδεὶς ὑμῶν ἐννοεῖ, ὅτι τῶν αἰσχρῶν ἐστι τὸ δῆμον τὸν Ἀθηναίων συνέσει καὶ παιδείᾳ πάντων προέχειν δοκοῦντα, ὃς καὶ τοῖς ἀτυχήμασιν ἀεὶ κοινὴν ἔχει καταφυγήν, ἀγνωμονέστερον φαίνεσθαι Φιλίππου, ὃς ἀνουθέτητος ὢν εἰκότως, τραφείς τ᾽ ἐν ἐξουσίᾳ, ὅμως ᾤετο δεῖν ἡνίκ᾽ εὐτύχησε, μάλιστα τότ᾽ ἀνθρώπινα πράττων φαίνεσθαι. καὶ τοὺς παραταξαμένους πρὸς οὓς περὶ τῶν ὅλων διεκινδύνευσεν οὐκ ἐτόλμησε δηλῶσαι, τὸ τίνων καὶ τίνες εἰσὶν ἐξετάσας. καὶ γὰρ ὡς ἔοικεν ὁμοίως τῶν παρ᾽ ὑμῖν ῥητόρων ἐνίοις, οὔτε δίκαια εἶναι πρὸς ἅπαντας τὰ αὐτὰ οὔτε καλὰ ἡγεῖτο. ἀλλὰ τὴν τῆς ἀξίας προσθήκην συλλογιζόμενος, τὰ τοιαῦτ᾽ ἐπέκρινεν. ὑμεῖς δ᾽ ὄντες Ἀθηναῖοι καὶ παιδείας μετέχοντες, ἣ καὶ τοὺς ἀναισθήτους ἀνεκτοὺς ποιεῖν δοκεῖ γίνεσθαι, πρῶτον μὲν ὃ πάντων ἀγνωμονέστατόν ἐστι, περὶ ὧν τὸν πατέρα αἰτιῶνταί τινες τοὺς υἱεῖς δεδέκατε. εἶτα τὸ ταῦτα ποιεῖν ἴσον φατέ, ὥσπερ ὑπὲρ σταθμῶν ἢ μέτρων τὸ ἴσον σκοπούμενοι. ἀλλ᾽ οὐχ ὑπὲρ ἀνδρῶν προαιρέσεως καὶ πολιτείας βουλευόμενοι. ἐν οἷς ἐξεταζομένοις, εἰ μὲν χρηστὰ καὶ δημοτικὰ καὶ ἐπ᾽ εὐνοίᾳ τὰ Λυκούργῳ πεπραγμένα φαίνεται, μηδενὸς κακοῦ, ἀλλὰ καὶ πάντων τῶν ἀγαθῶν τοὺς παῖδας αὐτοῦ δίκαιόν ἐστι τυγχάνειν παρ᾽ ὑμῶν. εἰ δὲ τἀναντία τούτων, ἐκεῖνον ὅτ᾽ ἔζη, ἔδει δίκην διδόναι. τούτοις δὲ μηδ᾽ οὕτως, ἐφ᾽ οἷς ἐκείνῳ τις ἐγκαλεῖ,

& defunctum miſeratur,& liberorum eius, vt cum quibus iniquè agatur,vicem dolent: Vos verò tam acerbè inſectantur,vt ego ſcribere non auſim. Ná ea quæ inuitus audio, & propter vos defendendos, quantum poſſum,refuto:eatenus vt vobis indicem, multos eſſe à quibus reprehendamini, quòd ſcitu vobis eſſe vtilia iudicabam,ſcripſi. Quæ verò ſine conuicio à quibuſdam dicuntur,& auditu fore vtilia vobis arbitror, ſignificabo. Nemo vos per errorem& ignoratione veri,ita de ipſo Lycurgo ſtatuere exiſtimat. Nam & longum temporis ſpacium, quo exploratus,nihil vnquam contra vos vel cogitare vel agere iniuſtum deprehenſus eſt, & illud, quòd mortalium nemo vllis aliis in rebus vos ſtuporis arguit: meritò iſtam tollit ignorantiæ ſuſpicionem. Reſtat igitur,quod omnes haud frugi hominum eſſe dicant,vt tantiſper cuiuſque curam,dũ eius vobis vſus eſt agere videamini: pòſt, nullam rationem habeatis. Quam enim aliam vos defuncto gratiam relaturos conſentaneum eſt, cum eius liberos & exiſtimationem lædi videamus? quæ ſola vt in tuto collocentur, etiam morientibus omnibus curæ ſunt. Iam nec illud bonorum virorũ eſt, vt iſta pecuniæ gratia facere videantur: id quod neque magnitudini animi veſtræ, nec reliquo vitæ inſtituto congruere apparebit. Nam ſi vobis illi tanti ab aliis redimendi eſſent, è veſtro ærario deprompta pecunia: id vos omnes cupidè facturos exiſtimarem. De eo verò quod per calumniam & ex inuidia factum ſit,non habeo quid ſtatuam: niſi prorſus acerbè inſectari & proturbare populares homines inſtituiſtis. Quòd ſi ita eſt: neque rectè, neque vtiliter facere decreuiſtis. Miror autem,ſi nemo veſtrûm cogitat,turpe eſſe,vt populus Athenienſis, ſapiẽtia doctrinæque opinione præſtans omnibus, ad quem in calamitatibus tanquam ad commune aſylum confugi ſolet, Philippo inhumanior videatur: qui (vt in poteſtate regia educatum probabile eſt) à nemine admonitus,tamen cùm ſecundiſſima fortuna vſus eſſet,humanitatis ſe maximè eſſe memorem oportere cenſuit: ab iis qui aduerſus ipſum in acie ſteterant, & cum quibus de ſumma rerum depugnarat, qui & cujates eſſent, neque perquirere,neque prodere auſus. Etenim,vt apparet, non vt plerique veſtri oratores, eadem in omnes eſſe vel iuſta vel honeſta putabat: ſed ratione habita dignitatis etiam, talia cõcludebat & decernebat. Vos autẽ, qui eſtis Atheniẽſes,& liberali doctrina perpoliti,quæ ſtupidos etiam efficere tolerabiles putatur: primùm,quod omnium iniquiſſimum eſt, quarum rerum patrem accuſant quidam, ob eas filios in vincula conieciſtis. Atque ita agere perinde eſſe dicitis,ac ſi ęqualitatem in põderibus aut menſuris quæreretis:& non de virorum inſtituto vitæ & ratione Reipublicæ conſultaretis. In qua quidem inquiſitione,ſi bona & popularia & ſtudio Reipublicæ iuuandæ ſuſcepta Lycurgi acta videbuntur: nõ modò nullo affici malo,ſed quibuſuis à vobis ornari beneficiis eius liberos,æquũ eſt. Sin cõtraria: illũ dũ viueret pœnas dediſſe oportuit: hos verò, ne ſic quidẽ ꝓpter obiecta patri à quibuſdã crimina, per

iracundiam

iracondiam plecti. Omnibus enim omnium delictorum quasi meta est obitus. Quòd si hoc eritis animo, vt aliqui populi studiosi irati, ne cum mortuis quidem in gratiam redeant, sed inimicitias etiam ad liberos vsque propagent, tradántque posteris: populus autem, cuius causam quique populares agunt, dum horum opera vtitur, beneficiorum meminerit, postea flocci faciat: nihil erit miserius, quàm populi tueri partes. Quòd si Mœrocles respõdet, hæc argutiora esse quàm quæ intelligat: se verò eos, vt ne effugerent in carcerem compegisse: quæritote ex eo, cùm Taureas & Patacus & Aristogiton, atque ipse in carcerem traditi, non modò vincti non fuerint, sed & conciones habuerint: cur istam æquitatem non perspexerit? Sin se tum magistratu quidem esse functum dicet: sed orationes in publico non habuisset: idque permissum sibi fuisse legibus: æquum esse qui potest, vt magistratu fungantur hi, quibus verba facere non licet: illi verò in vinculis teneantur, quorum de vobis sæpe bene meritus fuit pater? Ego quidem hæc coniungere & concludere non possum: nisi hoc publicè vultis ostendere: & væcordiam, & impudentiam, & affectationem improbitatis in ciuitate valere, & maiorem habere spem incolumitatis: ac, si quid secus acciderit, tales absolui: meliorem autem tueri partem, vitámque modestam & popularem instituere, periculosum esse: ac si quid erretur, nullam veniæ spem esse propositam. Adhæc non esse iustum omnino aliter quàm de viuente sentire, decere que, vt defunctorum potiùs quàm viuentium rationem habeatis, & quæ sunt eius generis, omnia missa faciam: quòd ea in confesso esse apud omnes existimo. Sed quàm multos ob paterna beneficia honorastis: tam multis etiam aliorum posteris similé referri gratiam vellem. Neque verò hæc quòd reprehenderem attuli: à quo tantùm absum, vt eam rem maximè esse è Republica dicam. Incitatis enim omnes ista ratione ad populum colendum: quippe qui videant, tametsi viuentibus obstet inuidia, quò minus honores meritos consequantur: suis tamen liberis digna præmia esse apud vos reposita. An non igitur absurdum, atque adeò turpe est, vos quibusdam aliis, licet, ex quo vsui fuerunt, multùm temporis intercesserit, iudicio de illorum beneficiis ex fama, non ex iis quæ vidistis, facto, tamen iustam beneuolentiam constanter tribuere: Lycurgum autem, qui nuper adeò & Reipublicę pręfuit, & vitam cum morte commutauit, ne in iis quidem vos, quæ superiori tempore hominibus perditis quoque, & in vos iniuriis tribuebatis, misericordia dico & humanitate: similes eósdemque experiri: præsertim cùm in eius liberos supplicium redundet, quorum etiam hostem (si moderatus sit, & mente vtatur) misereresceret. Quin illud etiam demiror, si quis vestrûm hoc ignorat, non esse è Republica, palàm fieri, eos qui aliorum quorundam amicitiam sibi adiunxerunt: & cùm res prosperè cedunt, in omnibus esse meliore conditione: & cùm fortuna reflarit, facilè periculis liberari: cum his verò qui toti à populo pendent, non modò aliis in rebus peius agi: sed solis etiam his firmas per-

τυγχάνειν ὀργῆς. πᾶσι γὰρ πάντων τῶν ἁμαρτημάτων ὅρος ἐστὶ τελευτή. ἐπεὶ εἴγ' οὕτως ἕξετε, ὥσθ' οἱ μὲν ἀχθεσθέντες τι τοῖς ὑπὲρ τοῦ δήμου πολιτευομένοις, μηδὲ πρὸς τελευτήσαντας διαλλαγήσονται, ἀλλὰ καὶ τοῖς παισὶ τὴν ἔχθραν διαφυλάξουσιν. ὁ δὲ δῆμος ᾧ συναγωνίζεται τῶν δημοτικῶν ἕκαστος μέχρι τοῦ παρόντος χρῆσθαι μνημονεύσει τὰς χάριτας, μετὰ ταῦτα δὲ μηδὲν φροντιεῖ, οὐδὲν ἀθλιώτερον ἔσται τοῦ τὴν ὑπὲρ τοῦ δήμου τάξιν αἱρεῖσθαι. εἰ δὲ Μοιροκλῆς ἀποκρίνεται ταῦτα μὲν σοφώτερα ἢ καθ' ἑαυτὸν εἶναι, ἵνα δὲ μὴ ἀποδρῶσιν, αὐτὸς αὐτοὺς δῆσαι, ἐρωτήσατ' αὐτὸν ἡνίκα Ταυρέας καὶ Πάταικος καὶ Ἀριστογείτων καὶ αὐτὸς, εἰς τὸ δεσμωτήριον παραδοθέντες οὐ μόνον οὐκ ἐδέδεντο, ἀλλὰ καὶ ἐδημηγόρουν, τί δήποτ' οὐχ ἑώρα τὰ δίκαια ταῦτα. εἰ δὲ μὴ φήσει τότ' ἄρχειν, οὐδὲ λέγειν ἐκ τῶν νόμων αὐτῷ προσήκει. ὥστε πῶς ἴσον ἐστὶ, τοὺς μὲν ἄρχειν οἷς μηδὲ λέγειν ἔξεστι, τοὺς δὲ δεδέσθαι, ὧν πολλὰ χρήσιμος ἦν ὑμῖν ὁ πατήρ. ἐγὼ μὲν οὐχ ἔχω συλλογίσασθαι: εἰ μὴ τοῦτο δεῖξαι δημοσίᾳ βούλεσθε, ὅτι βδελυρία καὶ ἀναίδεια καὶ προαίρεσις πονηρίας ἐν τῇ πόλει ἰσχύει. καὶ διασωθῆναι πλείω προσδοκίαν ἔχει. κἄν τι συμβῇ χαλεπὸν τοῖς τοιούτοις, ἀπόλυσις γίγνεται. ἐν δὲ προαιρέσει χρηστῇ καὶ βίῳ σώφρονι καὶ δημοτικῷ προελέσθαι ζῆν, σφαλερόν. κἄν τι γένηται πταῖσμα, ἄφυκτον ἔσται. ἔτι τοίνυν τὸ μὲν μὴ δίκαιον εἶναι τὴν ἐναντίαν δόξαν ἔχειν ἥνπερ ζῶντος εἴχετ' ἐκείνου, καὶ τὸν τῶν τετελευτηκότων ἢ τῶν παρόντων πλείω ποιεῖσθαι λόγον δίκαιον εἶναι, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, ἐάσω: παρὰ πᾶσιν ὁμολογεῖσθαι ταῦτα ὑπείληφα. ὅσοις μέντοι πατρικὰς εὐεργεσίας ἀπεμνημονεύσατε τῶν ἄλλων, ἡδέως ἂν ἴδοιμι ὑμᾶς καὶ πολλῶν ἑτέρων ἀπογόνοις. οὐχ ὡς ἐπιτιμῶν δὲ ταῦτα παρήνεγκα. τοσούτου δέω τοῦτο ποιεῖν, ὥστε συμφέρειν μάλιστα τῇ πόλει τὰ τοιαῦτα κρίνω. προκαλεῖσθαι γὰρ πάντας ἐκ τούτων δημοτικοὺς εἶναι ὁρῶντας, ὅτι κἂν ἐν τῷ καθ' ἑαυτοὺς βίῳ τὰς προσηκούσας αὐτῶν τιμὰς ὁ φθόνος ἀφέλῃ, τοῖς γε παισὶν ὑπάρξει τὰ προσήκοντα παρ' ὑμῶν κομίσασθαι. πῶς οὖν οὐκ ἄτοπον, μᾶλλον δὲ καὶ αἰσχρὸν, τῶν μὲν ἄλλων τισὶ καὶ παλαιῶν ὄντων τῶν χρόνων καθ' οὓς ἐγένοντο χρήσιμοι, καὶ δι' ὧν ἀκούετε τὰς εὐεργεσίας, οὐκ ἐξ ὧν ἑωράκατε ὑπειληφότας, ὅμως τὴν δικαίαν εὔνοιαν διασώζειν. Λυκούργῳ δ' οὕτως ὑπογύου καὶ τῆς πολιτείας καὶ τῆς τελευτῆς γεγονυίας, μηδ' εἰς ἃ καὶ τοῖς ἀγνώμοσι καὶ ὑφ' ὧν ἠδικεῖσθε ἕτοιμοι τὸν ἄλλον ἦτε χρόνον εἰς ἔλεον καὶ φιλανθρωπίαν, μηδ' εἰς ταῦθ' ὑμᾶς αὐτοὺς ὁμοίως παρέχειν καὶ ταῦτ' εἰς τοὺς παῖδας αὐτοῦ γιγνομένης τῆς τιμωρίας. οὓς κἂν ἐχθρὸς εἴπερ μέτριος εἴη καὶ λογισμὸν ἔχων, ἐλεήσαι. θαυμάζω τοίνυν καὶ τοῦτ' εἴ τις ὑμῶν ἀγνοεῖ, ὡς οὐδὲ τοῦτο συμφέρει τῇ πολιτείᾳ φανερὸν γιγνόμενον. ὅτι τοῖς μὲν ἄλλοις τινὰ κτησαμένοις φιλίαν καὶ κατορθοῦσιν, ἐν πᾶσι πλεονεκτεῖν ὑπάρχει. κἂν ἀτυχήσωσί τι, ῥᾳδίας εἶναι τὰς λύσεις. τοῖς δ' εἰς τὸν δῆμον ἀναρτήσασιν ἑαυτοὺς, οὐ μόνον κατὰ τἄλλα ἔλαττον ἔχειν ὑπάρξει, ἀλλὰ καὶ τὰς συμφορὰς βεβαίας

τούτοις μόνοις τῶν ἄλλων μένειν. ἀλλὰ μὴν ὅτι ταῦθ' οὕτως γίνεται, ῥᾴδιον δεῖξαι. τίς γὰρ οὐκ οἶδεν ὑμῶν Λάχητι τῷ Μελανώπου, ἁλῶναι μὲν ὁμοίως ἐν δικαστηρίῳ συμβάν, ὡς καὶ νῦν τοῖς Λυκούργου παισίν. ἀφεθῆναι δὲ πᾶν τὸ ὄφλημα ἐπιστείλαντος Ἀλεξάνδρου. καὶ πάλιν Μνησιβούλῳ τῷ Ἀχαρνεῖ ἁλῶναι μὲν ὁμοίως καταγνόντος αὐτοῦ τοῦ δικαστηρίου, ὥσπερ καὶ τῶν Λυκούργου παίδων, ἀφεῖσθαι δὲ καλῶς ποιοῦντι. ἄξιος γὰρ ἀνὴρ καὶ οὐδεὶς ἂν ἐπὶ τούτοις τοὺς νόμους ἔφησε καταλύεσθαι τῶν νῦν βοώντων. εἰκότως· οὐ γὰρ κατελύοντο, εἴπερ ἅπαντες οἱ νόμοι τῶν δικαίων ἕνεκα καὶ σωτηρίας τῶν χρηστῶν ἀνθρώπων τίθενται. καὶ μήτε ἀϊδίους τοῖς ἀτυχήσασι καθεστάναι τὰς συμφορὰς συμφέρει, μήτ' ἀχαρίστους ὄντας φαίνεσθαι. ἀλλὰ μὴν εἴγε ταῦτ' οὕτως ὥσπερ ἂν φήσαιμεν ἔχειν συμφέρει, οὐ μόνον τοὺς νόμους οὐ κατελύετε, ἡνίκα ἐκείνους ἠφίετε, ἀλλὰ καὶ τοὺς βίους ἐσώζετε τῶν τοὺς νόμους θεμένων ἀνθρώπων, Λάχητα μὲν πρὸς χάριν δεηθέντος Ἀλεξάνδρου ἀφέντες. Μνησίβουλον δὲ τῇ τοῦ βίου σωφροσύνῃ σώσαντες. μὴ τοίνυν τὸ κτήσασθαι τὴν ἔξωθεν φιλίαν λυσιτελέστερον δείκνυτε, ἢ τὸ τῷ δήμῳ παρακαταθέσθαι ἑαυτόν. μηδέ τῳ τῶν ἀγνώτων εἶναι κρεῖττον, ἢ τοῖς πολλοῖς ὑμῖν τὰ συμφέροντα πολιτευόμενον γιγνώσκεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πᾶσιν ἀρέσκειν τὸν συμβουλεύοντα καὶ τὰ κοινὰ πράττοντα, ἀδύνατον, ἐὰν δ' ἐπ' εὐνοίᾳ ταῦτα τῷ δήμῳ τις φρονῇ, δίκαιός ἐστι σώζεσθαι. εἰ δὲ μὴ καὶ θεραπεύειν ἑτέρους μᾶλλον ἢ τὸν δῆμον ἅπαντας διδάξετε. καὶ φεύγειν τὸ τῶν ὑμῖν συμφερόντων ποιοῦντά τι γνωσθῆναι. ὅλως δὲ κοινόν ἐστιν ὄνειδος ἄνδρες Ἀθηναῖοι καὶ ὅλης τῆς πόλεως συμφορά, τὸν φθόνον δοκεῖν μεῖζον ἰσχύειν παρ' ὑμῖν, ἢ τὰς τῶν εὐεργεσιῶν χάριτας. καὶ ταῦτα, τοῦ μὲν, νοσήματος ὄντος. τῶν δὲ, τοῖς θεοῖς ἀποδεδειγμένων. καὶ μὴν οὐδὲ τὸν Πυθέα παραλείψω τὸν μέχρι τῆς παρόδου δημοτικόν. μετὰ ταῦτα δ' ἕτοιμον εἰς τὰ καθ' ὑμῶν πάντα. τίς γὰρ οὐκ οἶδε τοῦτον, ὅτε μὲν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν τάξιν ἔχων εἰς τὸ πολιτεύεσθαι παρῄει ὡς δοῦλον ἐλαυνόμενον καὶ γραφὴν ξενίας φεύγοντα καὶ μικροῦ πραθέντα ὑπὸ τούτων, οἷς νῦν ὑπηρετῶν, τοὺς κατ' ἐμοῦ λόγους ἔγραφεν. ἐπειδὴ δ' ἃ κατηγόρει, τότε τῶν ἄλλων, νῦν αὐτὸς πράττει, εὐποροῦντα μὲν οὕτως, ὥστε δύ' ἔχειν ἑταίρας, αἳ μέχρι φθόης καλῶς ποιοῦσαι προπεπόμφασιν αὐτόν. πέντε τάλαντα δ' ὄφλοντα ῥᾷον ἐκτῖσαι, ἢ πέντε δραχμὰς ἀνέξεσθαι πρότερον, πρὸς δὲ τούτοις παρ' ὑμῶν τοῦ δήμου, οὐ μόνον τῆς πολιτείας μετειληφότα ὃ κοινὸν ὄνειδός ἐστιν ἅπασιν, ἀλλὰ καὶ θύοντα ὑπὲρ ὑμῶν τὰς πατρῴους θυσίας ἐν Δελφοῖς. ὅταν οὖν τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα πᾶσιν ἰδεῖν ᾖ παραδείγματα, ἀφ' ὧν ἀλυσιτελὲς προαιρεῖσθαι τὰ τοῦ δήμου πᾶς τις ἂν κρίναι, φοβοῦμαι μή ποτ' ἔρημοι τῶν ὑπὲρ ὑμῶν ἐρούντων γένησθε. ἄλλως τε καὶ ὅταν τῶν δημοτικῶν, τοὺς μὲν, ἡ καθήκουσα μοῖρα καὶ ἡ τύχη καὶ ὁ χρόνος παραιρῆται, οἷον Ναυσικλέα καὶ Χάρητα καὶ Διότιμον καὶ Μενεσθέα καὶ Εὔδοξον. ἔτι δ' Εὔδημον καὶ Ἐφιάλτην καὶ Λυκοῦργον. τοὺς δ' ὑμεῖς προῆσθε, ὥσπερ Χαρίδημον

manere calamitates. Atque ita hoc fieri, ostendi, facilè potest. Quis enim vestrûm ignorat accidisse vt Laches Melanopi filius similiter iudicio vinceretur, vt etiam nunc Lycurgi liberi? Sed propter Alexandri literas omne debitum ei esse condonatū? Et rursus Mnesibulum Acharnensem æquè conuictum, & iudicum sententia damnatum, ac Lycurgi liberos: esse tamen (quod equidem gaudeo) vt merebatur absolutum? Neque quisquam istorum qui nunc clamitant, propterea leges euerti, queri potuisset: idque meritò. Nec enim euertebantur, cùm omnes leges propter æquitatem & salutem bonorum & frugi hominum ferantur: cúmque nec calamitates effici immortales, nec ingratos videri expediat. Atqui si hæc ita, vt pronunciamus, se habere conducit: non modò leges non euértebatis, cùm illos absolueretis: sed vitam etiam ciuium, quorum leges autoritate sanciuntur, defendebatis, Lachete ad preces Alexandri absoluto, Mnesibulo propter vitæ frugalitatē & modestiam conseruato. Ne igitur ostendite, vtilius esse externas parare amicitias, quàm populi fidei semetipsum committere: neque præstare ignoto alicui esse notum, quàm Rempub. ex vtilitate populi administrare. Nam vt is qui suadet aliquid, aut magistratu fungitur, placeat omnibus, fieri non potest. Tamen si quis, populi rebus ex animo consultum cupit: dignus est qui conseruetur. Quod nisi fiet: docebitis omnes, alios potiùs esse colendos, quàm populum: & cauédum esse, ne quis aliquid vtile vobis gessisse intelligatur. Omnino autem commune probrum est, Athenienses, & totius ciuitatis calamitas, quòd Inuidia plus valere apud vos quàm Gratiæ putatur: cùm præsertim illa morbus sit, hæ in deorum numerum referantur. At nec Pytheam prætermittam, qui pro suggesto duntaxat popularis est: postea verò paratus ad omnia, quæ vobis aduersantur. Quem dum vestras in gerenda Republica, & concionibus habendis partes tuebatur, quis nescit vt seruum agitatum, & peregrinitatis accusari solitum, propeque venumdatum ab istis, quibus nunc inseruiens orationes illas contra me scripsit? Postquam autem ipse nunc ea facit, propter quæ tum alios criminabatur: ita esse locupletem, vt & duas meretriculas alat, quæ ad tabem eum vsque optimæ sanè mulieres, redegerunt: & quinque talenta mulctæ nomine facilius nunc soluerit quàm olim totidem drachmas soluere potuisset: & præter hæc à vobis non modò admissum ad gubernacula ciuitatis, (quod commune probrum est omnibus) sed & patria sacra Delphis pro vobis fecisse. Quòd si talia & tanta exempla viderint omnes, de quibus nemo est quin populi diligere & tueri partes perniciosum esse iudicet: vereor ne aliquando futuri sint, qui causam vestram tueantur, si præsertim alios naturæ debitum, & fortuna, & ætas sustulerit, vt Nausiclem, vt Charetem, vt Diotimum, vt Menestheum, vt Eudoxum, propereáque Eudemum, & Ephialtem, & Lycurgum: alios ipsi proieceritis, vt Charidemum, & Philo-

&Philoclem,&me:quibus vos nec ipsi vllos vestri esse studiosiores putatis. Si verò quosdam æquè studiosos: non inuideo. Vellem autem, si vos ita vt æquum est, eos tractabitis, neque ita vt nos, malè mulctabitis: eos esse posthac quamplurimos. Sin talia, qualia nunc, exempla edideritis: quis est qui se toto animo in iustum ordinem dare velit? Qui quidem simulent, vt hactenus sic etiam deinceps, non deerunt. Absit autem, vt eorum animi sic palàm conspiciantur, vt istorum, qui quæ tum palàm inficiabantur, ea nunc ita agunt, vt neminem vestrûm vel metuant, vel reuereantur. Hæc igitur cogitanda sunt, Athenienses: neque vel beneuoli negligendi, vel iis qui ciuitatem ad acerbitatem sæuitiémque impellunt, auscultandum. Nam hic rerũ status multò magis beneuolentiam & humanitaté flagitat, quàm tumultus & simultates: quas quidam in immensum exaggeratas vsurpantes, contra vos operam locant, ad ea negocia conficienda, quæ dij prohibeant, ne ad exitum perducantur. Si quis autem vestrûm hæc cauillatur: is est magna væcordia refertus. Qui cùm ea facta esse videat, quæ nemo futura metuebat, & olim etiam facta sunt, cùm populus per homines insidiatores impulsus, eos à quibus defendebatur, suspectos habere atque odisse cœpit, nunc esse futura nõ putat: nónne insanit? Hæc, si adessem, coràm vobis explicarem. Postquá verò mecum ita agitur, vt cum eo velim agi, cuius mendaciis effectum est, vt ego perierim: per literas vestri & honoris & commodi ratione in primis habita significaui. Secundo loco æquum esse censeo, vt qua beneuolentia Lycurgum viuentem sum prosecutus: eandem erga eius quoque liberos præ me feram. Si cui verò fortasse in mentem venit, mihi multùm esse ocij à rebus meis: illi ego respondere non dubitem, me de vestra vtilitate, & omnium amicorum defensione nõ minus esse, quàm de mea salute solicitum. Nulla igitur curiositate hæc facio? sed vt idem studium, idémque institutum teneo, sic & hæc & illa pari animo suscipio. Ocij verò tantùm mihi superest, quantùm illis qui vobis malè volunt. superesse velim. Ac de his quidem satis. Velim autem pro beneuolentia & amore meo nũc breuiter queri vobiscum: id quod paulò pòst per longas literas, quas (si vixero) à me expectabitis, faciam: nisi priùs à vobis ius meum fuero consecutus. quos (ô quid dicam, vt neque errare neque mentiri videar) nimium negligentes neque aliorum neque vestri ipsorum pudet: ob ea Demosthenem eiecisse, propter quæ Aristogitonem indemnem dimisistis: quęq; iis qui vos floccifacere audẽt, non accepta à vobis, tenere licet, ea non dare mihi, vt & ære alieno redacto, & liberalitate amicorum subleuatus, vobis satisfacere possim: vt ne senectutem & exilium mercedis loco pro meis vestra causa exantlatis laboribus accipiens, commune probrum eorum qui me læsere iniuria, peregrè inhominum conspectu verser. Quum autem ego velim vestro beneficio, & pro magnitudine animorũ vestrorum, ab exilio domum reuocari, eáque infamia quæ me immerentem obruit, liberari: fidémq; publicam non diutius petam, quàm quantùm mihi temporis ad soluendá mulctá præfiniuistis: & hæc

καὶ Φιλοκλέα, καὶ ἐμέ, ὧν ἑτέρους εὐνουστέρους οὐδ' αὐτοὶ νομίζετε. εἰ δ' ὁμοίους τινάς, οὐ φθονῶ. βουλοίμην δ' ἂν εἴπερ ὑμεῖς δικαίως αὐτοῖς προσοίσεσθε, καὶ μήτ' αὐτὰ ἅπερ ὑμεῖς πείσονται, ὡς πλείστους αὐτοὺς γενήσεσθαι. ἀλλ' ὅταν γε τοιαῦτα οἷα τὰ νῦν παραδείγματα ἐκφέρητε, τίς ἐστιν ὅς τις εἰς ταύτην τὴν τάξιν ἑαυτὸν γνησίως ὑμῖν ἐθελήσει δοῦναι; ἀλλὰ μὴν τῶν γε προσποιησομένων οὐκ ἀπορήσετε. οὐδὲ γὰρ πρότερον. μὴ γένοιτο δὲ ἰδεῖν ἐξελεγχθέντας αὐτοὺς ὁμοίως ἐκείνοις, οἳ φανερῶς ἃ τότε ἠρνοῦντο νῦν πολιτευόμενοι οὐδένα ὑμῶν, οὔτε δεδοίκασιν, οὔτε αἰσχύνονται. ἃ χρὴ λογιζομένους ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μήτε τῶν εὔνων ὀλιγωρεῖν, μήτε τοῖς προάγουσιν εἰς πικρίαν καὶ ὠμότητα τὴν πόλιν πείθεσθαι. πολὺ γὰρ μᾶλλον εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας τὰ παρόντα πράγματα δεῖται, ἢ ταραχῆς καὶ δυσμενείας: ὧν ὑπερβολῇ χρώμενοί τινες ἐργολαβοῦσι καθ' ὑμῶν εἰς ὑποδοχὴν πραγμάτων. ὧν διαψεύσει αὐτοὺς ὁ λογισμός. εἰ δέ τις ὑμῶν διασύρει ταῦτα, πολλῆς ἐστιν εὐηθείας μεστός. εἰ γὰρ ἃ μηδεὶς ἂν ἤλπισεν ὁρῶν γεγενημένα ἃ καὶ πρότερον γέγονε τοῦ δήμου πρὸς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ λέγοντας ὑπ' ἀνθρώπων ἐγκαθέτων, διαβληθέντες νῦν μὴ ἂν οἴεται γενέσθαι, πῶς οὐ τετύφωται. ταῦτα δ', εἰ μὲν παρῆν, λέγων ἂν ὑμᾶς ἐδίδασκον. ἐπειδὴ δ' ἐν τοῖς τοιούτοις εἰμί, ἐν οἷς εἴ τις ἐμοῦ κατέψευσται, ἐφ' οἷς ἀπόλωλα γένοιτο, γράψας ἐπέσταλκα. πρῶτον μὲν καὶ πλεῖστον λόγον ποιούμενος τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ συμφέροντος ὑμῖν. δεύτερον, δ' ὅτι τὴν αὐτὴν εὔνοιαν ἣν πρὸς ζῶντα Λυκοῦργον εἶχον, δίκαιον εἶναι νομίζω καὶ πρὸς τοὺς παῖδας αὐτοῦ φαίνεσθαι ἔχων. εἰ δέ τῳ παρέστηκεν ὡς πολύ μοι περίεστι τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι πρὸς τοῦτον εἰπεῖν, ὅτι τῶν συμφερόντων ὑμῖν καὶ τοῦ μηδένα τῶν φίλων ἐγκαταλιπεῖν, ὁμοίως ὥσπερ τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας φροντίζω. οὔκουν ἐκ τοῦ περιόντος ταῦτα ποιῶ. ἀλλὰ τὸ τῆς αὐτῆς σπουδῆς καὶ προαιρέσεως καὶ ταῦτα κἀκεῖνα μιᾷ γνώμῃ πραγματεύομαι. περίεστι δέ μοι ταῦτα, οἷα τοῖς κακόν τι νοοῦσιν ὑμῖν περιγένοιτο. καὶ περὶ μὲν τούτων ἱκανά. ἡδέως δ' ἂν ὑμῖν τὴν ἐπ' εὐνοίᾳ καὶ φιλίᾳ μέμψιν ποιησαίμην νῦν μὲν ἐν κεφαλαίῳ. μικρὸν δὲ ὕστερον δι' ἐπιστολῆς μακρᾶς. ἣν ἐάνπερ ἐγὼ ζῶ προσδοκᾶτε, ἂν μὴ τὰ δίκαια γένηταί μοι παρ' ὑμῶν πρότερον. οἵτινες ὦ τί ἂν εἰπὼν μήθ' ἁμαρτεῖν δοκοίην, μήτε ψευσαίμην λίαν ὀλίγωροι, οὔτε τοὺς ἄλλους, οὔθ' ὑμᾶς αὐτοὺς αἰσχύνεσθε, ἐφ' οἷς Ἀριστογείτονα ἀφείκατε, ἐπὶ τούτοις Δημοσθένην ἐκβεβληκότες: καὶ ἃ τοῖς τολμῶσι μηδὲν ὑμῶν φροντίζειν, μὴ λαβοῦσι παρ' ὑμῶν ἔξεστιν ἔχειν ταῦτ' οὐ διδόντες ἐμοὶ ἵνα οἷός τε ὦ τά τε ὀφειλόμενα εἰσπράξας καὶ τοὺς φίλους ἐρανίσας τὰ πρὸς ὑμᾶς διοικήσω. καὶ μὴ γῆρας καὶ φυγὴν ἐπίχειρα τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πεπονημένων ἔχων, κοινὸν ὄνειδος τῶν ἀδικησάντων ἐπὶ ξένης περιιὼν ὁρῶμαι. βουλομένου δέ μου ἐν μὲν ὑμετέρας χάριτος καὶ μεγαλοψυχίας τάξει τὴν οἴκαδε μοι ἄφιξιν γενέσθαι, ἐμαυτῷ δὲ λύσιν τῆς γεγονυίας οὐ δικαίως βλασφημίας πορίσασθαι, καὶ μόνον αἰτοῦντος ἄδειαν ὅσονπερ χρόνον τὴν ἔκτισιν δεδώκατε, ταῦτα μὲν

οὐ συγχωρεῖτε. ἐρωτᾶτε δὲ ὡς ἀπαγγέλλεταί πρὸς ἐμέ, τίς οὖν αὐτὸν κωλύει παρεῖναι καὶ ταῦτα πράττειν, τὸ ἐπίστασθαι αἰσχύνεσθαι ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. καὶ τὸ ἀναξίως τῶν ὑπὲρ ὑμῶν πεπολιτευμένων πράττειν, καὶ τὸ τὰ ὄντα ἀπολωλεκέναι διὰ τούτους, ἵνα μὴ διπλᾶ καταθῶνται, ἃ οὐκ ἠδύναντο ἁπλᾶ. ἐπείσθην ὑπογράψασθαι τὴν ἀρχὴν τὰς καταβολάς, παρ' ὧν μετὰ μὲν τῆς ὑμετέρας εὐνοίας ἀφικόμενος, μέρος εἰ καὶ μὴ πάντα ἴσως ἂν ἐκομισάμην, ὥστε μηδὲν ἀσχημονεῖν τὸ λοιπὸν τοῦ βίου. ἂν δ' ὥς οἱ ταῦτα λέγοντες ἀξιοῦσί με ἔλθω, ἅμα ἀδοξίᾳ καὶ ἀπορίᾳ καὶ φόβῳ συνέξομαι. ὧν οὐδὲν ὑμεῖς συλλογίζεσθε. ἀλλὰ ῥημάτων μοι καὶ φιλανθρωπίας φθονοῦντες ἂν οὕτω τύχῃ δι' ὑμᾶς, περιόψεσθε ἀπολόμενον. οὐ γὰρ ἂν δεηθείην ἄλλων ἢ ὑμῶν. καὶ τότε φήσετε δεινὰ πεπονθέναι με ἀκριβῶς οἶδα, ὅτε οὔτ' ἐμοὶ πλέον οὐδὲν, οὔθ' ὑμῖν ἔσται. οὐ γὰρ χρήματά γ' εἶναί μοι προσδοκᾶτε, ἔξω τῶν φανερῶν ὧν ἀφίσταμαι. καὶ τὰ λοιπὰ βούλομαι συναγαγεῖν, ἐάν μοι μὴ φιλονείκως, ἀλλ' ἀνθρωπίνως δῶτε τὸ πρὸς τούτοις ἀσφαλῶς εἶναι. καὶ μὴν οὐδὲ παρ' Ἁρπάλου με λαβόντα δείξετε. οὔτε γὰρ ἠλέγχθην, οὔτ' ἔλαβον. εἰ δὲ τἀφανὲς ἀξίωμα τῆς βουλῆς ἢ τὸν Ἄρειον πάγον προσβλέπετε, τῆς Ἀριστογείτονος κρίσεως ἀναμνησθέντες, ἐγκαλύψασθε. οὐ γὰρ ἔχω τούτου πρᾳότερον πρόσταγμα τοῖς ταῦτ' ἐξημαρτηκόσιν εἰς ἐμέ. οὐ γὰρ δήπου τοῖς αὐτοῖς γε λόγοις ὑπὸ τῆς αὐτῆς βουλῆς ἀποφανθέντα ἐκεῖνον μὲν ἀφεῖσθαι δίκαιον εἶναι φήσετε, ἐμὲ δὲ ἀπολωλέναι. οὐχ οὕτως ὑμεῖς ἀλογίστως ἔχετε. οὔτε γὰρ ἄξιος, οὔτε ἐπιτήδειος, οὔτε χείρων, ἀτυχὴς μέντοι δι' ὑμᾶς ὁμολογῶ. πῶς γὰρ οὐκ ἀτυχής, ᾧ πρὸς τοῖς ἄλλοις κακοῖς καὶ πρὸς Ἀριστογείτονα ἐμαυτὸν ἐξετάζειν συμβαίνει. καὶ ταῦτ' ἀπολωλότι πρὸς σωτηρίας τετυχηκότα. καὶ μή με ὑπολαμβάνετε ὀργίζεσθαι τοῖς λόγοις τούτοις. οὐ γὰρ ἂν πάθοιμι τοῦτο πρὸς ὑμᾶς ἐγώ. ἀλλ' ἔχει τινὰ τοῖς ἀδικουμένοις ῥᾳστώνην τὸ λέγειν ἃ πάσχουσιν, ὥσπερ τοῖς ἀλγοῦσι τὸ στένειν. ἐπεὶ τῇ γε εὐνοίᾳ οὕτως ἔχω πρὸς ὑμᾶς, ὡς ὑμᾶς ἂν εὐξαίμην πρὸς ἐμέ. καὶ τοῦτ' ἐν πᾶσι πεποίηκα καὶ ποιήσω φανερόν. ἔγνωκα γὰρ ἐξ ἀρχῆς παντὶ τῷ πολιτευομένῳ προσήκειν, ἄνπερ ᾖ δίκαιος πολίτης, ὥσπερ οἱ παῖδες πρὸς τοὺς γονέας, οὕτως πρὸς ἅπαντας τοὺς πολίτας ἔχειν. εὔχεσθαι μὲν ὡς εὐγνωμονεστάτων τυγχάνειν. φέρειν δὲ τοὺς ὄντας εὐμενῶς. ἡ γὰρ ἐν τοῖς τοιούτοις ἧττα καλὴ καὶ προσήκουσα νίκη παρὰ τοῖς εὖ φρονοῦσι γίνεται. Εὐτυχεῖτε.

denegatis,& interrogatis,vt mihi renũciatur. Quis ergo me prohibeat venire,& hæc agere? Quòd vereri didici, Athenienſes,& longè alia fortuna ſum, quàm mea in vos & Rempublicam facta merebantur:& quòd rei familiaris propter quoſdam iacturã feci:ne illi duplum ſoluere cogerentur, cùm ſimplum non poſſent, ſatiſdare initio pro mea facilitate pollicitus. A quibus adiutrice veſtra beneuolentia reuerſus, partem ſaltem, ſi non totum, recuperarem: vt reliquum vitæ tempus citra dedecus exigere liceret. Quòd ſi verò ita, vt iſti, qui iactant talia, iubent, venero: ſimul & ignominia & inopia,& metu conflictabor. quorũ vos nihil conſideratis: ſed verba & humanitatem mihi inuidentes, me veſtra culpa (ſi fors ita tulerit) interire ſinetis: neque enim aliis quàm vobis ſupplex eſſe poſſum. Ac tum, ſortem meam, ſatis ſcio, miſeraturi eſtis, cùm querelæ neque mihi neq; vobis quicquam proderunt. Nam alias opes, præter eas quæ notæ,& ereptæ mihi ſunt, habere ne me expectetis. Reliquias igitur, ſi, omiſſa contentione id pro humanitate veſtra mihi tutò facere conceſſeritis, conquiram. Neque enim ab Harpalo me aliquid accepiſſe oſtendetis: nam neque conuictus ſum, neque accepi. Si verò ſenatus obſcuram autoritatem, aut vicũ Martium intuemini: iudicij de Ariſtoginote facti recordati, erubeſcite. non enim aliud habeo leuius, quod mãdem iis qui ad iſtũ modum in me deliquerunt. Nec enim iiſdem rationibus vtique ab eodem ſenatu promulgatum, illum dimitti æquum eſſe dicetis, Me verò interire. Non adeò vos incogitantes eſtis. Neque enim mereor: neque dignus, neque illo deterior ſum. Infelicem quidem eſſe me, veſtra cauſa, confiteor. Qui enim infelicem me eſſe neget, cui ad mala cætera id quoque accedit, vt cum Ariſtogitone me comparem, præſertim perditum cum incolumi? Neq; hæc iracundè à me dici putetis (neque enim ego vobis iraſci queã) ſed vt ſuſpiria dolentibus, ſic affectis iniuria conqueſtiones leuamẽti aliquid afferre ſolent. Nam vobis quidem tam bene cupio, quàm vos mihi optarim: & hoc in omnibus rebus & declaraui, & declarabo. Nam initiò ſtatim animum induxi meum, quiſquis ad Rempublicam acceſſerit (modò bonus ciuis eſſe velit) eum ſic erga omnes ciues affectum eſſe decere, vt liberos erga parentes: vt eos quidem quàm æquiſſimos experiri optet: ſed qualeſcunque fuerint, ferat æquo animo. Ita enim vinci præclarum eſt, & à prudentibus victoria conueniens exiſtimatur. Valete.

ADVER-



ΠΡΟΣ ΤΑΣ ΘΗΡΑΜΕΝΟΥΣ ΒΛΑΣΦΗΜΙΑΣ.

ADVERSVS THERAMENIS MALEDICTA.

Demosthenes Senatui populóque S.

AVdio de me Theramenem quum alia dixisse contumeliosa, tum verò exprobrasse infœlicitatem. Eum igitur ignorare, conuicio, quo nulla eius cui fit, declaretur improbitas apud homines cordatos nihil profici: non miror. Nã & in vita cõfidentẽ, & non natura ciuẽ & à puero in prostibulo educatum nescire hæc, quàm intelligere, facilius credi potest. Cum eo igitur, si quando rediero, & mansero incolumis, disputare conabor de ipsius & in me & in vos contumeliis: cúmque spero me, quamuis ab omni verecundia sit alienus, modestiorem effecturũ. Vobis autem publici boni causa volo per literas, quæ hisce de rebus dicenda habeo, significare. Quæ vobis diligenter animaduertenda sunt, vt, mea quidem sententia, non tantùm auscultatione digna, sed etiam memoria. Ego vestram vrbem omnium vrbium fortunatissimam existimo, & diis charissimam. Et hæc testari de vobis, & Iouem Dodonæum, & Dionen, & Pythium Apollinem perpetuò: & obsignare insuper, Bonam fortunam esse in vrbe vestra. Iam quæ de futuris rebus significant dij, ea eos prædicere perspicuum est, à præteritis autem petitas appellationes, rebus quæ facta sunt, tribuere. Ego autem quæ apud vos egi in Republica, ex iis sunt quæ iam præterierunt, ob quæ dij vos felices nominarunt. Quo igitur pacto æquum est, vos qui paruistis felices dici: eum verò qui suasit, cõtrarium cognomen sortiri? Nisi quis hoc fortasse dixerit, communem felicitatem, cuius ego fui suasor, deos esse qui nominent, quibus mentiri nefas est: priuatum autem conuicium, quo in me vsus est Theramenes, hominum audacem, & impudentẽ, & rationis etiam expertem iactasse. Neq; verò solum è deorum oraculis, bonam esse, qua estis vsi, fortunam reperietis: sed ipsis etiam euentibus, modò rectè iudicare libeat, consideratis. Vos enim, si vt homines negocia considerare vultis: felicissimá è meis consiliis vrbem esse factam, reperietis. Sin, quæ dij soli eximia tenent, vos consequi postulatis: ea quæ fieri nequeunt, affectatis. Quid igitur dij eximium, hominibus negatum habent? vt bona omnia in sua manu & potestate teneant: eáque tũ seruare ipsi, tum donare cæteris possint: vtque mali nihil ab omni æuo vel passi, vel passuri sint.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

ΑΚούω περὶ ἐμοῦ Θηραμένην ἄλλους τε λόγους βλασφήμους εἰρηκέναι καὶ δυστυχίαν προφέρειν. τὸ μὲν οὖν τοῦτον ἀγνοεῖν, ὅτι λοιδορίας ἡ μηδεμίαν κακίαν καθ' ὅτου λέγεται δείκνυσιν, οὐδὲν ἐστ' ὄφελος παρ' εὖ φρονοῦσιν ἀνθρώποις, οὐχὶ θαυμάζω. τὸ γὰρ θρασὺν μὲν τῷ βίῳ, μὴ πολίτην δὲ τὴν φύσιν ἐν ἐργαστηρίῳ δὲ τεθραμμένον ἐκ παιδός, αἰσθάνεσθαί τι τῶν τοιούτων, εὐλογώτερον ἦν ἢ μὴ συνιέναι. τούτῳ μὲν οὖν ἐὰν ἀφίκωμαί ποτε καὶ σωθῶ, πειράσομαι διαλεχθῆναι περὶ ὧν εἰς ἐμὲ καὶ περὶ ὧν εἰς ὑμᾶς παροινεῖ. καὶ νομίζω καίπερ οὐδὲν μετέχοντα τοῦ αἰσχύνεσθαι, μετριώτερον αὐτὸν ποιήσειν. ὑμῖν δὲ τοῦ κοινῇ συμφέροντος ἕνεκα, βούλομαι δι' ἐπιστολῆς οὓς περὶ τούτων ἔχω λόγους δηλῶσαι. οἷς πάνυ τὸν νοῦν προσέχοντες ἀκούσατε. οἴομαι γὰρ αὐτοὺς οὐκ ἀκοῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ μνήμης ἀξίους εἶναι. ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω καὶ θεοφιλεστάτην. καὶ ταῦτα οἶδα καὶ τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον, καὶ τὴν Διώνην, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντείαις, καὶ προσεπισφραγιζομένους τὴν ἀγαθὴν τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι τῇ παρ' ὑμῖν. ὅσα τοίνυν περὶ τῶν ἐπιόντων δηλοῦσιν οἱ θεοί, δῆλον ὡς προλέγουσι. τὰς δ' ἀπὸ τῶν παρεληλυθότων προσηγορίας ἐπὶ ταῖς γεγονυίαις πράξεσι τίθενται. ἃ τοίνυν ἐγὼ πεπολίτευμαι παρ' ὑμῖν, τῶν ἤδη γεγενημένων ἐστίν, ἀφ' ὧν εὐτυχεῖς ὑμᾶς προσηγορεύκασιν οἱ θεοί, πῶς οὖν δίκαιον τοὺς μὲν πεισθέντας εὐτυχεῖς ὀνομάζεσθαι. τὸν δὲ πείσαντα, τῆς ἐναντίας προσηγορίας τυγχάνειν. πλὴν εἰ τοῦτό τις εἴποι τὴν μὲν κοινὴν εὐτυχίαν, ἧς ἐγὼ σύμβουλος, θεοὺς τοὺς λέγοντας εἶναι, οἷς οὐ θέμις ψεύδεσθαι. τὴν δ' ἰδίαν βλασφημίαν, ᾗ κατ' ἐμοῦ κέχρηται Θηραμένης θρασὺν καὶ ἀναιδῆ, καὶ οὐδὲ νοῦν ἔχοντ' ἄνθρωπον εἰρηκέναι. οὐ τοίνυν μόνον ταῖς παρὰ τῶν θεῶν μαντείαις ἀγαθὴν οὖσαν εὑρήσετε, ᾗ κέχρησθε τύχῃ, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἔργων θεωροῦντες ἂν ἐξετάζητε ὀρθῶς. ὑμεῖς γὰρ εἰ μὲν ὡς ἄνθρωποι τὰ πράγματα βούλεσθε θεωρεῖν, εὐτυχεστάτην εὑρήσετε, ἀφ' ὧν ἐγὼ συνεβούλευσα τὴν πόλιν γεγονυῖαν. εἰ δ' ἃ τοῖς θεοῖς ἐξαίρεθ' ὑπάρχει μόνοις, τούτων ἀξιώσετε τυγχάνειν, ἀδυνάτων ἐφίεσθε. τί οὖν ἐστι θεοῖς ἐξαίρετον, ἀνθρώποις δ' οὐ δυνατόν. ἁπάντων τῶν ἀγαθῶν ἐγκρατεῖς ὄντας κυρίους εἶναι καὶ αὐτοὺς ἔχειν καὶ δοῦναι τοῖς ἄλλοις. φλαῦρον δὲ μηδὲν μηδέ ποτε παντὶ τῷ αἰῶνι, μήτε παθεῖν, μήτε μελλῆσαι.

καὶ μὴν ὑποκειμένων τούτων ὥσπερ προσήκει, σκοπεῖτε τὰ ὑμέτερα αὐτῶν πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀγνώμων, ὅστις ἂν ἢ τὰ λακεδαιμονίοις συμβεβηκότα οἷς οὐκ ἐγὼ συνεβούλευον, ἢ τὰ πέρσαις πρὸς οὓς οὐδὲ ἀφικόμην πώποτε, αἱρετώτερα φήσειεν εἶναι τῶν ὑμῖν παρόντων. καὶ ἐῶ καππαδόκας καὶ σύρους καὶ τοὺς τὴν ἰνδικὴν χώραν κατοικοῦντας ἀνθρώπους ἐπ᾽ ἐσχάτων γῆς. οἷς ἅπασι συμβέβηκε πολλὰ καὶ δεινὰ πεπονθέναι καὶ χαλεπά. ἀλλὰ νὴ δία τούτων μὲν ἄμεινον ὑμᾶς πράττειν ἅπαντες ὁμολογήσουσι. θετταλῶν δὲ καὶ ἀρκάδων καὶ ἀργείων χεῖρον ἤ τινων ἄλλων. οἷς ἐν συμμαχίᾳ συνέβη γενέσθαι φιλίππῳ. ἀλλὰ τούτων καὶ πολὺ βέλτιον ἀπηλλάχθητε. οὐ μόνον τῷ μὴ δεδουλωκέναι, καίτοι τί τηλικοῦθ᾽ ἕτερον, ἀλλὰ καὶ τῷ τοὺς μὲν πάντας αἰτίους εἶναι δοκεῖν τῶν τοῖς ἕλλησι κακῶν συμβεβηκότων διὰ φιλίππου καὶ τῆς δουλείας, ἐξ ὧν εἰκότως μισοῦνται. ὑμᾶς δ᾽ ὁρᾶσθαι ὑπὲρ τῶν ἑλλήνων καὶ σώμασι καὶ χρήμασι καὶ πόλει καὶ χώρᾳ καὶ πᾶσιν ἠγωνισμένους. ἀνθ᾽ ὧν εὔκλειαν εἰκὸς ὑπάρχειν καὶ χάριν ἀθάνατον παρὰ τῶν τὰ δίκαια βουλομένων ποιεῖν. οὐκοῦν ἀφ᾽ ὧν ἐγὼ συνεβούλευσα, τὸ μὲν ἁπάντων ἄριστα πράττειν τῇ πόλει συμβέβηκε. τῶν δὲ συνηγωνισμένων ἐνδοξοτέραν εἶναι περίεστι. τοιγαροῦν ἐπὶ τούτοις οἱ θεοὶ τὰς μὲν μαντείας τὰς ἀγαθὰς ὑμῖν διδόασι. τὴν δ᾽ ἄδικον βλασφημίαν, εἰς κεφαλὴν τῷ λέγοντι τρέπουσι. γνοίη δ᾽ ἄν τις, εἰ προέλοιτο ἐξετάσαι τὰ ἐπιτηδεύματα ἐν οἷς ζῇ. ἃ γὰρ ἂν καταράσαιτό τις αὐτῷ, ταῦτ᾽ ἐκ προαιρέσεως ποιεῖ. ἐχθρὸς μέν ἐστι τοῖς γονεῦσι. φίλος δὲ παυσανίᾳ τῷ πόρνῳ καὶ θρασύνεται μὲν ὡς ἀνήρ. πάσχει δ᾽ ὡς γυνή. καὶ τοῦ μὲν πατρός ἐστι κρείττων. τῶν δ᾽ αἰσχρῶν ἥττων. οἷς δ᾽ ὑπὸ πάντων δυσχεραίνεται, τούτοις τὴν διάνοιαν ἀγάλλεται αἰσχρορρημοσύνῃ καὶ τῷ διηγεῖσθαι ταῦτ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἀλγοῦσιν οἱ ἀκούοντες. ὁ δ᾽ ὡς ἀφελὴς καὶ παρρησίας μεστὸς οὐ παύεται. καὶ ταῦτα οὐκ ἂν ἔγραψα, εἰ μὴ κινῆσαι τὴν ἐν ὑμῖν μνήμην τῶν προσόντων αὐτῷ κακῶν ἠβουλόμην. ἃ γὰρ ἂν εἰπεῖν ἄν τις ὀκνήσαι, καὶ γράψαι φυλάξαιτ᾽ ἄν. οἶμαι δὲ κἂν ἀκούσαντα δυσχεραίνειν ταῦτα. ἀπὸ τούτων μνησθεὶς οἶδεν ἕκαστος ὑμῶν πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ αἰσχρὰ τούτῳ προσόντα. ὥστ᾽ ἔμοιγε μηδὲν ἀναιδὲς εἰρῆσθαι, καὶ τούτων ὑπόμνημα τῶν ἑαυτοῦ κακῶν ὀφθέντα πᾶσιν εἶναι. εὐτυχεῖτε.

Πρὸς ἡρακλεόδωρον.

Δημοσθένης Ἡρακλεοδώρῳ εὖ πράττειν.

ΟΥΘ᾽ ὅπως χρὴ πιστεῦσαι οἷς ἀπήγγελλέ μοι Μενεκράτης, οὔθ᾽ ὅπως ἀπιστεῖν ἔχω. ἔφη γὰρ Επίτιμον ἐνδεδεῖχθαι μὲν καὶ ἀπῆχθαι ὑπὸ Αράτου. σὲ δὲ ἀγωνίζεσθαι καὶ ἁπάντων αὐτῷ χαλεπώτατον εἶναι

Iam his iactis fundamentis, quemadmodum decet vestrum statum cõsiderate, & cum ceterorum fortuna conferte. Nemo enim ita væcors est, qui vel quæ Lacedæmoniis accidére, quibus ego nihil cõsului: vel quæ Persis ad quos ego nunquam perueni: isti vestro statui dicat anteferenda. Omitto Cappadoces, & Syros, & Indicæ regionis homines, in vltimis terris habitantes: quibus omnibus vsu venit, vt multa & acerba & grauia sustinerent. At Hercule felicius agi vobiscum, quàm cum hisce omnibus fatebuntur omnes: deterius autem quàm cum Thessalis, & Arcadibus, & Argiuis, & quibusdam aliis, quibus accidit vt Philippi societatem colerent? At minore quàm hi ipsi etiam incommodo recessistis: non eò tantùm, quòd non seruiistis (quo quid maius fieri queat?) sed ob illud etiam, quòd istis omnibus, clades à Philippo illatæ Græcis, & oppressio libertatis, imputatur. Vnde meritò in odio sunt: vos autem pro salute Græcorũ, & corpora & opes & vrbem & agros in discrimen adduxisse constat. Vnde consentaneum est, & vos florere gloria, & apud homines æquos & gratos gratiam iniisse immortalem. Fuit igitur hic meorũ consiliorum euentus, vt vestra vrbs ex his quæ restiterunt, prosperrima fortuna vtatur: illis quæ Philippum adiuuerunt, gloria præstet. Proinde ob hæc dij vobis bona oracula reddunt: iniquum autem maledictum in conuiciatoris caput retorquent. Quod ita intelligitur, si quis eius quotidianæ vitæ consuetudinem expectare instituerit. Nam quæ illi imprecer is, ea ipse de industria facit, qui parentes odio, Pausaniam pædiconem amore prosequatur: qui insolenter vt se virum iactet, cùm muliebra patiatur, patre superior, turpitudine inferior: qui earum rerum propter quas illum omnes auersantur, obscœna commemoratione suum ipse animum oblectet: iisque narrandis recreetur, quæ nauseam audientibus moueant. Neque tamen, vt homo simplex atque ingenuus desistere potest. Hæc ego non scripsissem, nisi commouere vestram, qua comprehensa latent eius flagitia, memoriam voluissem. Nam quæ dictu parum verecunda sunt: ea nec satis honestè scribi possunt. Atque vel hæc vobis arbitror auditu fuisse molesta. His enim admonitus vnusquisque vestrûm, multa eius & atrocia & fœda flagitia meminit. Fit igitur, vt nec ego quicquam turpe dixerim: & iste, quoties in publicum prodierit, suarum fœditatum omnibus monimentum exhibeat. Valete.

Ad Heracleodorum.

Demosthenes Heracleodoro. S.

QVæ mihi Menecrates nunciauit, iis ego nec tribuere fidem, nec abrogare possum. Dixit enim, Epitimum ab Arato & delatum, & abductum esse in carcerem: te verò causam agere, & omnium esse acerrimum eius hostem.

Te igitur

Te igitur per Iouem hospitalem omnésque deos obtestor, ne quam mihi molestiam & dolorem parias. Præterquam enim quod Epitimi salus mihi curæ est, & quòd, si quid ei accideret, magnum mihi ipsi malum dari videretur, túque eius calamitatis autor ei esses: puderet me etiam eorum qui conscij sunt, quid ad omnes homines de te dixerim, confisus me vera loqui: re non quidem è familiaribus congressibus cõperta, sed quòd te & autoritate præditum, & eruditionem amplexum esse videbam: eam præsertim quæ in schola Platonis traditur: quæ omnino ab auaricia & violentia, cæterisq; callidis aucupiis abhorret: ad summam autem bonitatem & iusticiam omnia refert. Qua doctrina qui eruditus est, huic, ita me dij ament, non colere simplicem veritatem, & in omnes esse benefico, nefas esse duco. Quin illud etiam molestissimum mihi esset, si magno benuolentiæ erga te quasi impetu concitatus, mutare sententiam, ac alio in te esse animo cogerer. Quibus igitur in rebus me despectum & neglectum esse putem, etsi non dixero, eas tamen ita se habituras putato. Quòd si nos ideo contemnis, quòd nondum è principibus sumus: cogita te quoque olim adolescentẽ, & ea qua nos ætate modò sumus, fuisse, & consiliis atque actionibus tuis ad tantum fastigium ascendisse: id quod nobis etiam contingere poterit. Nam recta quidem voluntas adest: cui si fortunæ benignitas suffragetur, res ipsa confici queat, Nihil autem melius collocari potest rectè tributo officio: quod & tu nobis præstare debes: neque ab vllo væcorde vel abduci in deterius, vel vinci velis: sed illos tute in tuam perducito sententiam: itáque te gerito, vt ne quid è pactis & cõuentis nostris desideretur, vtque Epitimus periculis eripiatur & liberetur. Adero autem & ipse eo tempore, quod tu tempestiuum esse dixeris. Id igitur mihi per literas significa; vel etiam pro amicitia impera. Vale.

Demosthenes senatui populóque S.

REdditę sunt ab Antiphilo literę senatui sociorum, bona quidem expectare volentibus, scriptæ commodè, sed quæ Antipatri ministris multos & difficiles sermones suppeditent: qui acceptis ab Antipatro literis ad Dinarchum, Corinthum missis, omnes Peloponnesi vrbes iis sermonibus impleuerunt, quos in illorum capita dij conuertant. Cùm verò huc peruenisset iste qui nunc adest, cum meo tabellario, literas ferente à Polémæsto ad Epinicum fratrem, virum vestri studiosum & mei amantem, atque ab illo ad me perductus esset: ego audito nuncio, eum ad vos mittendum censui: vt perspicuè rebus omnibus, quæ in castris accciderunt, ex eo qui tum prælio interfuit, auditis: & in præsentia bonis animis sitis, & reliqua, diis bene fortunantibus talia fore, qualia vultis, expectetis. Valete.

δέομαι δή σου πρὸς Διὸς ξενίου καὶ πάντων τῶν θεῶν, μή με καταστήσῃς ἀηδεῖ καὶ δεινῷ μηδενὶ περιπετῆ. εὖ γὰρ ἴσθι χωρὶς τοῦ μέλειν μοι τῆς Ἐπιτίμου σωτηρίας, καὶ νομίσαι μεγάλην ἂν συμφορὰν, εἴ τι πάθοι καὶ τούτου σὺ συναίτιος εἴης, αἰσχύνομαι τοὺς συνειδότας μοι τοὺς λόγους οὓς ἐγὼ περὶ σοῦ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους ἔλεγον, πεποιθὼς ἐμαυτῷ ἀληθῆ λέγειν, οὐκ ἐκ τοῦ πεπλησιακέναι σοὶ πεῖραν ἔχων. ἀλλ' ὁρῶν, ὅτι δόξης ἐπιτυγχάνων, καὶ παιδείαν ἀπεδέχου. καὶ ταύτα τὴν ἀπὸ τοῦ Πλάτωνος διατριβῆς, ἥπερ ἐστὶν ὡς ἀληθῶς τῶν μὲν πλεονεκτημάτων καὶ τῶν περὶ ταῦτα σοφισμάτων ἔξω. τοῦ βελτίστου δὲ καὶ τοῦ δικαιοτάτου πάνθ' ἕνεκα ἐξητασμένη. ἧς μὰ τοὺς θεοὺς τὸν μεταςχόντα μὴ οὐχὶ ἀψευδεῖν καὶ πρὸς ἅπαντας ἀγαθὸν εἶναι οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι. γένοιτο δ' ἄν μοι κἀκεῖνο τῶν χαλεπωτάτων. εἰ ἄρ' ὡρμηκὼς ἐμαυτὸν εὐνοϊκῶς ἔχειν σοι, τὴν ἐναντίαν γνώμην μεταλαβεῖν ἀναγκασθείην, ἃ δὴ ὑπολαμβάνω παρεωρᾶσθαι καὶ πεφενακίσθαι, κἂν μὴ φῶ, νόμιζε οὕτως ἕξειν. εἰ δὲ ἡμῶν καταπεφρόνηκας, ὅτι τῶν πρώτων οὐκ ἐσμέν πω, λογίσαι, ὅτι καὶ σύ ποτ' ἦσθα νέος, καὶ τὴν ἡλικίαν εἶχες, ἣν ἡμεῖς νῦν. ἐκ δὲ τοῦ συμβουλεύειν καὶ πράττειν γεγένησαι τηλικοῦτος. καὶ ἡμῖν δὲ τοῦτο συμβαίη. τὸ μὲν γὰρ εὖ βούλεσθαι πάρεστι. τῆς δὲ τύχης συλλαμβανούσης, καὶ τοὔργον γένοιτ' ἄν. καλὸς οὖν ἔρανος, χάρις δικαία· ἣν καὶ σὺ ποιῆσαι πρὸς ἐμέ. καὶ μήθ' ὑφ' ἑνὸς τῶν εὖ φρονούντων χεῖρον ἄγου, μήδε ἡττῶ. ἀλλ' ἐκείνους μὲν ἄγε ἐπὶ τὰ σοὶ δοκοῦντα. καὶ πρᾶττε οὕτως, ὅπως μηδενὸς τῶν ὁμολογηθέντων στερηθῶμεν. ἀλλ' Ἐπιτίμῳ γένηται σωτηρία τις καὶ ἀπαλλαγὴ τῶν κινδύνων. παρέσομαι δὲ εἰς τὸν χρόνον κἀγὼ καθ' ὃν σὺ φῂς καιρὸν εἶναι. γράψας δέ μοι πέμψον, ἢ καὶ ὡς φίλῳ ἐπίστελλε. εὐτύχει.

Δημοσθένης τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χαίρειν.

Euphreo suasi quemadmodum ad me scripsisti: vt in rerum tuarum administratione perseueraret. Est autem meum tibi quoque & de aliis rebus, hospitale & sacrum (vt appellatur) consilium dare: & quemadmodum Euphreo vti debeas. Profectò vir ille ad multa vtilis esse potest. Maximè verò ad id, cuius tu plurimùm indiges ob ætatem: præsertim cùm haud multi reperiãtur, qui de his rebus cósiliũ iuuenibus cõmodè afferre possint. Est enim vox quædã vniuscuiusq; ciuilis gubernationis: velut animalium quorundá. Nam aliam popularis, aliam paucorum, aliam vnius gubernatio vocem emittit. Has intelligere multi profitentur: sed longè absunt ab intelligendo præter admodum paucos. Quæ igitur gubernatio propriam vocem erga deos & erga homines emittit: consentaneásque voci actiones reddit, ea viret semper atque seruatur. quòd si vocẽ alterius imitatur, interitum recipit. Ad hæc Euphreus tibi perutilis esse poterit: quamuis & ad alia fortis sit. Rationes enim monarchiæ, id est principatus vnius, non minus quàm eos qui apud te sunt, eum inuenturum esse spero. Ad hæc igitur illo fretus, vtilitatem ex eo percipies, & referes ipsi tu deinde quàm plurimam. Quòd siquis hæc audiens obiiciat: Plato quidem profitetur quæ ad popularem statum conferant intelligere: nunquam tamen, licèt occasio data fuerit, in ciuitate sua surrexit ad consilium populo exhibendum: ad hęc respõdebitur, Platonẽ serò tãdẽ fuisse in patria,

populúmque

populúmque offendisse iam senectute desipientem assuefactúmque per illos qui antè se fuerant, multa diuersa facere à consilio suo. Nam libentissimè vt parenti illi consuluisset, nisi frustrà seipsum periculo subiecturum existimasset. Idē quoque circa consilium mihi futurum existimo. Si enim insanabiles videremur, re dimissa, omni de me meísque consilio abstineret. Esto felix.

Plato Hermiæ, Erasto, & Corisco, bene agere.

Mihi quidem videtur deorum aliquis fortunā vobis optimam, modo rectè eam recipiatis, benignè abundéque parasse. Quippe finitimi estis, & vtilitatem vobis mutuam conferre valetis maximam. Hermiæ siquidé neque multitudo equorum, neque alius belli apparatus, neque auri magnitudo vsque adeò vires augeret, quantùm amicorum bonorum constantia atque fidelitas. Erasto autem & Corisco præter sapientiam istam de speciebus pulcherrimam, alia insuper affirmo, & si sum senex, opus esse sapientia ad improbos iniustósque cauendum, & ad resistendum potentia. Sunt enim inexperti fraudum: quia penes nos cum hominibus viuere diu consueti sunt minimè malis. Quapropter illos huiusmodi quadam indigere dico cautione, ne compellantur veram negligere sapientiam, & humanam hanc necessariámque sapiētiam plus quàm deceat meditari. Rursus verò eam ipsam vim mihi videtur Hermias in primis natura vsq; & arte consecutus. Quid igitur dico? Equidem Erasti & Corisci mores ingeniáq; expertus magis quàm tu, confirmo tibi, ô Hermia, denuncio, testor, non facilè magis fidos homines istis finitimis esse te repertu- rum. Tibi itaque consulo, vt quoad fieri potest ac licet, omni studio hos viros complectaris. Vobis quoque, ô Eraste, & Corisce consulo, vt Hermiam vicissim suscipiatis, certantes mutuo amore & beneficio, vno maximè amicitiæ nodo vinciri. At si quis vestrûm coniunctionem istam dissoluere videatur, nam humana quidem mobilia sunt, huc ad me meósque mittite accusatoriam in delinquentem epistolam. Puto enim iustitia & pudore refertos, qui à nobis proficiscuntur, sermones, nisi quid magnum subsit, magis, vt dicitur, omni incantatione vos in pristinam amicitiam & communionem copulaturos. Ita si philosophemur omnes vtrique quantùm valebimus, & nostrum cuique concedetur, rata hæc modò edita oracula seruabūtur. Quòd si ista negligamus, nihil equidem præfabor. Omen nanque bonum vobis prædico, atque vaticinor, hæc bona omnia vos ita demum esse facturos, si Deus voluerit. Hanc verò epistolam à vobis tribus simul legendam censeo: aut saltem duobus vnà legentibus, & sæpe etiam repetentibus. Vtendúmque vobis pacto & lege certa: etiam iureiurando vt æquum est interposito, non sine eleganti studio, atque huius studij sorore disciplina, testando Deum rerum omnium ducem præsentium & futurarum, ac ducis & causę patrem dominum. Quem si verè philosophemur cognoscemus apertè omnes, quatenus felicis hominis natura pertingere potest.

καὶ τὸν δῆμον κατέλαβεν ἤδη πρεσβύτερον. καὶ εἰθισμένον ὑπὸ τῶν ἔμπροσθεν, πολλὰ καὶ ἀνόμοια τῇ ἐκείνου ξυμβουλῇ πράττειν· ἐπεὶ πάντων ἂν ἥδιστα καθάπερ πατρὶ συνεβούλευεν αὐτῷ, εἰ μὴ μάτην μὲν κινδυνεύσειν ᾤετο, πλέον δ' οὐδὲν ποιήσειν· ταυτὸν δὴ οἶμαι δρᾶσαι ἂν καὶ τὴν ἐμὴν ξυμβουλήν. εἰ δόξαιμεν ἀνιάτως ἔχειν, πολλὰ ἂν χαίρειν ἡμῖν εἰπὼν, ἐκτὸς ἂν γίγνοιτο τῆς περὶ ἐμὲ καὶ τὰ ἐμὰ ξυμβουλῆς.

Πλάτων ἑρμείᾳ καὶ ἐράστῳ καὶ κορίσκῳ, εὖ πράττειν.

Ἐμοὶ φαίνεται θεῶν τις ὑμῖν τύχην ἀγαθὴν ἂν δέξησθε εὐμενῶς καὶ ἱκανῶς παρασκευάζειν. οἰκεῖτε γὰρ δὴ γείτονές τε ὑμῖν αὐτοῖς. καὶ χρείαν ἔχοντες, ὥστε ἀλλήλους εἰς τὰ μέγιστα ὠφελεῖν. ἑρμείᾳ μὲν γὰρ οὔτε ἵππων πλῆθος οὔτε ἄλλης πολεμικῆς συμμαχίας οὐδ' αὖ χρυσοῦ προσγενομένου γένοιτ' ἂν μεῖζον εἰς τὰ πάντα δύναμις. ἢ φίλων βεβαίων τε καὶ ἦθος ἐχόντων ὑγιές. ἐράστῳ δὲ καὶ κορίσκῳ, πρὸς τῇ τῶν εἰδῶν σοφίᾳ τῇ καλῇ ταύτῃ φημὶ ἐγὼ καίπερ γέρων ὢν προσδεῖν σοφίας τῆς περὶ τοὺς πονηροὺς καὶ ἀδίκους φυλακτικῆς καί τινος ἀμυντικῆς δυνάμεως. ἄπειροι γάρ εἰσι διὰ τὸ μεθ' ἡμῶν μετρίων ὄντων καὶ οὐ καλῶν, συχνὸν διατετριφέναι τοῦ βίου, διὸ δὴ τούτων προσδεῖν εἶπον, ἵνα μὴ ἀναγκάζωνται τῆς ἀληθινῆς μὲν ἀμελεῖν σοφίας· τῆς δὲ ἀνθρωπίνης τε καὶ ἀναγκαίας ἐπιμελεῖσθαι μειζόνως ἢ δεῖ. ταύτην δ' αὖ τὴν δύναμιν, ἑρμείας μοι φαίνεται φύσει τε ὅσα μήπω ξυγγεγονότι καὶ τέχνῃ δι' ἐμπειρίας εἰληφέναι. τί οὖν δὴ λέγω· σοὶ μὲν ἑρμεία, πεπειραμένος ἐράστου καὶ κορίσκου πλέονα ἢ σὺ, φημὶ καὶ μηνύω καὶ μαρτυρῶ μὴ ῥᾳδίως εὑρήσειν σε ἀξιοπιστότερα ἤθη τούτων τῶν γειτόνων. ἔχεσθαι δὴ παντὶ ξυμβουλεύω δικαίῳ τρόπῳ τούτων τῶν ἀνδρῶν, μὴ πάρεργον ἡγούμενον. κορίσκῳ δὲ καὶ ἐράστῳ πάλιν ἑρμείου ἀντέχεσθαι ξύμβουλός εἰμι. καὶ πειρᾶσθαι τῇ ἀνθέξεσιν ἀλλήλων εἰς μίαν ἀφικέσθαι φιλίας ξυμπλοκήν. ἂν δέ τις ὑμῶν ἄρα ταύτην πῃ λύειν δοκῇ, τὸ γὰρ ἀνθρώπινον οὐ πάντῃ βέβαιον, δεῦρο παρ' ἐμὲ καὶ τοὺς ἐμοὺς, πέμπετε μομφῆς κατήγορον ἐπιστολήν. οἶμαι γὰρ δίκῃ τε καὶ αἰδοῖ τοὺς παρ' ἡμῶν ἐνθεῦθεν ἐλθόντας λόγους, εἰ μή τι τὸ λυθὲν μέγα τύχοι γενόμενον ἐπῳδῆς ἡστινοσοῦν μᾶλλον ἂν συμφῦσαι καὶ συνδῆσαι πάλιν εἰς τὴν προϋπάρχουσαν φιλότητά τε καὶ κοινωνίαν. ἣν ὅταν μὲν φιλοσοφῶμεν ἅπαντες ἡμεῖς τε καὶ ὑμεῖς ὅσον ἂν δυνώμεθα καὶ ἑκάστῳ παρείκῃ, κύρια τὰ νῦν κεχρησμῳδημένα ἔσται. τὸ δὲ ἂν μὴ δρῶμεν ταῦτα, οὐκ ἐρῶ. φήμην γὰρ ἀγαθὴν μαντεύομαι. καὶ φημὶ ταῦθ' ἡμᾶς πάντ' ἀγαθὰ ποιήσειν, ἂν θεὸς ἐθέλῃ. ταύτην τὴν ἐπιστολὴν πάντας ὑμᾶς τρεῖς ὄντας ἀναγνῶναι χρὴ μάλιστα μὲν ἀθρόους. εἰ δὲ μὴ, κατὰ δύο κοινῇ κατὰ δύναμιν οἷόν τ' ἐστὶ πλειστάκις. καὶ χρῆσθαι συνθήκῃ καὶ νόμῳ κυρίῳ, ὅ ἐστι δίκαιον ἐπομνύντας σπουδῇ τε ἅμα μὴ ἀμούσῳ καὶ τῇ τῆς σπουδῆς ἀδελφῇ παιδείᾳ, καὶ τὸν τῶν πάντων θεὸν ἡγεμόνα τῶν τε ὄντων καὶ τῶν μελλόντων, τοῦ τε ἡγεμόνος καὶ αἰτίου πατέρα κύριον ὃν ἂν ὄντως φιλοσοφῶμεν εἰσόμεθα πάντες σαφῶς εἰς δύναμιν ἀνθρώπων εὐδαιμόνων.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις, εὖ πράττειν.

Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν δεῖν τὴν διάνοιαν ὑμῶν εἶναι τὴν αὐτὴν ἣν εἶχε καὶ Δίων· καὶ δὴ καὶ κοινωνεῖν διεκελεύεσθέ μοι, καθόσον οἷός τέ εἰμι ἔργῳ καὶ λόγῳ· ἐγὼ δὲ εἰ μὲν δόξαν καὶ ἐπιθυμίαν τὴν αὐτὴν ἔχετε ἐκείνῳ ξύμφημι κοινωνήσειν. εἰ δὲ μὴ βουλεύσεσθαι πολλάκις· τίς δ' ἦν ἡ ἐκείνου διάνοια καὶ ἐπιθυμία σχεδὸν οὐκ εἰκάζων, ἀλλ' ὡς εἰδὼς σαφῶς εἴποιμ' ἄν. ὅτε γὰρ κατ' ἀρχὰς εἰς συρακούσας ἐγὼ ἀφικόμην, σχεδὸν ἔτη τετταράκοντα γεγονὼς Δίων εἶχε τὴν ἡλικίαν, ἣν τὰ νῦν ἱππαρῖνος γέγονε· καὶ ἣν ἔσχε τότε δόξαν, ταύτην καὶ διετέλεσεν ἔχων· συρακουσίους οἴεσθαι δεῖν ἐλευθέρους εἶναι κατὰ νόμους τοὺς ἀρίστους οἰκοῦντας· ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν εἴτις θεῶν καὶ τοῦτον, εἰς τὴν αὐτὴν δόξαν περὶ πολιτείας, ἐκείνῳ γενέσθαι σύμφρονα ποιήσειε. τίς δ' ἦν ὁ τρόπος τῆς γενέσεως αὐτῆς, οὐκ ἀπάξιον ἀκοῦσαι νέῳ καὶ μὴ νέῳ· πειράσομαι δὲ ἐξ ἀρχῆς αὐτὴν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς διεξελθεῖν· ἔχει γὰρ καιρὸν τὰ νῦν. νέος ἐγώ ποτε ὤν, πολλοῖς δὴ ταυτὸν ἔπαθον. ᾠήθην εἰ θᾶττον ἐμαυτοῦ γενοίμην κύριος, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῆς πόλεως εὐθὺς ἰέναι, καί μοι τύχαι τινὲς τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων, τοιαίδε παρέπεσον· ὑπὸ πολλῶν γὰρ τῆς τότε πολιτείας λοιδορουμένης, μεταβολὴ γίγνεται. καὶ τῆς μεταβολῆς, εἷς καὶ πεντήκοντά τινες ἄνδρες προὔστησαν ἄρχοντες. ἕνδεκα μὲν, ἐν ἄστει. δέκα δ' ἐν πειραιεῖ· περί τε ἀγορὰν ἑκάτεροι τούτων, ὅσα τ' ἐν τοῖς ἄστεσι διοικεῖν ἔδει. τριάκοντα δὲ πάντων ἄρχοντες κατέστησαν αὐτοκράτορες. τούτων δή τινες, οἰκεῖοί τε ὄντες καὶ γνώριμοι ἐτύγχανον ἐμοί· καὶ δὴ παρεκάλουν εὐθὺς, ὡς ἐπὶ προσήκοντα πράγματά με. καὶ ἐγὼ, θαυμαστὸν οὐδὲν ἔπαθον ὑπὸ νεότητος. ᾠήθην γὰρ αὐτοὺς ἔκ τινος ἀδίκου βίου, ἐπὶ δίκαιον τρόπον ἄγοντας διοικήσειν δὴ τὴν πόλιν, ὥστε αὐτοῖς σφόδρα προσεῖχον τὸν νοῦν, τί πράξειεν. καὶ ὁρῶν δήπου τοὺς ἄνδρας ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ χρυσῆν ἀποδείξαντας τὴν ἔμπροσθεν πολιτείαν, τά τε ἄλλα καὶ φίλον ἄνδρα ἐμοὶ πρεσβύτερον σωκράτη ὃν ἐγὼ σχεδὸν οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε ἐπί τινα τῶν πολιτῶν μεθ' ἑτέρων ἔπεμπον, βίᾳ ἄξοντα ὡς ἀποθανούμενον. ἵνα δὴ μετέχοι τῶν πραγμάτων αὐτοῖς. εἴτε βούλοιτο, εἴτε μή· ὁ δ' οὐκ ἐπείθετο. πᾶν δὲ παρεκινδύνευσε παθεῖν, πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός· ἃ δὴ πάντα καθορῶν καὶ ἔτι ἄλλα τοιαῦτα οὐ σμικρὰ, ἐδυσχέρανά τε, καὶ ἐμαυτὸν ἐπανήγαγον ἀπὸ τῶν τότε κακῶν· χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ, μετέπεσε τὰ τῶν τριάκοντά τε καὶ πᾶσα ἡ τότε πολιτεία, πάλιν δὲ, βραδύτερον μὲν, εἷλκε δέ με ὅμως, ἡ περὶ τὸ πράττειν τὰ κοινὰ καὶ πολιτικὰ ἐπιθυμία. ἦν οὖν καὶ ἐν ἐκείνοις ἅτε τεταραγμένοις, πολλὰ γιγνόμενα, ἅ τις ἂν δυσχεράνειεν· καὶ οὐδέν τι θαυμαστὸν ἦν τιμωρίας ἐχθρῶν γίγνεσθαί τινων τισὶ μείζους, ἐν μεταβολαῖς. καίτοι πολλῇ γε ἐχρήσαντο οἱ τότε κατελθόντες ἐπιεικείᾳ. κατὰ δέ τινα τύχην αὖ τὸν ἑταῖρον ἡμῶν Σωκράτη τοῦτον δυναστεύοντές τινες,

Plato Dionis propinquis & amicis, bene agere.

Scripſiſtis mihi cenſere vos eandem mentem in Republica eſſe vobis conſeruandam, quam Dio habuiſſet: méque rogatis in communionem accedere quantùm verbo factóque virium habeam. Ego autem ſi eam voluntatem opinionémque quam ille habuit, habetis, aſſentior vobis, & in communionẽ accedo: ſi non habetis de ea re conſultádum etiam atque etiam dico. Quæ verò fuerit illius mẽs atque voluntas: non vt coniectans, ſed tanquã ſciẽs referre poſſum. Quádo ego primùm Syracuſas profectus ſum, annos circiter quadraginta ętatis agens: Dio in ea erat ætate, qua nunc Hipparinus: & in ea quá tunc cõprehenderat opinione ſemper perſeuerauit, Syracuſanos putans eſſe liberos oportere, atq; optimis legibus gubernari. Itaque nõ ſit mirãdum, ſiquis deorum hunc in eadem opinione Reipublicę gubernandæ ipſi conſentientem præſtitiſſet. Qua verò ratione id fuerit faciendum digna res eſt, quæ & ſeni & iuueni audiatur. Conabor autem: quoniã præſens tempus id poſcit rem omnem à principio vobis referre. Equidem adoleſcens dum eſſem, eandem quam pleríque habui cupiditatem. Statueram enim cùm primùm mei ipſius compos factus eſſem, ad Rempublicam conferre. Interim talia quædam circa Rempublicam contigerunt. Nam cùm is qui tum erat Reipublicæ ſtatus à multis improbaretur: ſecuta mutatio eſt. Tunc vnus & quinquaginta viri gubernatione ſuſcepta: vndecim in vrbe, decem verò in Piræo forenſium vrbanarúmque rerum adminiſtrationem habebant. Sed penes triginta viros ſumma erat omnium autoritas conſtituta. Horum nonnulli domeſtici & noti erant mihi qui me ſtatim ad Rempublicam capeſſendam inuitauerunt, Atque ego nihil mirabile ſum ob iuuentutem perpeſſus. Quippe exiſtimabam illos ab iniuſta vita ciuitatem ad iuſtos mores debere conuertere. Itaque diligenter in dies quid facerẽt, obſeruabam. Verùm animaduerti eos breui admodũ tẽpore ita ſe gerere, vt prior ille Reipublicæ ſtatus fuiſſe aureus putaretur. Nam & alia multa iniuſtè fecerunt: & amicũ meum ſeniorem Socratem, quem ego iuſtiſſimum omnium qui tunc erant appellare non vereor, vnà cum aliis quibuſdã ad adducendũ ciuium quẽdam ad ſe miſerũt: vt vltimo ſupplicio afficeretur: Socratémque ipſum vel ſponte vel inuitũ quaſi participẽ ſibi coniungerent: qui tamẽ parere noluit, ac potiùs cuncta pati grauiſſima conſtituit, quàm impiorum ſcelerum illis ſocius exiſtere. Hæc igitur cùm viderem, & alia quædam non parua, grauiter tuli, & ab illis malis me recepi. Nec multò pòſt ſecuta horum triginta euerſio eſt: totáq; Reſpublica mutata. Rurſus igitur quanquam moderatius, cupiebam tamen adire Rempublicam. Sed agebantur tũc etiã, vtpote turbata Republica, quæ improbares permulta. Nec ſanè mirum fuerit in huiuſmodi mutationibus inimicos quoſdam pœnas dare grauiores, quanquam qui redierant, magna vterentur clementia. Iterum forte quadam accidit, vt Socratem hunc amicũ noſtrum potentes in Republica quidam accuſarent,

impium

impium crimen obiicientes, ac minimè omnium ipsi conueniens. quasi enim non rectè de diis sentiret, alij quidem in iudicium traxerunt: alij sententiã in eum dixerunt, condemnauerúntque, & eum hominem necauere, qui superiori tempore, quo nihil impiè faceret, vnum ex ipsis tunc exulantem ducere, atque rei impiæ nullo modo particeps fieri sustinuerat. Cùm hæc igitur animaduerterem, & homines qui in Reipublicæ gubernatione versabãtur, legésque & mores, quãto magis considerarem, quantóque magis ætate progrederer, tanto difficilius arbitrabar esse rectè Rempublicã gubernare. Neque enim hoc fieri potest absque amicis sociisque fidelibus. Quos tum reperire haud facilè erat, non enim amplius patriis moribus institutísque ciuitas nostra gubernabatur: & parare nouos impossibile erat sine summa difficultate: vtpote simul legibus moribúsque penitus corruptis. Itaque ego ille qui primus exarseram incredibili cupiditate me ad Rempublicam conferendi, intuens cuncta in præceps deferri, tandem quò me verterem, nesciebam. Et ab inuestigatione quidem nequaquam desistere placuit: si quid forté melius eueniret. & circa hæc ipsa & vniuersam Rempublicam: agẽdi verò opportunitatem aliquam expectare. Tandem verò compertum est mihi Respublicas omnes quę nũc sunt, improbè gubernari. Nam quãtùm ad leges attinet, insanabiles fermè sũt: nullo instituto egregio sed fortuna quadam viuẽtes. Quapropter dicere adductus sum, laudans rectã philosophiã quid iustũ sit, & quid non, tã in Republica quã in priuata per eã duntaxat discerni. Itaq; non priùs desinere humanũ genus in malis versari, quã aut homines rectè veréq; philosophantes Rerumpub. gubernationẽ adepti fuerint: aut hi qui gubernãt, diuina quadã sorte verè philosophentur. Hac ego mẽte Italiã Siciliámq; adiui. hæc fuit prima in ea loca profectio mea. Quò cùm venissẽ, vita illa beata quæ ferebatur plena Italicarũ Syracusanarúmq; mẽsarũ, nullo modo mihi placuit, bis in die saturũ fieri, nec vnquã pernoctare solũ, cæteráq; quę comitantur huic vitæ. Nemo enim omniũ qui sub cœlo sunt, si in huiusmodi moribus ab adolescentia nutriatur, quamuis natura & ingenio excellenti præditus, vnquã tamen prudens euadet. Temperatus esse certè nunquã curabit. Eadémq; erit de cęteris virtutibus ratio. Ciuitas autem nulla legibus acquiescere poterit, si cuncta in superfluos sumptus eroganda ciues existiment: cæterísque posthabitis omnibus conuiuiis duntaxat & Venereis oblectamentis obnixè putent operam impendendam. Necesse est huiusmodi ciuitates modò in tyrannidem, modò in paucorũ potentiam, modò in popularem statum mutari: neque vnquam quiescere: iustę verò æquabilísque gubernationis, eos qui in his ciuitatibus potẽtes sunt, ne nomen quidẽ ipsum audire velle. Hæc ego vnà cum superioribus illis considerans, Syracusas profectus sum: fortè quidem fortuna quadam. Videtur autem alicuius eorum opera qui supra nos sunt, principium tunc fuisse datum omnibus quæ nuper Dioni Syracusísque contigerunt:

εἰσάγουσιν εἰς δικαστήριον, ἀνοσιωτάτην αἰτίαν ἐπιβαλόντες, καὶ πάντων ἥκιστα Σωκράτει προσήκουσαν, ὡς ἀσεβῆ γὰρ οἱ μὲν εἰσήγαγον, οἱ δὲ κατεψηφίσαντο, καὶ ἀπέκτειναν, τὸν τότε τῆς ἀνοσίου ἀγωγῆς οὐκ ἐθελήσαντα μεταχεῖν περὶ ἕνα τῶν τότε φυγόντων φίλων, ὅτε φεύγοντες ἐδυστύχουν αὐτοί. σκοποῦντι δή μοι ταῦτά τε, καὶ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς πράττοντας τὰ πολιτικά, καὶ τοὺς νόμους γε καὶ ἔθη, ὅσῳ μᾶλλον διεσκόπουν ἡλικίας τε εἰς τὸ πρόσθεν προὔβαινον, τοσούτῳ χαλεπώτερον ἐφαίνετο ὀρθῶς εἶναί μοι τὰ πολιτικὰ διοικεῖν. οὔτε γὰρ ἄνευ φίλων ἀνδρῶν καὶ ἑταίρων πιστῶν, οἷόν τε εἶναι πράττειν. οὓς οὔθ' ὑπάρχοντας ἦν εὑρεῖν εὐπετές, οὐ γὰρ ἔτι ἐν τοῖς τῶν πατέρων ἤθεσι καὶ ἐπιτηδεύμασιν ἡ πόλις ἡμῶν διῳκεῖτο. καινούς τε ἄλλους, ἀδύνατον ἦν κτᾶσθαι μετά τινος ῥᾳστώνης. τά τε τῶν νόμων γράμματα καὶ ἔθη, διεφθείρετο. καὶ ἐπεδίδου θαυμαστὸν ὅσον, ὥστε με τὸ πρῶτον πολλῆς μεστὸν ὄντα ὁρμῆς ἐπὶ τὸ πράττειν τὰ κοινά, βλέποντα εἰς ταῦτα καὶ φερόμενα ὁρῶντα πάντη πάντως, τελευτῶντα ἰλιγγιᾶν· καὶ τοῦ μὲν σκοπεῖν μὴ ἀποστῆναι, μή ποτε ἄμεινον ἂν γίγνοιτο περί τε αὐτὰ ταῦτα. καὶ δὴ καὶ περὶ τὴν πᾶσαν πολιτείαν. τοῦ δὲ πράττειν αὖ, περιμένειν ἀεὶ καιρούς. τελευτῶντα δὲ νοῆσαι περὶ πασῶν τῶν νῦν πόλεων, ὅτι κακῶς ξύμπασαι πολιτεύονται. τὰ γὰρ τῶν νόμων αὐταῖς, σχεδὸν ἀνιάτως ἔχοντά ἐστιν, ἄνευ παρασκευῆς θαυμαστῆς τινος μετὰ τύχης. λέγειν τε ἠναγκάσθην, ἐπαινῶν τὴν ὀρθὴν φιλοσοφίαν, ὡς ταύτης ἐστὶ τά τε πολιτικὰ δίκαια καὶ τῶν ἰδιωτῶν πάντα κατιδεῖν. κακῶν οὖν οὐ λήξειν τὰ ἀνθρώπινα γένη πρὶν ἂν ἢ τὸ τῶν φιλοσοφούντων ὀρθῶς γε καὶ ἀληθῶς γένος, εἰς ἀρχὰς ἔλθῃ τὰς πολιτικάς, ἢ τὸ τῶν δυναστευόντων ἐν ταῖς πόλεσιν ἔκ τινος μοίρας θείας ὄντως φιλοσοφήσῃ. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἔχων εἰς Ἰταλίαν τε καὶ Σικελίαν ἦλθον, ὅτε πρῶτον ἀφικόμην. ἐλθόντα δέ με, ὁ ταύτῃ λεγόμενος αὖ βίος εὐδαίμων Ἰταλιωτικῶν τε καὶ συρακουσίων τραπεζῶν πλήρης οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἤρεσε. δίς τε τῆς ἡμέρας ἐμπιπλάμενον ζῆν, καὶ μηδέποτε κοιμώμενον μόνον νύκτωρ· καὶ ὅσα τούτων ἐπιτηδεύματα ξυνέπεται τῶν βίων. ἐκ γὰρ τούτων τῶν ἐθῶν, οὔτ' ἂν φρόνιμος οὐδείς ποτε γενέσθαι τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἀνθρώπων ἐκ νέου ἐπιτηδεύων δύναιτο, οὔθ' οὕτως θαυμαστῇ φύσει κραθήσεται· σώφρων δὲ οὐδ' ἂν μελλήσαι ποτὲ γενέσθαι· καὶ δὴ καὶ περὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ὁ αὐτὸς λόγος ἂν εἴη. πόλις τε οὐδεμία ἂν ἠρεμήσαι κατὰ νόμους οὐδ' οὕστινασοῦν, ἀνδρῶν οἰομένων ἀναλίσκειν μὲν δεῖν πάντα εἰς ὑπερβολάς, ἀργῶν δὲ, εἰς ἅπαντα ἡγουμένων αὖ δεῖν γίγνεσθαι πλὴν εἰς εὐωχίας καὶ πότους, καὶ ἀφροδισίων σπουδὰς διαπονουμένων. ἀναγκαῖον δὲ εἶναι ταύτας τὰς πόλεις, εἰς τυραννίδας τε καὶ ὀλιγαρχίας καὶ δημοκρατίας μεταβαλλούσας, μηδέποτε λήγειν. δικαίου δὲ καὶ ἰσονόμου πολιτείας τοὺς αὐταῖς δυναστεύοντας, μηδ' ὄνομα ἀκούοντας, ἀνέχεσθαι. ταῦτα δὴ πρὸς τοῖς πρόσθεν διανοούμενος εἰς συρακούσας διεπορεύθην· ἴσως μὲν κατὰ τύχην· ἔοικε μὴν τότε μηχανωμένῳ τινὶ τῶν κρειττόνων, ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν νῦν γεγονότων πραγμάτων περὶ Δίωνα καὶ τῶν περὶ συρακούσας·

δέος δὲ μὴ καὶ πλειόνων ἔτι ἐὰν μὴ νῦν ὑμεῖς ἐμοὶ πείθησθε, τὸ δεύτερον συμβουλεύοντι. πῶς οὖν δὴ λέγω πάντων ἀρχὴν γεγονέναι τῶν τότε, τὴν εἰς Σικελίαν ἐμὴν ἄφιξιν. ἐγὼ συγγενόμενος Δίωνι τότε νέῳ, κινδυνεύω τὰ δοκοῦντα ἐμοὶ βέλτιστα ἀνθρώποις εἶναι μηνύων διὰ λόγων, καὶ πράττειν αὐτὰ ξυμβουλεύων, ἀγνοεῖν ὅτι τυραννίδος τινὰ τρόπον κατάλυσιν ἐσομένην μηχανώμενος, ἐλάνθανον ἐμαυτόν. Δίων μὲν γὰρ δὴ μάλ' εὐμαθὴς ὤν, πρός τε τἆλλα καὶ πρὸς τοὺς τότε ὑπ' ἐμοῦ λόγους λεγομένους, οὕτως ὀξέως ὑπήκουσε καὶ σφόδρα, ὡς οὐδεὶς πώποτε ὧν ἐγὼ προσέτυχον νέων, καὶ τὸν ἐπίλοιπον βίον ζῆν ἠθέλησε, διαφερόντως τῶν πολλῶν Ἰταλιωτῶν τε καὶ Σικελιωτῶν ἀρετήν, περὶ πλείονος ἡδονῆς τῆς τε ἄλλης τρυφῆς ἠγαπηκώς. ὅθεν ἐπαχθέστερον τοῖς περὶ τὰ τυραννικὰ νόμιμα ζῶσιν ἐβίω, μέχρι τοῦ θανάτου τοῦ περὶ Διονύσιον γενομένου. μετὰ δὲ τοῦτο, διενοήθη μὴ μόνον ἐν αὐτῷ ποτ' ἂν γενέσθαι ταύτην τὴν διάνοιαν, ἣν αὐτὸς ὑπὸ τῶν ὀρθῶν λόγων ἔσχεν. ἐγγιγνομένην δ' οὖν ἔν τισιν, ὧν καὶ Διονύσιον ἠγήσατο ἕνα γενέσθαι, τάχ' ἂν ξυλλαμβανόντων θεῶν. γενομένου δ' αὖ τοῦ τοιούτου τόν τε αὐτοῦ βίον καὶ τὸν τῶν ἄλλων Συρακουσίων, ἀμήχανον ἂν μακαριότητι ξυμβῆναι γενόμενον. πρὸς δὴ τούτοις ᾠήθη δεῖν ἐκ παντὸς τρόπου, εἰς Συρακούσας ὅτι τάχιστα ἐλθεῖν ἐμέ, κοινωνὸν τούτων· μεμνημένος, τήν τε αὐτοῦ καὶ ἐμὴν συνουσίαν, ὡς εὐπετῶς ἐξειργάσατο εἰς ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν αὐτὸν τοῦ καλλίστου τε καὶ ἀρίστου βίου· ὃ δὴ καὶ νῦν εἰ διαπράξαιτο ἐν Διονυσίῳ ὡς ἐπεχείρησε, μεγάλας ἐλπίδας εἶχεν ἄνευ σφαγῶν καὶ θανάτων καὶ τῶν νῦν γεγονότων κακῶν βίον ἂν εὐδαίμονα καὶ ἀληθινὸν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ κατασκευάσαι. ταῦτα Δίων ὀρθῶς διανοηθείς, ἔπεισε μεταπέμπεσθαι Διονύσιον ἐμέ. καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο πέμπων, ἥκειν ὅτι τάχιστα ἐκ παντὸς τρόπου, πρίν τινας ἄλλους ἐντυχόντας Διονυσίῳ, ἐπ' ἄλλον βίον αὐτὸν τοῦ βελτίστου παρατρέψαι. λέγων δὲ τάδε ἐδεῖτο εἰ καὶ μακρότερα εἰπεῖν· τίνας γὰρ καιροὺς ἔφη μείζους περιμενοῦμεν, τῶν νῦν παραγεγονότων θείᾳ τινὶ τύχῃ; καταλέγων δὲ τήν τε ἀρχὴν τῆς Ἰταλίας καὶ Σικελίας καὶ τὴν αὐτοῦ δύναμιν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν νεότητα, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν Διονυσίου, φιλοσοφίας τε καὶ παιδείας ὡς ἔχοι σφόδρα λέγων, τούς τε αὐτοῦ ἀδελφιδοῦς καὶ τοὺς οἰκείους· ὡς εὐπαράκλητοι εἶεν πρὸς τὸν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενον ἀεὶ λόγον καὶ βίον. ἱκανώτατοί τε Διονύσιον συμπαρακαλεῖν· ὥστε εἴπερ ποτέ, καὶ νῦν ἐλπὶς πᾶσα ἀποτελεσθήσεται, τοῦ τοὺς αὐτοὺς φιλοσόφους τε καὶ πόλεων ἄρχοντας μεγάλων ξυμβῆναι γενομένους· τὰ μὲν δὴ παρακελεύματα, ἦν ταῦτά τε καὶ τοιαῦτα ἕτερα πάμπολλα. τὴν δ' ἐμὴν δόξαν, τὸ μὲν περὶ τῶν νέων ὅπῃ ποτὲ γενήσοιτο εἶχε φόβος. αἱ γὰρ ἐπιθυμίαι τῶν τοιούτων ταχεῖαι. καὶ πολλάκις ἑαυταῖς ἐναντίαι φερόμεναι· τὸ δὲ Δίωνος ἦθος, ἠπιστάμην τῆς ψυχῆς πέρι φύσει τε ἐμβριθὲς ὂν ἡλικίας τε ἤδη μετρίως ἔχον. ὅθεν μοι σκοπουμένῳ καὶ διστάζοντι, πότερον ἂν εἴη πορευτέον καὶ ὑπακουστέον ἢ πῶς, ὅμως ἔρρεψε δεῖν εἴπερ ποτέ τις τὰ διανοηθέντα

ac vereor, ne pluribus insuper, si vos mihi nunc iterum consulẽti nequaquam assentiamini. Quemadmodum verò dicam omnium fuisse principiũ, profectionem tunc Syracusas meam accipite. Ego cum Dione tunc iuuene conuersabar frequens, & quæ hominibus optima fore arbitrabar, quibus poteram rationibus suadebam, & vt faceret consulebam. Sed his dicendis videor latenter & præter intentionem tunc eam tyrannidis ruinam quæ sequuta est, parauisse. Dio enim cũ esset acerrimo ingenio, cùm ad cætera omnia, tum ad quę tunc dicebatur à me perdiscenda, ita celeriter ac vehementer illa arripuit vt nemo ex omnibus iuuenibus quos vnquam conuenerim. Ac reliquam vitã ducere statuit multò præstantius quàm alij multi Italicorum atque Siculorũ virtutem potius quàm voluptatẽ deliciasque sectatus. Itaque infensus viuebat illis qui in tyrãnicis institutis degebant: atq; hoc vsq; ad Dionysij mortẽ. Postea verò animaduertit eam sententiam quam ipse rectis conceperat rationibus, nõ in se vno solũ, verumetiam in aliis quibusdã licet non multis existere: in quorum numero Dionysium iuniorẽ diis bene iuuantibus sperabat fore: quòd si accideret, & ille ipse & cæteri Syracusani mirificam felicitatem nanciscerentur. Quapropter censuit me quàm celerrimè Syracusas debere accedere, vt horũ socium adiutorémque me adiungerem: memoria tenens quàm facilè dudum mea cõsuetudo ipsum in cupiditatem vitæ pulcherrimæ atq; optimæ traduxisset. Quam cupiditatem si in Dionysio vt aggressus erat perficeret, magnam spem habebat absque cædibus & sanguine, & absque iis quæ nunc euenerunt malis, veram viuendi rationem ac beatam vitam in vniuersa illa regione constituere posse. Hæc Dio rectè considerans, Dionysio suasit, vt me vocaret: & ipse quoque rogauit vt accedere cũctis posthabitis festinarem: priùs quàm vlli alij Dionysio adhærentes, neglectis optimis vitæ institutis ad alia illũ deflecterent. Cohortationem insuper precibus lõgam adiũxit. Quódnam, inquit, tempus aliud iam expectamus ad agendum opportunius, quàm quod nunc nobis est diuina quadam fortuna cõcessum. Narrabat præterea magnitudinem imperij Dionysij per Italiam atque Siciliam, eiúsque in his ipsis locis potentiam, iuuentam quoque, atque cupiditatem eius ad philosophiæ & disciplinæ studia vehementissimam. Quinetiam quàm propensi forent eius necessarij atque domestici cùm ad eam quam suaderem disciplinam vitæ recipiendam, tum etiam quàm in ipso quoque Dionysio ad hoc prouocando valerẽt. Itaque si vnquam aliàs, nunc certè maximam adesse spem eosdem fore & philosophos & magnarum principes ciuitatum. Ille igitur his me rationibus aliisque generis eiusdẽ permultis adhortabatur. Ego verò quò tandem affectus iuuenum euasurus esset formidabam. Talium enim cupiditates & veloces sunt, & sæpe sibimet contrariæ feruntur. Dionem tamen tum natura grauem, tum ętate iam satis maturum esse sciebam. Itaque cogitanti ambigentíque mihi vtrum eundum parendúmque foret, néc ne, subiit tandem, obsequendum esse. At-

que

que si quis vnquam ea quæ de ligibus & Republica cogitauerat, perficere velit, nunc fore tentandum. Quippe cùm iudicarem si vni duntaxat persuasissem, me bona sufficienter omnia perfecturum. Quamobrem hac sententia fiduciáque domo abiui: non qua opinabantur quidam: sed quadam scientiæ verecundia in primis adductus, ne quando mihi ipsi viderer verba solùm habere: effectum verò officiúmque nullum sponte præstare: proderéque primùm Dionis hospitalitatem amicitiámque non paruis subiecti periculis. Cui si quid aduersi accideret, vel pelleretur à Dionysio cæterísque inimicis, atque profugus ad nos his verbis confugeret: O Plato, venio ad te patria pulsus: cùm neque militibus neque equitibus carerem, quorum viribus resisterem inimicis: sed verbis persuasionéque indigerem: qua maximè sciebam te posse iuuenes ad probitatem iustitiámque exortando in amicitiam necessitudinémque deuincire. Quarum defectu rerum, modò per te factum est, vt ego Syracusis expulsus huc accesserim. Et mea quidem fortuna abs te deserta minus tibi vituperationis affert. At verò ipsa philosophia, quam semper laudas, quámve apud alios carere honore conquereris, nónne abs te nunc vnà mecum prodita est? Quòd si Megaris fuissem, venisses vtique mihi adiutor, cùm te vocassem: alioquin te omnium ignauissimum iudicasses. Nūc autem ob itineris longitudinē periculúmq; nauigationis atque labores, te excusans, infamiam euitare te putas: permultùm certè aberit. Si inquam hæc ille diceret: quænam mihi esset probabilis responsio? Certè nulla. Quas ob res rationibus quoad fieri potest probabilibus atque ipso iure adductus accessi, relinquens exercitationes meas satis quidē honestas, vt subirem tyrannidem, neque meis sermonibus, neque mihi conuenientem. Veniens autem me liberaui, ne vel hospitalis Iupiter, vel philosophica sors accusare me posset. Certè philosophiæ dedecori fuissem si ob mollitiem timiditatémque infamiæ notam subiissem. Cæterùm cùm eò venissem, (neque enim oportet longius euagari:) omnia apud Dionysium seditionis plena offendi, atque calumniarum in Dionem, quasi tyrannidem affectaret. Defendi igitur quantùm valui: sed parū potui. Quarto enim fere mense post aduentū meū Dionysius accusans Dionem quasi tyrannidi insidiaretur, in paruum coniecit nauigium ac turpiter expulit. Amici verò Dionis, quot eramus, cūcti formidabamus, ne fortè aliquem nostrum Dionysius quasi socium illius criminis supplicio afficeret. Rumor autem exortus est Syracusis, me occisum esse à Dionysio quasi omnium quę tunc acciderint, autorem. At ille sentiens nos omnes sic affectos, veritus ne ex metu nostro aliquid forsitan accideret grauius, benignè admodum omnes recepit. Me certè ipsum consolatus bonam habere spem iussit, atque vt permanerem omnino rogauit. Erat enim sibi in fuga quidem mea nihil honesti: sed in permanendo. Atque idcirco precari me maximè simulabat. Preces autem tyrannorum necessitati permixtas esse non ignoramus. Cùm verò ne abirem machinaretur, collocauit in arce: atque his locis habitare voluit, vnde nullus posthac nauta non

περὶ νόμων τε καὶ πολιτείας ἀποτελεῖν ἐγχειρήσοι, καὶ νῦν πειρατέον εἴη. πείσας γὰρ ἕνα μόνον, ἱκανῶς πάντα ἐξειργασμένος ἐσοίμην ἀγαθά. Ταύτῃ μὲν δὴ τῇ διανοίᾳ τε καὶ τόλμῃ, ἀπῆρα οἴκοθεν, οὐχ ᾗ τινες ἐδόξαζον. ἀλλ' αἰσχυνόμενος μὲν ἐμαυτὸν τὸ μέγιστον, μὴ δόξαιμί ποτε ἐμαυτῷ παντάπασι, λόγος μόνον ἀτεχνῶς εἶναί τις. ἔργου δὲ οὐδενὸς ἄν ποτε ἑκὼν ἀνθάψασθαι. κινδυνεύσειν δὲ προδοῦναι, πρῶτον μὲν, τὴν Δίωνος ξενίαν τε καὶ ἑταιρείαν ἐν κινδύνοις ὄντως γεγονότος οὐ σμικροῖς. εἴτ' οὖν πάθοι τι, εἴτ' ἐκπεσὼν ὑπὸ Διονυσίου καὶ τῶν ἄλλων ἐχθρῶν, ἔλθοι παρ' ἡμᾶς φεύγων, καὶ ἀνέροιτο εἰπών. ὦ Πλάτων, ἥκω σοι φυγὰς, οὐχ ὁπλιτῶν δεόμενος, οὐδὲ ἱππέων ἐνδεὴς γενόμενος τοῦ ἀμύνασθαι τοὺς ἐχθρούς. ἀλλὰ λόγων καὶ πειθοῦς. ᾗ σε μάλιστα ἠπιστάμην ἐγὼ δυνάμενον ἀνθρώπους νέους ἐπὶ τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ δίκαια προτρέποντα, εἰς φιλίαν τε καὶ ἑταιρείαν ἀλλήλοις καθιστάναι ἑκάστοτε. ὧν ἐνδείᾳ κατὰ τὸ σὸν μέρος νῦν ἐγὼ καταλιπὼν Συρακούσας ἐνθάδε πάρειμι, τὸ μὲν ἐμὸν, ἔλαττον ὄνειδός σοι φέρει. φιλοσοφία δὲ ἣν ἐγκωμιάζεις αἰεί, καὶ ἀτίμως φῂς ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἀνθρώπων φέρεσθαι, πῶς οὐ προδέδοται τανῦν μετ' ἐμοῦ, μέρος ὅσον ἐπὶ σοὶ γέγονε. καὶ Μεγαροῖ μὲν εἰ κατοικοῦντες ἐτυγχάνομεν, ἦλθες δήπου ἄν μοι βοηθὸς, ἐφ' ἅ σε παρεκάλουν, ἢ πάντων ἂν φαυλότατον ἡγοῦ σαυτόν. νῦν δ' ἄρα τὸ μῆκος τῆς πορείας, καὶ τὸ μέγεθος δὴ τοῦ πλοῦ καὶ τοῦ πόνου ἐπαιτιώμενος, οἴει δόξαν κακίας ἀποφεύξεσθαί ποτε, πολλοῦ γε καὶ δεήσει. λεχθέντων δὲ τίς ἂν ἦν μοι πρὸς ταῦτα εὐσχήμων ἀπόκρισις οὐκ ἔστιν. ἀλλ' ἦλθον μὲν κατὰ λόγον, ἐν δίκῃ τε, ὡς οἷόν τε ἀνθρώπῳ μάλιστα διὰ τὰ τοιαῦτα καταλιπὼν τὰς ἐμαυτοῦ διατριβὰς οὔσας οὐκ ἀσχήμονας, ὑπὸ τυραννίδα, δοκοῦσαν οὐ πρέπειν τοῖς ἐμοῖς λόγοις, οὐδὲ ἐμοί. ἐλθών τε, ἐμαυτὸν ἠλευθέρωσα, καὶ Διὸς ξενίου καὶ τῆς φιλοσόφου ἀνέγκλητον μοῖραν παρέσχον. ἐπονειδίστου γενομένης ἄν, εἴ τι καταμαλθακισθεὶς καὶ ἀποδειλιῶν αἰσχύνης μετέσχον κακῆς. ἐλθὼν δὲ, οὐ γὰρ δεῖ μηκύνειν, εὗρον στάσεως τὰ περὶ Διονύσιον μεστὰ ξύμπαντα διαβολῶν πρὸς τὴν τυραννίδα Δίωνος πέρι. ἤμυνον μὲν οὖν, καθόσον ἠδυνάμην. σμικρὰ δ' οἷός τ' ἦν. μηνὶ δὲ σχεδὸν ἴσως τετάρτῳ Δίωνα Διονύσιος αἰτιώμενος ἐπιβουλεύειν τῇ τυραννίδι, σμικρὸν εἰς πλοῖον ἐμβιβάσας, ἐξέβαλεν ἀτίμως. οἱ δὴ Δίωνος τὸ μετὰ τοῦτο πάντες φίλοι, ἐφοβούμεθα μή τινα ἐπαιτιώμενος τιμωροῖτο, ὡς συναίτιον τῆς Δίωνος ἐπιβουλῆς. περὶ δ' ἐμοῦ καὶ διῆλθε λόγος τις ἐν Συρακούσαις ὡς τεθνεὼς εἴην ὑπὸ Διονυσίου ὡς πάντων τούτων τῶν τότε γεγονότων αἴτιος. ὁ δὲ, αἰσθανόμενος πάντας ἡμᾶς οὕτω διατεθέντας, φοβούμενος μὴ μεῖζον ἐκ τῶν φόβων γένοιτό τι, φιλοφρόνως πάντας ἀνελάμβανε. καὶ δὴ καὶ αὐτὸν ἐμὲ, παρεμυθεῖτό τε καὶ θαρρεῖν διεκελεύετο. καὶ ἐδεῖτο, πάντως μένειν. ἐγίγνετο γὰρ οἱ τὸ μὲν ἐμὲ φυγεῖν ἀπ' αὐτοῦ, καλὸν οὐδέν. τὸ δὲ μένειν. διὸ δὴ καὶ σφόδρα προσεποιεῖτο δεῖσθαι. τὰς δὲ τῶν τυράννων δεήσεις ἴσμεν ὅτι μεμιγμέναι ἀνάγκαις εἰσίν. ὃ δὴ μηχανώμενος διεκώλυέ μοι τὸν ἔκπλουν εἰς ἀκρόπολιν ἀγαγὼν καὶ κατοικίσας, ὅθεν οὐδ' ἂν εἷς ἔτι μ' ἂν ναύκληρος.

μὴ ὅτι κωλύοντος ἐξήγαγε διονυσίου. ἀλλ' οὐδ' εἰ μὴ πέμπων αὐτὸς τὸν κελεύοντα ἐξαγαγεῖν ἐπέστελλεν, οὔτ' ἂν ἔμπορος, οὔτε τῶν ἐν ταῖς τῆς χώρας ἐξόδοις ἀρχόντων, οὐδ' ἂν εἷς περιεῖδέ με μόνον ἐκπορευόμενον, ὃς οὐκ ἂν συλλαβὼν εὐθέως παρὰ διονύσιον πάλιν ἀπήγαγεν. ἄλλως τε καὶ διηγγελμένον ἤδη ποτὲ τοὐναντίον ἢ τὸ πρότερον πάλιν, ὡς πλάτωνα, διονύσιος θαυμαστῶς ὡς ἀσπάζεται. τὸ δ' εἶχε δή πως. τὸ γὰρ ἀληθὲς δεῖ φράζειν, ἠσπάζετο μὲν ἀεὶ προϊόντος τοῦ χρόνου μᾶλλον, κατὰ τὴν τοῦ τρόπου τε καὶ ἤθους συνουσίαν. ἑαυτὸν δὲ ἐπαινεῖν μᾶλλον ἢ δίωνα ἐβούλετό με. καὶ φίλον ἡγεῖσθαι διαφερόντως μᾶλλον, ἢ κεῖνον. καὶ θαυμαστῶς ἐφιλονείκει πρὸς τὸ τοιοῦτον. ᾗ δ' ἂν οὕτως ἐγένετο, εἴπερ ἐγίγνετο κάλλιστα ὤκνει, ὡς δὴ μανθάνων, καὶ ἀκούων τῶν περὶ φιλοσοφίαν λόγων οἰκειοῦσθαι καὶ ἐμοὶ συγγίγνεσθαι. φοβούμενος τοὺς τῶν διαβαλλόντων λόγους, μή πη παραποδισθείη, καὶ δίων δὴ πάντα εἴη διαπεπραγμένος. ἐγὼ δὲ πάντα ὑπέμενον, τὴν πρώτην διάνοιαν φυλάττων ᾗπερ ἀφικόμην, εἴπως εἰς ἐπιθυμίαν ἔλθοι τῆς φιλοσόφου ζωῆς. ὁ δ' ἐνίκησεν ἀντιτείνων. καὶ ὁ πρῶτος δὴ χρόνος τῆς εἰς σικελίαν ἐμῆς ἐπιδημήσεώς τε καὶ διατριβῆς, διὰ πάντα ταῦτα ξυνέβη γενόμενος. μετὰ δὲ τοῦτο, ἀπεδήμησά τε, καὶ πάλιν ἀφικόμην πάσῃ σπουδῇ μεταπεμπομένου διονυσίου. ὧν δὲ ἕνεκα καὶ ὅσα ἔπραξα, ὡς εἰκότα τε καὶ δίκαια ὑμῖν. πρῶτον μὲν ξυμβουλεύσας ἃ χρὴ ποιεῖν ἐκ τῶν νῦν γεγονότων, ὕστερον δὲ, τὰ περὶ ταῦτα, διέξειμι τῶν ἐπανερωτώντων ἕνεκα. τί δὴ βουλόμενος ἦλθον τὸ δεύτερον, ἵνα μὴ τὰ πάρεργα ὡς ἔργα μοι ξυμβαίνῃ λεγόμενα. λέγω δὴ τάδε. ἐγὼ τὸν συμβουλεύοντα ἀνδρὶ κάμνοντι, καὶ δίαιταν διαιτωμένῳ μοχθηρὰν, πρὸς ὑγίειαν ἄλλο τι, χρὴ πρῶτον μὲν αὐτὸν μεταβάλλειν τὸν βίον, καὶ ἐθέλοντι μὲν πείθεσθαι καὶ τἆλλα ἤδη παραινεῖν. μὴ ἐθέλοντι δὲ, φεύγοντα ἀπὸ τῆς τοῦ τοιούτου ξυμβουλῆς, ἄνδρα τε ἡγοίμην ἂν καὶ ἰατρικόν. τὸν δὲ ὑπομένοντα, τοὐναντίον, ἄνανδρόν τε καὶ ἄτεχνον. ταυτὸν δὴ καὶ πόλει εἴτε αὐτῆς εἷς εἴη κύριος, εἴτε καὶ πλείους, εἰ μὲν κατὰ τρόπον ὀρθῇ πορευομένης ὁδῷ τῆς πολιτείας ξυμβουλεύοιτό τι τῶν προσφόρων, νοῦν ἔχοντος τὸ τοῖς τοιούτοις ξυμβουλεύειν. τοῖς δ' ἔξω τὸ παράπαν βαίνουσι τῆς ὀρθῆς πολιτείας, καὶ μηδαμῇ ἐθέλουσιν αὐτῆς εἰς ἴχνος ἰέναι, προαγορεύουσι δὲ τῷ ξυμβούλῳ, τὴν μὲν πολιτείαν ἐᾶν καὶ μὴ κινεῖν, ὡς ἀποθανουμένῳ ἐὰν κινῇ. ταῖς δὲ βουλήσεσι καὶ ἐπιθυμίαις αὐτῶν ὑπηρετοῦντα, ξυμβουλεύειν κελεύουσι, τίνα τρόπον γίγνοιτ' ἂν ῥᾷστά τε καὶ τάχιστα εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον. τὸν μὲν ὑπομένοντα ξυμβουλὰς τοιαύτας ἡγοίμην ἂν ἄνανδρον. τὸν δ' οὐχ ὑπομένοντα ἄνδρα. ταύτην δὴ τὴν διάνοιαν ἐγὼ κεκτημένος, ὅταν τίς μοι ξυμβουλεύηται περί τινος τῶν μεγίστων περὶ τὸν αὐτοῦ βίον, οἷον περὶ χρημάτων κτήσεως, ἢ περὶ σώματος, ἢ περὶ ψυχῆς ἐπιμελείας, ἂν μέν μοι τὸ καθ' ἡμέραν ἔν τινι τρόπῳ δοκῇ ζῆν, ἢ συμβουλεύοντος ἂν ἐθέλειν πείθεσθαι, περὶ ὧν ἀνακοινοῦται προθύμως συμβουλεύω. καὶ οὐκ ἀφοσιωσάμενος

modò prohibente illo, ſed niſi iubente atque mittente foret abducturus: neque quiſquam ſiue mercator ſiue alicuius oræ maritimæ præfectus, me ſolum exeuntem conſpexiſſet, qui me non captum ad Dionyſium repentè reduceret: præſertim cùm iam contrà quàm priùs vulgatum eſſet, Dionyſium rurſus Platonem vehementer complecti. Et quodammodo ita erat. Neque enim tacendum eſt verum. Complectebatur ille quidem in dies me magis atque magis, & gaudebat moribus noſtris atque conſuetudine. Cupiebátque à me laudari magis quàm Dionem & amicum longè magis exiſtimari. Et ad id quidem maximè contendebat. Rationem verò qua id optimè fuiſſet factum, ſi modò id fieri potuiſſet, neglexit. Hæc enim fuerat, vt mihi videlicet in audiendis addicendíſque philoſophię rationibus liberius adhæreret, mecúmque conueniret. At verò ad hoc ille diffidentior erat: timens ne quemadmodum aſſerebant calumniatores, ſi rationibus illis implicaretur, Dio, quæ cupiebat, iam eſſet omnia conſecutus. Ego autem omnia pertuli, in eadé ſententia perſeuerans, qua ab initio profectus erá: tentans ſi quo pacto fieri poſſet, vt in cupiditatem vitæ philoſophicę perueniret. At ille cõtrà nitens me vicit. Et primum quidem tempus meæ profectionis in Siciliam, actionúmq; illic mearũ per hæc omnia traductum eſt: poſteris verò temporibus in Siciliá iterũ ſum reuerſus: quò me omni ſtudio Dionyſius reuocabat. Quã verò ob cauſam rurſus acceſſerim, quidve illic egerim, neq; id quidem abſq; ratione, tunc demum vobis referam cùm vobis quid potiſſimũ rebus ſic ſe habentibus agendũ ſit, cõſuluero. Referam inquam eorũ gratia qui interrogát quonam conſilio ſecundo redierim. Sed ne quæ acceſſoria ſunt præcipuis anteponantur, ad conſiliũ iam deuenio. Reor equidẽ hominem conſulenté ægroto & circa victum intemperato, in primis hoc ſuadere debere, vt modũ viuendi mutet: ac ſi ægrotus in hoc obediat, tunc alia iá illi ad medelá cõferre. Ac ſi parere nolit, tunc conſulentem ipſum virum putabo & medicũ ſi eum omiſerit: quòd ſi cõſulendo vlterius perſeuerauerit, cõtrà putabo: ignauum ſcilicet atq; artis expertem. Idem quoque de ciuitate, ſiue vnus eã gubernet, ſiue plures, exiſtimo. Si enim probabili quadam ratione rectáque via incedenti, populo vtile aliquid conſulatur, id quidem agere, ſapientis officium arbitror. Sin auté penitus à ciuili ratione deſciſcat, neq; veſtigia quidem eius ſequi velint, dicántq; conſultori: præſtare vt Rempublicam omittat, neque quicquam in ea commoueat, vtpote ſi commouerit perituro: voluptatibus autem libidinibúſque ipſorum indulgeat: atque ea ratione conſulat, qua facilimè ſemper celeritérq; ſatis eorum voluptatibus fiat: equidem eum qui in eiuſmodi gubernatione perſteterit, nequaquam virum putabo: ſed eum potiùs qui prorſus omiſerit. In hac ergo ſententia conſtitutus, quoties aliquis me dę rebus grauioribus conſulit, ſiue ad diuitias, ſiue ad corporis vel animi purgationem pertineant, ſi quotidiana illius vita modum aliquem ſeruare poſſe videatur, vel ſaltem conſulenti mihi videatur obtemperaturus, libenter conſulo, neque priùs deſino

quàm

quàm initium pro viribus ad finem vſque perduxerim. Si autem aut omnino non petat à me conſiliũ: aut qui petit, manifeſtè appareat conſulenti mihi nullo modo obtemperaturus: vltrò quidem nõ accedo ad conſultandum: per vim verò, ne ſi meus quidem ſit filius. Seruo tamen etiam inuito conſulerem, ac vi adhibita compellerem. At patrem vel matrẽ per vim cogere nefas eſſe arbitror, niſi propter morbum mente alienatos. Quòd ſi ſuo quodam more viuant, qui mihi nequaquam probetur, neque infenſus aduerſarer fruſtrà monendo, neq; rurſus blandiendo eorum cupiditatibus aſſentarer ea porrigens, quibus ego ſi indulgerem, viuere nollem. Hac eadem mente circa patriam vir prudens eſſe debet: vt ita reprehendat ciuitatis errores, ſi neque fruſtrà ſit reprehenſurus, neque ob reprehenſionis ſtudium periturus, vim autem patriæ per Reipublicæ mutationem afferet nunquam, quando abſque expulſione & cæde ciuium emendari non poſſit. Sed quietem aget, votóque precabitur optima & ſibi & patriæ. Hoc igitur pacto ego vobis conſulerem. Conſulebam ſimiliter Dionyſio vnà cum Dione: ea videlicet ratione quotidie viuere, qua ſui ipſius compos maximè redderetur: amicóſque & familiares fidos haberet, ne idem ſibi quod & patri accideret. Qui cùm multas in Sicilia magnáſque vrbes ſuſcepiſſet, quaſdam à Barbaris deuaſtatas, eáſque reſtituiſſet: non potuit in ſingulis illarum gubernatores Rerumpublicarum conſtituere fidos, neque ex domeſticis ſuis neque ex aliis vndecunq; comparatis, neq; ex fratribus ſuis quos ipſe à pueris educauerat: ſed tum ex priuatis hominibus magiſtratus, tum ex pauperibus admodũ diuites fecit. Horum tamẽ nullum fidum ſibi gubernationis ſocium potuit adhibere, vel ſuadendo, vel docendo, ſiue largiendo, ſiue in neceſſitudinem recipiendo: ſepties deterior Dario: qui neq; fratribus confidens, neq; his qui ſub eo educati fuerant, ſed ſociis duntaxat Midæ, eunuchíq; imperij partes diuiſit ſeptem, ſingulas maiores tota Sicilia: aſſignauitque ſingulis. Atq; eos fidos nactus eſt regni ſocios, neq; vel ſibi vel inuicem inſidiantes. Præterea exẽplum dedit, qualem oportet ſeipſum legũlatorem regémque bonum præſtare, quippe cùm leges tulerit, quibus adhuc Perſarum ſeruatur imperium. Accedit ad hæc, quòd Athenienſes cùm multas Græcorum vrbes non à ſe quidem, ſed ab aliis conſtitutas, deinde occupatas à Barbaris in poteſtatem ſuam recepiſſent, annos ſeptuaginta in ea tenuerunt imperium, vtpote qui amicos ſibi in ſingulis ciuitatibus comparauerant. Dionyſius autem cùm in vrbem vnam vniuerſam Siciliam congregaſſet, ob ſapientiam nulli confidens ægrè ſeruatus eſt. Carebat enim amicis fidíſque hominibus: quo nullum maius eſt argumentũ, vel improbitatis ſi deſint, vel probitatis ſi adſint. Hæc igitur Dionyſio ego ac Dio conſulebamus poſtquam paternæ res ſic ſe habuiſſent, quòd neq; eruditorum virorum familiaritates, neque decentes haberet conſuetudines. Admonebamúſque vt animum ad hæc intendens, in primis amicos ſibi alios ex domeſticis & æqualibus compararet, ad virtutémq; concordes

μόνον ἐπαυσάμην. ἐὰν δὲ μὴ ξυμβουλεύηταί με τὸ παράπαν, ἢ συμβουλεύοντι δῆλος ᾖ μηδαμῇ πεισόμενος, αὐτόκλητος ἐπὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ ἔρχομαι συμβουλεύσων. βιασόμενος δέ, οὐδ' ἂν υἱὸς ᾖ, δούλῳ δὲ ξυμβουλεύσαιμ' ἄν, καὶ μὴ ἐθέλοντά γε προσβιαζοίμην. πατέρα δὲ ἢ μητέρα, οὐχ ὅσιον ἡγοῦμαι προσβιάζεσθαι. μὴ νόσῳ παραφροσύνης ἐχομένους. ἐὰν δέ τινα καθεστῶτα ζῶσι βίον ἑαυτοῖς ἀρέσκοντα, ἐμοὶ δὲ μή, μήτε ἀπεχθάνεσθαι μάτην νουθετοῦντα. μήτε δὴ κολακεύοντά γε, ὑπηρετεῖν αὐτοῖς, πληρώσεις ἐπιθυμιῶν ἐκπορίζοντα, ἃς αὐτὸς ἀσπαζόμενος οὐκ ἂν ἐθέλοιμι ζῆν. ταυτὸν δὲ καὶ περὶ πόλεως αὐτοῦ διανοούμενον χρὴ ζῆν τὸν ἔμφρονα. λέγειν μὲν εἰ μὴ καλῶς αὐτῷ φαίνοιτο πολιτεύεσθαι. εἰ μέλλοι μήτε ματαίως ἐρεῖν, μήτε ἀποθανεῖσθαι λέγων. βίαν δὲ πατρίδι πολιτείας μεταβολῆς μὴ προσφέρειν, ὅταν ἄνευ φυγῶν καὶ σφαγῆς ἀνδρῶν, μὴ δυνατὸν ᾖ γίγνεσθαι τὴν ἀρίστην. ἡσυχίαν δὲ ἄγοντα εὔχεσθαι τὰ ἀγαθὰ αὐτῷ τε καὶ τῇ πόλει. κατὰ δὴ τοῦτον τὸν τρόπον, ἐγὼ ὑμῖν τ' ἂν ξυμβουλεύοιμι. ξυνεβούλευον δὲ καὶ διονυσίῳ μετὰ δίωνος ζῆν μέν τοι μεθ' ἡμέραν πρῶτον, ὅπως ἐγκρατὴς αὐτὸς αὐτοῦ ὅτι μάλιστα ἔσεσθαι μέλλοι. καὶ πιστοὺς φίλους τε καὶ ἑταίρους κτήσεσθαι, ὅπως μὴ πάθοι ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. ὃς παραλαβὼν σικελίας πολλὰς καὶ μεγάλας πόλεις ὑπὸ τῶν βαρβάρων ἐκπεπορθημένας, οὐχ οἷός τ' ἦν κατοικίσας, πολιτείας ἐν ἑκάσταις καταστήσασθαι μεστὰς ἑταίρων ἀνδρῶν, οὔτε ἄλλων δή ποθεν ὀθνείων. οὔτε ἀδελφῶν, οὓς ἔθρεψέ τε αὐτὸς νεωτέρους ὄντας, ἔκ τε ἰδιωτῶν, ἄρχοντας, καὶ ἐκ πενήτων πλουσίους ἐπεποιήκει διαφερόντως. τούτων κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς οὐδένα οἷός τ' ἦν, πειθοῖ καὶ διδαχῇ καὶ εὐεργεσίαις καὶ ξυγγενείαις ἀπεργασάμενος ποιήσασθαι. δαρείου δὲ ἑπταπλασίως φαυλότερος ἐγένετο. ὃς οὐκ ἀδελφοῖς πιστεύσας οὐδ' ὑπ' αὐτοῦ τραφεῖσι, κοινωνοῖς δὲ μόνον τῆς τοῦ μήδου τε καὶ εὐνούχου χειρώσεως, διένειμε μέρη μείζω ἕκαστα σικελίας πάσης ἑπτά, καὶ πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς καὶ οὐκ ἐπιτιθεμένοις, οὔτε αὐτῷ, οὔτε ἀλλήλοις. ἔδειξέ τε παράδειγμα, οἷον χρὴ τὸν νομοθέτην καὶ βασιλέα τὸν ἀγαθὸν γίγνεσθαι. νόμους γὰρ κατασκευάσας, ἔτι καὶ νῦν διασέσωκε τὴν περσῶν ἀρχήν. ἔτι δὲ ἀθηναῖοι πρὸς τούτοις, οὐκ αὐτοὶ κατοικίσαντες πολλὰς τῶν ἑλλήνων πόλεις, ὑπὸ βαρβάρων ἐμβεβλημένας, ἀλλ' οἰκουμένας παραλαβόντες ὅμως ἑβδομήκοντα ἔτη διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν, ἄνδρας φίλους ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις κεκτημένοι. διονύσιος δὲ εἰς μίαν πόλιν ἀθροίσας πᾶσαν σικελίαν ὑπὸ σοφίας, πιστεύων οὐδενί, μόγις ἐσώθη. πένης γὰρ ἦν, ἀνδρῶν φίλων καὶ πιστῶν οὗ μεῖζον σημεῖον εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν οὐκ ἔστιν οὐδέν, τοῦ ἔρημον ἢ μή, τοιούτων ἀνδρῶν εἶναι. ἃ δὴ καὶ διονυσίῳ ξυνεβουλεύομεν ἐγὼ καὶ δίων ἐπειδὴ τὰ παρὰ πατρὸς αὐτῷ ξυνεβεβήκει οὕτως ἀνομιλήτῳ μὲν παιδείας, ἀνομιλήτῳ δὲ συνουσιῶν τῶν προσηκουσῶν γεγονέναι, πρῶτον ἐπὶ ταῦτα ὁρμήσαντα φίλους ἄλλους αὐτῷ τῶν οἰκείων ἅμα καὶ ἡλικιωτῶν καὶ συμφώνους πρὸς ἀρετὴν κτήσασθαι. μάλιστα

δι' αὐτὸν αὐτῷ. τούτου γὰρ αὐτὸν θαυμαστῶς ἐνδεᾶ γεγονέναι λέγοντες οὐκ ἐναργῶς οὕτως. οὐ γὰρ ἦν ἀσφαλές. αἰνιττόμενοι δὲ καὶ διαμαχόμενοι τοῖς λόγοις, ὡς οὕτω μὲν πᾶς ἀνὴρ αὑτόν τε καὶ ἐκείνους, ὧν ἂν ἡγεμὼν γίγνηται σώσει. μὴ ταύτῃ δὲ τραπόμενος, τἀναντία πάντα ἀποτελεῖ. πορευθεὶς δὲ ὡς ἐλέγομεν, καὶ ἑαυτὸν ἔμφρονά τε καὶ σώφρονα ἀπεργασάμενος, εἰς τὰς ἐξηρημωμένας σικελίας πόλεις κατοικίσειε. νόμοις τε ξυνδήσειε καὶ πολιτείαις, ὥστε αὐτῷ τε οἰκείας καὶ ἀλλήλαις εἶναι πρὸς τὰς τῶν βαρβάρων βοηθείας, οὐ διπλασίαν τὴν πατρῴαν ἀρχὴν μόνον ποιήσει, πολλαπλασίαν δὲ ὄντως. ἕτοιμον γὰρ εἶναι τούτων γενομένων, πολὺ μᾶλλον δουλώσασθαι καρχηδονίους τῆς ἐπὶ γέλωνος αὐτοῖς γενομένης δουλείας. ἀλλ' οὐχ ὥσπερ νῦν τοὐναντίον, ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις. ταῦτα ἦν λεγόμενα καὶ παρακελευόμενα ὑφ' ἡμῶν τῶν ἐπιβουλευόντων διονυσίῳ, ὡς πολλαχόθεν ἐχώρουν οἱ τοιοῦτοι λόγοι. οἳ δὴ καὶ κρατήσαντες παρὰ διονυσίῳ ἐξέβαλον μὲν δίωνα. ἡμᾶς δ' εἰς φόβον κατέβαλον. ἵνα δ' ἐκπεράνωμεν οὐκ ὀλίγα πράγματα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, ἐλθὼν ἐκ πελοποννήσου καὶ ἀθηνῶν δίων, ἔργῳ τὸν διονύσιον ἐνουθέτησεν. ἐπειδὴ δ' οὖν ἠλευθέρωσέ τε καὶ ἀπέδωκεν αὐτοῖς δὶς τὴν πόλιν, ταὐτὸν πρὸς δίωνα συρακούσιοι τότε ἔπαθον, ὅπερ καὶ διονύσιος ὅτε αὐτὸν ἐπεχείρει παιδεῦσαι καὶ θρέψαι βασιλέα τῆς ἀρχῆς ἄξιον, οὕτω κοινωνεῖν αὐτῷ τοῦ βίου παντός. ὁ δὲ, τοῖς διαβάλλουσι καὶ λέγουσιν ὡς ἐπιβουλεύων τῇ τυραννίδι δίων, πράττοι πάντα ὅσα ἔπραττεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ἵνα ὁ μὲν παιδείᾳ δὴ τὸν νοῦν κηληθείς. ἀμελοῖ τῆς ἀρχῆς, ἐπιτρέψας ἐκείνῳ. ὁ δὲ σφετερίσαιτο, καὶ διονύσιον ἐκβάλοι ἐκ τῆς ἀρχῆς δόλῳ. ταῦτα τότε ἐνίκησε καὶ τὸ δεύτερον ἐν συρακουσίοις λεγόμενα, καὶ μάλα ἀτόπῳ τε καὶ αἰσχρᾷ νίκῃ τοῖς τῆς νίκης αἰτίοις. οἷον γὰρ γέγονεν, ἀκοῦσαι χρὴ τοὺς ἐμὲ παρακαλοῦντας πρὸς τὰ νῦν πράγματα. ἦλθον ἀθηναῖος ἀνὴρ ἐγὼ, ἑταῖρος δίωνος. σύμμαχος αὐτῷ πρὸς τὸν τύραννον, ὅπως ἀντὶ πολέμου φιλίαν ποιήσαιμι. διαμαχόμενος δὲ τοῖς διαβάλλουσιν ἡττήθην. πείθοντος δὲ διονυσίου τιμαῖς καὶ χρήμασι, γενέσθαι μετ' αὐτοῦ μάρτυρά τε καὶ φίλον, πρὸς τὴν εὐπρέπειαν τῆς ἐκβολῆς τῆς δίωνος αὐτῷ γίγνεσθαι, τούτων δὴ τὸ πᾶν διήμαρτεν. ὕστερον δὲ δὴ κατιὼν οἴκαδε δίων ἀδελφὼ δύο προσλαμβάνει ἀθήνηθεν, οὐκ ἐκ φιλοσοφίας γεγονότε φίλω. ἀλλ' ἐκ τῆς περιτρεχούσης ἑταιρείας ταύτης τῆς τῶν πλείστων φίλων ἣν ἐκ τοῦ ξενίζειν τε καὶ μυεῖν καὶ ἐποπτεύειν πραγματεύονται. καὶ δὴ τούτω τὼ ξυγκαταγαγόντε αὐτὸν φίλω, ἐκ τούτων τε καὶ ἐκ τῆς πρὸς τὴν κάθοδον ὑπηρεσίας ἐγενέσθην ἑταίρω. ἐλθόντες δὲ εἰς σικελίαν ἐπειδὴ δίωνα ᾔσθοντο διαβεβλημένον εἰς τοὺς ἐλευθερωθέντας ὑπ' αὐτοῦ σικελιώτας, ὡς ἐπιβουλεύοντα γενέσθαι τύραννον, οὐ μόνον τὸν ἑταῖρον καὶ ξένον προὔδοσαν, ἀλλ' οἷον τοῦ φόνου αὐτόχειρες ἐγένοντο ὅπλα ἔχοντες ἐν ταῖς χερσίν.

Maximè verò vt ſeipſum ſibi conſentientem conſtantémque præſtaret, huius enim rei defectum apud eum eſſe quàm maximum, oſtendebamus, non apertis quidem nunc verbis, neque enim tutum fuiſſet: ſed ratione quadam latentiore idem tamen ſignificante, docentes ita demum vnumquenque hominum tam ſe quàm illos quibus imperat poſſe ſeruare, ſi hæc obſeruauerit: ſin autem contrà ſe geſſerit, contrà prorſus accidere. Quòd ſi ita vt dicebamus ſe compararet, ſéque ipſum prudentem temperatúmque præſtaret: ſi rurſus deuaſtatas vrbes Siciliæ reſtitueret, ac legibus inſtitutiſque ad Rempublicam pertinentibus eas muniret, vt & ſibi beneuolæ, & inter ſe inuicem contra vim Barbarorum auxilio forent, non duplicaret modò regnum paternum, verumetiam multiplicaret. Fore quidem ſi ita ſe gereret, vt Carthaginienſes multò magis faciliúſque ſuæ poteſtati ſubijcerẽtur, quàm Geloni ſubditi fuiſſent: contrà, quàm patri accidit ſuo. Ille enim pendere tributum Barbaris coactus fuerat. Hæc erant quæ dicebamus præcipiebamúſque Dionyſio, nos videlicet inſidiantes ſibi, vt multi diuulgauerant. qui & cùm nos apud Dionyſium ſuperauiſſent, Dionem quidem expulerunt, nos autem in formidinem coniecerunt. Verùm vt non pauca paucis comprehendamus, Dio profectus ex Peloponneſo atque Athenis, rebus iam ipſis Dionyſium commonefecit. Cùm ergo liberaſſet ciuitatem Dio: eámque iam bis ciuibus reddidiſſet, eodem pacto affecti fuerunt aduerſus Dionem Syracuſani, quo & antea Dionyſius. Nam olim Dionyſium Dio educare atque erudire contenderat, quò eum regem regno redderet dignum: taléмque ſe illi per omnem vitam præſtare ſtatuerat. Obtrectatores autem calumniatoréſq; Dionyſio perſuaſerunt, Dionem quaſi tyrannidi inſidiantem in eo tempore hæc omnia machinari: vt mẽs Dionyſij diſciplinæ ſtudiis irretita, dominationem negligeret, eámque Dioni totam relinqueret. Dio verò gubernationem dolo vſurpans, illum expelleret. Quemadmodum verò tunc apud Dionyſium, ita poſtea inter Syracuſanos hæc eadem dicta iactáque peruicerunt, infami prorſus turpique victoria his ipſis qui vicerant. Sed quale id fuerit, audire vos oportet, qui me ad res nunc veſtras componendas vocatis. Veni ergo Athenienſis homo Dionis amicus atque adiutor eius aduerſus tyrannum, vt pro bello amicitiam facerem: at pugnans contra calumniatores, ſuperatus ſum. Cùm verò Dionyſius conaretur non verbis ſolùm, ſed pecuniis etiam & honoribus me ſibi conciliare atque detinere, vt mea cum ipſo familiaritas teſtimonio foret Dionem non iniuria expulſum fuiſſe: nihil apud me in hac re tanto ſuo conatu conſequi potuit. Poſteris verò temporibus Dio rediens domum, fratres duos Athenienſes ſecum duxit: non ex philoſophia ſic amicos, ſed ex hac communi vulgaríque familiaritate, quæ hoſpitalitate quadam & frequenti inter ſacra ſpectaculáq; conſuetudine, amicitiã cõtrahere cõſueuit. Similiter illi tũ ex his quę dixi: tũ quia redeũti obſequia preſtiterũt, amicitiã cũ Dione cõflauerãt. Hi ergo cùm in Siciliã ꝑfecti eſſent, intelligeréntq; calũnias inter illos ipſos qui ab ipſo liberati erãt, in Dionẽ coniectas, quaſi tyrãnidẽ affectaret, nõ ꝑdiderũt modò amicũ & hoſpitẽ, ſed ferè ꝓpriis manibus, ipſi percuſſores

fuerunt

fuerunt. Arma enim tenentes interfectoribus palàm auxiliati sunt. Et facinoris quidem illius turpitudinem impietatémque, neque prætereo equidem neq; enarro. Multi enim hæc diligentius celebrãt ac in posterum celebrabunt. Sed aduersus infamiam ciuitatis nostræ respondeo. Nam si Athenienses fuerunt illi qui prodiderunt: ille quoque Atheniensis fuit, qui neque pecuniarum neque honorum pollicitatione, vt proderet illum adduci vnquam potuit. Non enim per vulgarem mercenariámque beneuolentiam factus erat amicus: sed per liberalis disciplinæ cõmunionem. Cui certè vni, qui sapit, plus adhibet fidei, quàm vlli & animorum coniunctioni & corporum consanguinitati. Itaque non tanti æstimandi sunt illi, vt dedecus ciuitati ob Dionis cædem afferre potuerint: quasi alicuius pretij vnquam fuerint. Hęc dicta sunt omnia quò Dionis amicis propinquísque consuleretur. Consulo autem præterea & tertiò vobis quoq; iam tertiis idem prorsus eadémq; ratione: ne Sicilia, néve ciuitas vlla aliquibus hominibus, sed legibus duntaxat subiiciatur, vt nostra fert sententia. neque enim dominantibus ipsis, neque seruientibus id vtile est, neque eorum filiis aut natis natorum: sed perniciosorum omnino hominum est id aggredi. Angusti verò & illiberalis animi est eiusmodi lucra præripere: nihil vel in præsens vel in futurum tempus bonorum iustorúmq; vel diuinorum humanorúmve intelligentis. Hæc ergo Dioni primùm persuadere conatus sum: deinde Dionysio: tertiò verò nunc vobis. Ergo pareatis mihi Iouis tertij seruatoris gratia. Præterea Dionysij Dionísque exitum animaduertite. Dionysius quidem non obtemperans consiliis meis, viuit etiam nunc non honestè: Dio verò cùm obtemperauisset, honestè interiit. Etenanque viro qui præclarissima sibi patriæque affectat, nihil vnquam nisi rectum & honestum potest accidere. Nec verò quisquam nostrûm natus est immortalis: neque si cui id contigerit, esset is propterea felix, vt vulgò videtur. Rebus quidem carentibus anima nihil bonum est vel malum existimatione dignum: sed vnicuique animæ id accidet, aut dum est cum corpore aut à corpore separatæ. Credendum est reuera semper antiquis sacrisq; verbis: quæ nobis nunciant immortalem esse animam, iudicésque habere, suppliciáq; pati maxima: postquam à corpore fuerit separata. Quamobrem minus malum existimandum est, perpeti grauissimas iniurias à delinquẽtibus illatas, quàm inferre. Quæ quidem homo cumulandæ pecuniæ deditus, & hebeti ingenio non audit, ac si audiuerit, quasi suo iudicio deridenda contemnit: atque impudenter rapit vndique quicquid existimat sibi veluti bestiæ, voluptates ventris suppeditaturum, oblectationémque veneream: seruilem certè atque ingratam & absurdam, nec veræ voluptatis nomine dignam: & quasi cæcus non cernit se frustrà contendere inexplebilem explere cõcupiscentiam. Neque rursus cernit quantum sit impietas malum, quibúsq; insit rebus semper iniustitiæ mixta. Quam quidem necesse est animam quæ perpetrauerit iniusta, secum habere, & dum per terram reuoluitur inter homines, & dum sub terram passim turpiter omnino atque miserè circũfertur. Cùm igitur hæc aliáque generis eiusdem Dioni dicerem, persuasi. Interfectoribus autem eius

αὐτοὶ τοῖς φονεῦσι παρεστῶτες ἐπικουροῦσι. καὶ τὸ μὲν αἰσχρὸν καὶ ἀνόσιον, οὔτε παρίεμαι ἔγωγε, οὔτε τι λέγω. πολλοῖς γὰρ καὶ ἄλλοις ὑμνεῖν ταῦτα ἐπιμελές, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα μελήσει χρόνον. τὸ δὲ Ἀθηναίων πέρι λεγόμενον ὡς αἰσχύνην οὗτοι περιῆψαν τῇ πόλει, ἐξαιροῦμαι. φημὶ γὰρ κἀκεῖνον Ἀθηναῖον εἶναι, ὃς οὐ προὔδωκε τὸν αὐτὸν τοῦτον, ἐξὸν χρήματα καὶ ἄλλας τιμὰς πολλὰς λαμβάνειν. οὐ γὰρ διὰ βαναύσου φιλότητος ἐγεγόνει φίλος, διὰ δὲ ἐλευθέρας παιδείας κοινωνίαν. ᾗ μόνῃ χρὴ πιστεύειν τὸν νοῦν κεκτημένον μᾶλλον ἢ συγγενείᾳ ψυχῶν καὶ σωμάτων. ὥστε οὐκ ἀξίω ὀνείδους γεγόνατον τῇ πόλει, τὸν Δίωνα ἀποκτείναντε, ὡς ἐλλογίμω πώποτε ἄνδρε γενομένω. ταῦτα εἴρηται πάντα τῆς ξυμβουλῆς ἕνεκα τῶν Δίωνος φίλων καὶ ξυγγενῶν. συμβουλεύω δὲ δή τι πρὸς τούτοις τὴν αὐτὴν ξυμβουλὴν, καὶ λόγον τὸν αὐτὸν λέγων ἤδη τρίτον τρίτοις ὑμῖν. μὴ δουλοῦσθαι σικελίαν ὑπ᾽ ἀνθρώποις δεσπόταις, μηδὲ ἄλλην πόλιν, ὅ γ᾽ ἐμὸς λόγος, ἀλλ᾽ ὑπὸ νόμοις. οὔτε γὰρ τοῖς δουλουμένοις, οὔτε τοῖς δουλωθεῖσιν, ἄμεινον αὐτοῖς καὶ παισὶ παίδων τε ἐκγόνοις. ἀλλ᾽ ὀλέθριος πάντως ἡ πεῖρα. σμικρὰ δὲ καὶ ἀνελεύθερα ψυχῶν ἤθη, τὰ τοιαῦτα ἁρπάζειν κέρδη φιλεῖ. οὐδὲν τῶν εἰς τὸν ἔπειτα καὶ εἰς τὸν παρόντα καιρὸν ἀγαθῶν καὶ δικαίων εἰδότα θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων. ταῦτα πρῶτον μὲν Δίωνα ἐγὼ ἐπεχείρησα πείθειν. δεύτερον δὲ, Διονύσιον. τρίτοις δὲ ὑμᾶς νῦν. καί μοι πείθεσθε Διὸς τρίτου σωτῆρος χάριν. εἶτα εἰς Διονύσιον βλέψαντες καὶ Δίωνα. ὧν ὁ μὲν μὴ πειθόμενος ζῇ τανῦν οὐ καλῶς. ὁ δὲ πειθόμενος, τέθνηκε καλῶς. τὸ γὰρ τῶν καλλίστων ἐφιέμενον αὐτῷ τε καὶ πόλει, πάσχειν ὅτι ἂν πάσχῃ, πᾶν ὀρθὸν καὶ καλόν. οὔτε γὰρ πέφυκεν ἀθάνατος ἡμῶν οὐδεὶς, οὔτ᾽ εἴ τῳ ξυμβαίη, γένοιτο ἂν εὐδαίμων ὡς δοκεῖ τοῖς πολλοῖς. κακὸν γὰρ καὶ ἀγαθὸν οὐδὲν, λόγου ἄξιόν ἐστι τοῖς ἀψύχοις. ἀλλ᾽ ἢ μετὰ σώματος οὔσῃ ψυχῇ τοῦτο ξυμβήσεται ἑκάστῃ, ἢ κεχωρισμένῃ. πείθεσθαι δὲ ὄντως ἀεὶ χρὴ τοῖς παλαιοῖς τε καὶ ἱεροῖς λόγοις, οἳ δὴ μηνύουσιν ἡμῖν ἀθάνατον ψυχὴν εἶναι. δίκας τε ἴσχειν, καὶ τίνειν τὰς μεγίστας τιμωρίας, ὅταν τις ἀπαλλαχθῇ τοῦ σώματος. διὸ καὶ τὰ μεγάλα ἁμαρτήματα καὶ ἀδικήματα, σμικρότερον εἶναι χρὴ νομίζειν κακὸν πάσχειν, ἢ δρᾶσαι. ὧν ὁ φιλοχρήματος πένης τε ἀνὴρ τὴν ψυχὴν, οὔτε ἀκούει, ἐάν τε ἀκούσῃ, καταγελῶν, ὡς οἴεται πανταχόθεν ἀναιδῶς ἁρπάζει πᾶν ὅ τι περ ἂν οἴηται, καθάπερ θηρίον, φαγεῖν ἢ πιεῖν, ἢ περὶ τὴν ἀνδραποδώδη καὶ ἀχάριστον ἀφροδίσιον λεγομένην οὐκ ὀρθῶς ἡδονὴν ποριεῖν αὐτῷ τοῦ μὴ πίμπλασθαι. τυφλὸς ὢν καὶ οὐχ ὁρῶν οἷς ξυνέπεται τῶν πραγμάτων ἀνοσιουργία κακὸν ἡλίκον ἀεὶ μετ᾽ ἀδικήματος ἑκάστου. ἣν ἀναγκαῖον τῷ ἀδικήσαντι συνέλκειν ἐπί τε γῇ στρεφομένῳ καὶ ὑπὸ γῆς νοστήσαντι πορείαν ἄτιμόν τε καὶ ἀθλίαν πάντως πανταχῇ. Δίωνα δὴ ἐγὼ λέγων ταῦτά τε καὶ ἄλλα τοιαῦτα, ἔπειθον. καὶ τοῖς ἀποκτείνασιν ἐκεῖνον δικαιότα-

τάχ' ἂν ὀργιζοίμην ἐγὼ τρόπον τινὰ ὁμοιότατα καὶ διονυσίῳ. ἀμφότεροι γὰρ ἐμὲ καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς ἔπος εἰπεῖν ἅπαντας, τὰ μέγιστα ἔβλαψαν ἀνθρώποις. οἱ μὲν, τὸν βουλόμενον δικαιοσύνῃ χρῆσθαι διαφθείραντες. ὁ δὲ οὐδὲν ἐθελήσας χρήσασθαι δικαιοσύνῃ διὰ πάσης τῆς ἀρχῆς, μεγίστην δύναμιν ἔχων, ἐν ᾗ γενομένῃ φιλοσοφία τε καὶ δύναμις ὄντως ἐν ταυτῷ διὰ πάντων ἀνθρώπων ἑλλήνων τε καὶ βαρβάρων λάμψασα ἱκανῶς δόξαν παρέστησε πᾶσι τὴν ἀληθῆ, ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο εὐδαίμων, οὔτε πόλις, οὔτ' ἀνὴρ οὐδεὶς, ὃς ἂν μὴ μετὰ φρονήσεως ὑπὸ δικαιοσύνῃ διαγάγῃ τὸν βίον. ἤτοι ἐν αὐτῷ κεκτημένος, ἢ ὁσίων ἀνδρῶν ἀρχόντων ἐν ἤθεσι, τραφείς τε καὶ παιδευθεὶς ἐνδίκως. ταῦτα μὲν διονύσιος ἔβλαψε. τὰ δὲ ἄλλα σμικρὰ ἂν εἴη πρὸς ταῦτά μοι βλάβη. ὁ δὲ δίωνα ἀποκτείνας οὐκ οἶδε ταυτὸν ἐξειργασμένος τούτῳ. Δίωνα γὰρ ἐγὼ, σαφῶς οἶδα, ὡς οἷόν τε περὶ ἀνθρώπων ἄνθρωπον διισχυρίζεσθαι ὅτι τὴν ἀρχὴν εἰ κατέσχεν, ὡς οὐκ ἄν ποτε ἐπ' ἄλλο γε σχῆμα ἀρχῆς ἐτράπετο, ἢ ἐπὶ τὸ συρακούσας μὲν πρῶτον τὴν πατρίδα τὴν ἑαυτοῦ, ἐπεὶ τὴν δουλείαν αὐτῆς ἀπήλλαξε καὶ φαιδρύνας ἐλευθερίῳ ἐν σχήματι κατέστησε. τὸ μετὰ τοῦτ' ἂν πάσῃ μηχανῇ ἐκόσμησε νόμοις τοῖς προσήκουσί τε καὶ ἀρίστοις τοὺς πολίτας. τό, τε ἐφεξῆς τούτοις, προὐθυμεῖτ' ἂν πρᾶξαι. πᾶσαν σικελίαν κατοικίζειν, καὶ ἐλευθέραν ἀπὸ τῶν βαρβάρων ποιεῖν. τοὺς μὲν, ἐκβάλλων. τοὺς δὲ, χειρούμενος ῥᾷον ἱέρωνος. τούτων δ' αὖ γενομένων, δι' ἀνδρὸς δικαίου τε καὶ ἀνδρείου καὶ σώφρονος καὶ φιλοσόφου, τὴν αὐτὴν ἀρετῆς ἂν πέρι γενέσθαι δόξαν τοῖς πολλοῖς, ἥπερ ἂν, εἰ διονύσιος ἐπείσθη παρὰ πᾶσιν ἂν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἀνθρώποις, ἀπέσωσε γενομένη. νῦν δὲ ἤπου τις δαίμων, ἤ τις ἀλιτήριος ἐμπεσὼν ἀνομίᾳ, καὶ ἀθεότητι καὶ τὸ μέγιστον τόλμαις ἀμαθίας, ἐξ ἧς πάντα κακὰ πᾶσιν ἐρρίζωται καὶ βλαστάνει, καὶ εἰς ὕστερον ἀποτελεῖ καρπὸν τοῖς γεννήσασι πικρότατον, αὕτη πάντα τὸ δεύτερον ἀνέτρεψέ τε καὶ ἀπώλεσε. νῦν δὲ δὴ εὐφημῶμεν χάριν οἰωνοῦ τὸ τρίτον. ὅμως δὲ μιμεῖσθαι μὲν συμβουλεύω δίωνα ὑμῖν τοῖς φίλοις τήν τε τῆς πατρίδος εὔνοιαν, καὶ τὴν τῆς τροφῆς σώφρονα δίαιταν ἐπὶ λῴον. ὧν δὲ ὀρνίθων τὰς ἐκείνου βουλήσεις πειρᾶσθαι ἀποτελεῖν. αἳ δὲ ἦσαν ἀκηκόατε παρ' ἐμοῦ σαφῶς. τὸν δὲ μὴ δυνάμενον ὑμῶν δωρίζειν κατὰ τὰ πάτρια, διώκοντα τὸν τε τῶν δίωνος σφαγέων καὶ τὸν σικελικὸν βίον, μήτε παρακαλεῖν, μήτε οἴεσθαι πιστὸν ἄν τι καὶ ὑγιὲς πρᾶξαί ποτε. τοὺς δὲ ἄλλους παρακαλεῖν ἐπὶ πάσης σικελίας κατοικισμόν τε καὶ ἰσονομίαν. ἔκ τε αὐτῆς σικελίας καὶ ἐκ πελοποννήσου ξυμπάσης. φοβεῖσθαι δὲ μηδὲ ἀθήνας. εἰσὶ γὰρ καὶ ἐκεῖ, πάντων ἀνθρώπων διαφέροντες πρὸς ἀρετήν. ξενοφόνων τε ἀνδρῶν μισοῦντες τόλμας. εἰ δ' οὖν, ταῦτα μὲν ὕστερα γίγνοιτ' ἄν. κατεπείγουσι δὲ ὑμᾶς αἱ τῶν στάσεων πολλαὶ καὶ παντοδαπαὶ φυόμεναι ἑκάστης ἡμέρας διαφοραὶ, εἰδέναι μέν που χρὴ πάντα τινὰ ἄνδρα, ᾧ καὶ βραχὺ δόξης ὀρθῆς μετέδωκε θεία τις τύχη, ὡς οὐκ ἔστι παῦλα κακῶν τοῖς στασιάσασι, πρὶν ἂν οἱ κρατήσαντες

iustissimè quidem irascerer, eodem quasi modo atque Dionysio. vtrique enim & mihi & aliis, vt ita dixerim, omnibus damna grauissima intulerunt. Illi quidem cùm interficerent eum qui volebat iustitia vti. Hic autem cùm nullo pacto vellet iustè agere: in vniuerso regno maximam potentiam obtinuit. In quo si philosophia vnà cum potentia verè in idem quasi domicilium concurrisset, per omnes homines & Græcos & Barbaros elucentem verámque opinionem sufficienter omnibus ostendisset: neque ciuitatem neque hominem vnquam fore felicem, nisi & cum prudentia, & sub iustitia vixerit, siue per se illas possideat, siue sub sanctorum principum moribus ritè educetur atque erudiatur. In his quidem nocuit Dionysius. Cætera verò si ad hæc comparentur, damna perexigua mihi videntur. At enim qui Dionem interfecit, non intellexit idem, quod Dionysius se fecisse. Equidem certè scio, quantùm homini de homine affirmare licet, Dionem si regni gubernacula diutius tenuisset, nũquam in aliam dominandi formam fuisse conuersurum, quas cùm ab initio patriam suam Syracusas, expulsa seruitute in suo iure constituit, libertatis iam splendore lætissimam: deinde omni studio ciues congruis optimísque legibus ornaturum: præterea omnem diligentiam adhibiturum fuisse: quo tota inhabitaretur Sicilia, liberaretúrque à Barbaris. aliis quidem expulsis, aliis verò subactis facilius quàm fecerat Hieron. Cùm verò hæc per virum iustum, fortem, temperatum, vel philosophum gesta fuissent, eadẽ apud multos virtutis floruisset opinióque & salua re apud omnes, vt ita dixerim, homines viguisset, si Dionysius nobis ab initio paruisset. Nũc aũt siue quis dæmõ, siue perniciosus aliquis his sese obiiciẽs, iniquitate & impietate: & quod pessimũ est ignoranti audacia: ex qua mala omnibus omnia & radicibus hærent: & pullulant, & in posterum producunt fructum auctoribus suis amarissimum: cuncta hæc peruertit rursus & perdidit. Sed nunc tertio felicium auspiciorum gratia, bona dũtaxat ominemur. Consulo igitur vobis amicis, vt Dionem imitemini: amorem illius in patriam vitæque temperantiam magis magísque complectentes Boníque auspiciis consilia eius perficere conemini. quæ qualia fuerint, apertè quidem ex me audistis. At si quis est inter vos, qui Doricè nequeat viuere secundum patriæ instituta, sequatúrque Siculum viuendi morem, & eos qui Dionem occiderunt, neque eum recipere, neque existimare velitis vlla in re fidelem atque syncerum. Cæteros autem adhortari potiùs debetis ad habitationem totius Siciliæ disponendam, legúmque paritatem, tum ex ipsa Sicilia, tum ex omni Peloponneso: nec Athenas horrere. Sunt enim & ibi viri virtute omnium præstantissimi, & qui odio habeant eorum crudelitatem, qui hospitum cæde se polluant. Verùm si hæc tardiora iam sunt, vrgéntque vos quotidianæ multiplicésque seditiones atque discordiæ: intelligere vnumquenque oportet, cui modò vel paulùm rectæ opinionis sors quædam diuina largita sit, nullum fore finem seditionum, malorúmque ex seditione nascentium, priùs quàm illi qui vicerint prælio

à cædi-

à cædibus pulsionibúsque ciuium, atque etiam iniuriarum commemoratione vindictæque cupiditate temperantes, inimicis concilientur, suiq; ipsius cópotes fiant: præterea leges ferant cómunes nihilo magis ad voluptatem suam quàm eorum quos vicerint: cogántque illos his legibus vti. Cogant inquam, gemina necessitatis via: metu scilicet & pudore: metu quidem, propterea quòd potentiores sint, suam vim demonstrantes: pudore verò ex eo, quòd rursus potentiores promptioré sque appareát, tum in voluptatibus superandis, tum in legibus obseruandis. Aliter autem nulla prorsus est via finiendorum malorum ciuitatis in seipsa seditionibus laborãtis: sed seditiones, inimicitię, odia, proditiones in Republica, vt in ciuitatibus ita se habentibus intra se atque vicissim fieri consueuit, semper exorientur. Quamobrem qui tanquam potentiores Rempubl. tenent, si salutem exoptant, ipsi inter se eligere atque in honore præferre eos debent, quos esse audiuerint optimos: primùm quidem senes qui filios & vxores habeant, atque domicilium: ac maiores eorum quàm plurimos, & probatos, & insignes, sufficiénsque omnes patrimonium possidentes. Ciuitati verò decem millium virorum, quinquaginta eiusmodi sufficient. Hos ergo precibus honoribúsque quàm maximis domo euocare debent: euocatos autem precari, atque iureiurando adstringere, vt leges condant, quæ neque victoribus, neq; victis plus tribuant: sed ius vniuersæ ciuitati æquum atque commune. Latis denique legibus in hoc iam omnia consistunt. Si enim victores subesse legibus voluerint, magis etiam quàm illi qui victi sunt: omnia iam erunt salutis, felicitatisque plena: maláque omnia procul aberunt. Sin minus, nec me, nec alium in commune consilium ad eum vocare oportet, qui præceptis eiusmodi non acquieuerit. Hæc vtique germana sunt eorum quæ iamdiu ego ac Dio Syracusis efficere recto iudicio aggressi sumus, posteriora tamen. Nam prima quidem illa fuissent, quæ apud Dionysium ipsum primò bona omnibus communia agere conati sumus. Sed fortuna quædam hominibus potentior illa dissoluit. Nunc autem vos ista conemini bona quadam sorte diuináque fortuna fortunatius agere. Atque hic finis epistolæ de consilio, déque prima in Siciliam ad Dionysium nauigatione mea. Quòd autem sequens profectio & nauigatio mea, neque ab re, neque temerè suscepta fuerit: sicui id curæ sit, audire iam licet. Primùm quidem habitationis in Sicilia meæ tempus mihi transactum fuerat, quemadmodum suprà dixi, priùs quàm amicis necessariísque Dionis consilium darem: postea verò quantùm potui Dionysio persuasi, vt me abire permitteret. Cõuenerat auté inter nos: vt cùm pax facta esset ex bello, quod tunc in Sicilia erat, statúsque illius tutius confirmatus, Dio reuocaretur, atque ego simul accederem. Voluit autem Dionem intelligere atque existimare se non quasi in exilio, sed in secessu quodam constitutum esse certo tempore rediturum. Ego verò consentiens recepi me ita facturum. Sed cùm postea pax secuta esset: me quidem accersiuit Dionysius: Dionem verò ad annum insuper hortatus est absentiá tolerare. Me auté vt omnino ad se properaré, rogauit. Dio igitur, vt illuc accederé & iubebat, & precabatur. Increbuerat.n.

μάχαις καὶ ἐκβολαῖς ἀνθρώπων καὶ σφαγαῖς μνησικακοῦντες, καὶ ἐπὶ τιμωρίας παύσονται τρεπόμενοι τῶν ἐχθρῶν. ἐγκρατεῖς δὲ ὄντες αὑτῶν, θέμενοι νόμους κοινοὺς μηδὲν μᾶλλον πρὸς ἡδονὴν αὑτοῖς, ἢ τοῖς ἡττηθεῖσι κειμένους, ἀναγκάσωσιν αὐτοὺς χρῆσθαι τοῖς νόμοις, διτταῖς οὔσαις ἀνάγκαις, αἰδοῖ καὶ φόβῳ, φόβῳ μὲν διὰ τὸ κρείττους αὐτῶν εἶναι δεικνύντες τὴν βίαν. αἰδοῖ δὲ αὖ, διὰ τὸ κρείττους φαίνεσθαι περί τε τὰς ἡδονάς, καὶ τοῖς νόμοις μᾶλλον ἐθέλοντες τε καὶ δυνάμενοι δουλεύειν. ἄλλως δὲ οὐκ ἔστιν ὡς ἄν ποτε κακῶν λήξαι πόλις ἐν αὑτῇ στασιάσασα. ἀλλὰ στάσεις καὶ ἔχθραι καὶ μίση καὶ ἀπιστίαι, ταῖς οὕτω διατεθείσαις πόλεσιν, ἅπερ αὐταῖς πρὸς αὑτὰς ἀεὶ γίγνεσθαι φιλεῖ. τοὺς δὴ κρατήσαντας αἰεὶ χρὴ ὅτ᾽ ἄνπερ ἐπιθυμήσωσι σωτηρίας, αὐτοὺς ἐν αὑτοῖς ἄνδρας προκρῖναι τῶν ἄλλων, οὓς ἂν πυνθάνωνται ἀρίστους ὄντας. πρῶτον μὲν γέροντας, καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας κεκτημένους οἴκοι. καὶ προγόνους αὐτῶν, ὅτι μάλιστα πολλούς τε ἀγαθοὺς καὶ ὀνομαστούς. καὶ κτῆσιν κεκτημένους πάντας ἱκανήν. ἀριθμὸν δὲ εἶναι μυριάνδρῳ πόλει, πεντήκοντα ἱκανοὶ τοιοῦτοι. τούτους δὲ, δεήσεσι καὶ τιμαῖς ὅτι μεγίσταις οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι. μεταπεμψαμένους δὲ, ὀμόσαντας δεῖσθαι, καὶ κελεύειν θεῖναι νόμους, μήτε νικήσασι, μήτε νικηθεῖσι νέμειν πλέον, τὸ δὲ ἴσον καὶ κοινὸν πάσῃ τῇ πόλει. τεθέντων δὲ τῶν νόμων ἐν τούτῳ δὴ τὰ πάντα ἐστίν. ἂν μὲν γὰρ οἱ νενικηκότες ἥττους αὑτοὺς τῶν νόμων, μᾶλλον τῶν νενικημένων παρέχωνται, πάντ᾽ ἔσται σωτηρίας τε καὶ εὐδαιμονίας μεστά. καὶ πάντων κακῶν ἀποφυγή. εἰ δὲ μή, μήτ᾽ ἐμὲ, μήτ᾽ ἄλλον κοινωνὸν παρακαλεῖν, ἐπὶ τὸν μὴ πειθόμενον τοῖς νῦν ἐπεσταλμένοις. ταῦτα γάρ ἐστιν ἀδελφὰ ὧν τε Δίων ὧν τ᾽ ἐγὼ ἐπεχειρήσαμεν συρακούσαις εὖ φρονοῦντες συμπρᾶξαι. δεύτερα μήν· πρῶτα δ᾽ ἦν, ἃ τὸ πρῶτον ἐπεχειρήθη μετ᾽ αὐτοῦ Διονυσίου πραχθῆναι πᾶσι κοινὰ ἀγαθά. τύχη δέ τις ἀνθρώπων κρείττων διεφόρησε. τὰ δὲ νῦν ὑμεῖς πειρᾶσθε εὐτυχέστερον αὐτὰ ἀγαθῇ πρᾶξαι μοίρᾳ καὶ θείᾳ τινὶ τύχῃ. ξυμβουλὴ μὲν δὴ καὶ ἐπιστολὴ εἰρήσθω, καὶ ἡ παρὰ Διονύσιον ἐμοὶ προτέρα ἄφιξις. ἡ δὲ δὴ ὑστέρα πορεία τε καὶ πλοῦς, ὡς εἰκότως τε ἅμα καὶ ἐμμελῶς γέγονεν, ᾧ μέλει ἀκούειν ἔξεστι τὸ μετὰ τοῦτο. ὁ μὲν γὰρ δὴ πρῶτος χρόνος τῆς ἐν σικελίᾳ διατριβῆς μοι, διεπεράνθη καθάπερ εἶπον πρὶν συμβουλεύειν, τοῖς οἰκείοις καὶ ἑταίροις τοῖς περὶ δίωνα. τὸ μετ᾽ ἐκεῖνα δ᾽ οὖν, ἔπεισα ὅπῃ δή ποτ᾽ ἠδυνάμην, διονύσιον ἀφεῖναί με. εἰρήνης δὲ γενομένης, ἦν γὰρ τότε πόλεμος ἐν σικελίᾳ, ξυνωμολογήσαμεν ἀμφότεροι. διονύσιος μὲν ἔφη μεταπέμψεσθαι δίωνα καὶ ἐμὲ πάλιν, καταστησάμενος τὰ περὶ τὴν ἀρχὴν ἀσφαλέστερον ἑαυτῷ. δίωνα δὲ ἠξίου διανοεῖσθαι, μὴ φυγὴν αὑτῷ γεγονέναι τότε μετάστασιν δέ. ἐγὼ δ᾽ ἥξειν ὡμολόγησα ἐπὶ τούτοις τοῖς λόγοις. γενομένης δὲ εἰρήνης, μετεπέμπετό με. δίωνα δὲ ἐπισχεῖν εἰς ἐνιαυτὸν ἐδεῖτο. ἐμὲ δὲ ἥκειν ἐκ παντὸς τρόπου ἠξίου. δίων μὲν οὖν, ἐκέλευέ τέ με πλεῖν καὶ ἐδεῖτο, καὶ γὰρ δὴ λόγος ἐχώρει πολὺς

ἐκ σικελίας, ὡς διονύσιος θαυμαστῶς φιλοσοφίας ἐν ἐπιθυμίᾳ πάλιν εἴη γεγονὼς ταννῦν. ὅθεν ὁ δίων συντεταμένως ἐδεῖτο ἡμῶν, τῇ μεταπέμψει μὴ ἀπειθεῖν. ἐγὼ δὲ, ᾔδειν μὲν που κατὰ τὴν φιλοσοφίαν, τοῖς νέοις πολλὰ τοιαῦτα γιγνόμενα. ὅμως δ᾽ οὖν ἀσφαλέστερόν μοι ἔδοξε, χαίρειν τότε γε πολλὰ καὶ δίωνα καὶ διονύσιον ἐᾶν. καὶ ἀπηχθόμην, ἀμφοῖν ἀποκρινάμενος. ὅτι γέρων τε εἴην. καὶ κατὰ τὰς ὁμολογίας, οὐδὲν γίγνοιτο τῶν ταννῦν πραττομένων. ἔοικε δὴ τὸ μετὰ τοῦτο, ἀρχύτας τε παρὰ διονύσιον πρὶν ἀφικέσθαι. ἐγὼ γὰρ πρὶν ἀπιέναι, ξενίαν καὶ φιλίαν ἀρχύτῃ καὶ τοῖς ἐν τάραντι καὶ διονυσίῳ ποιήσας, ἀπέπλεον. ἄλλοι τέ τινες ἐν συρακούσαις ἦσαν. δίωνός τε ἄττα διακηκοότες καὶ τούτων τινὲς ἄλλοι, παρακουσμάτων τινῶν ἔμμεστοι τῶν κατὰ φιλοσοφίαν. οἵ δοκοῦσί μοι διονυσίῳ πειρᾶσθαι διαλέγεσθαι τῶν περὶ τὰ τοιαῦτα, ὡς διονυσίου πάντα διακηκοότος ὅσα διενοούμην ἐγώ. ὁ δὲ, οὔτε ἄλλως ἐστὶν ἀφυὴς πρὸς τὴν τοῦ μανθάνειν δύναμιν. φιλότιμός τε θαυμαστῶς. ἤρεσκέ τε οὖν ἴσως αὐτῷ τὰ λεγόμενα, ᾐσχύνετό τε φανερὸς γιγνόμενος, οὐδὲν ἀκηκοὼς, ὅτ᾽ ἐπεδήμουν ἐγώ. ὅθεν ἅμα μὲν, εἰς ἐπιθυμίαν ᾔει τοῦ διακοῦσαι ἐναργέστερον. ἅμα δ᾽ ἡ φιλοτιμία, κατήπειγεν αὐτόν. δι᾽ ἃ δὲ οὐκ ἤκουσεν ἐν τῇ πρόσθεν ἐπιδημίᾳ, διεξήλθομεν ἐν τοῖς ἄνω ῥηθεῖσι νῦν δὴ λόγοις. ἐπειδὴ οὖν οἴκαδέ τε ἐσώθην, καὶ καλοῦντος τὸ δεύτερον ἀπηρνήθην καθάπερ εἶπον, νῦν δοκεῖ μοι διονύσιος παντάπασι φιλοτιμηθῆναι. μή ποτέ τισι δόξαιμι καταφρονῶν αὐτοῦ, τῆς φύσεώς τε καὶ ἕξεως ἅμα καὶ τῆς διαίτης ἔμπειρος γεγονὼς, οὐκ ἔτ᾽ ἐθέλειν δυσχεραίνων παρ᾽ αὐτὸν ἀφικνεῖσθαι. δίκαιος δὴ λέγειν εἰμὶ τἀληθὲς καὶ ὑπομένειν, εἴ τις ἄρα τὰ γεγονότα ἀκούσας, καταφρονήσει τῆς ἐμῆς φιλοσοφίας. τὸν τύραννον δὲ, ἡγήσεται νοῦν ἔχειν. ἔπεμψε μὲν γὰρ δὴ διονύσιος τρίτον ἐπ᾽ ἐμὲ τριήρη, ῥᾳστώνης ἕνεκα τῆς πορείας. ἔπεμψε δὲ ἀρχέδημον, ὃν ἡγεῖτό με τῶν ἐν σικελίᾳ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι τῶν ἀρχύτᾳ ξυγγεγονότων ἕνα, καὶ ἄλλους γνωρίμους τῶν ἐν σικελίᾳ. οὗτοι δὲ ἡμῖν ἤγγελλον πάντες τὸν αὐτὸν λόγον, ὡς θαυμαστὸν ὅσον διονύσιος ἐπιδεδωκὼς εἴη πρὸς φιλοσοφίαν. ἔπεμψε δὲ ἐπιστολὴν πάνυ μακρὰν, εἰδὼς ὡς πρὸς δίωνα διεκείμην. καὶ τὴν αὖ δίωνος προθυμίαν, τοῦ ἐμὲ πλεῖν καὶ εἰς συρακούσας ἐλθεῖν. πρὸς γὰρ δὴ πάντα ταῦτα ἦν παρεσκευασμένη τὴν ἀρχὴν ἔχουσα ἡ ἐπιστολὴ, τῇ δέ πη φράζουσα. Διονύσιος Πλάτωνι. τὰ νόμιμα ἐπὶ τούτοις εἰπὼν, οὐδὲν τὸ μετὰ τοῦτο εἶπε πρότερον, ἢ ὡς ἂν εἰς σικελίαν πεισθεὶς ὑφ᾽ ἡμῶν ἔλθῃς ταννῦν, πρῶτον μέν σοι τὰ περὶ δίωνα ὑπάρξει ταύτῃ γιγνόμενα ὅπῃπερ ἂν αὐτὸς ἐθέλῃς. θελήσεις δὲ, οἶδ᾽ ὅτι τὰ μέτρια καὶ ἐγὼ συγχωρήσομαι. εἰ δὲ μὴ, οὐδέν σοι τῶν περὶ δίωνα ἕξει πραγμάτων, οὔτε περὶ τἆλλα, οὔτε περὶ αὐτὸν κατὰ νοῦν γιγνόμενα. ταῦθ᾽ οὕτως εἶπε. τἆλλα δὲ, μακρὰ ἂν εἴη καὶ ἄνευ καιροῦ λεγόμενα. ἐπιστολαὶ δὲ ἄλλαι ἐφοίτων, παρά τε ἀρχύτου καὶ τῶν ἐν τάραντι τήν τε φιλοσοφίαν ἐγκωμιάζουσαι τὴν διονυσίου. καὶ ὅτι ἂν μὴ ἀφίκωμαι νῦν, τὴν πρὸς διονύσιον αὐτοῖς γενομένην

in Sicilia fama, Dionysium nouo quodam rursus philosophiæ desiderio affici. Quare commotus Dio, ne profectionem omitterem, magnopere flagitabat, Ego verò quanquam sciebam iuuenes plerunque erga philosophiá affici ita solere, existimaui tamen tutius fore, vt rem totam dimitterem, neque Dionysio neq; Dioni parerē. Odiosè igitur vtriq; respondi: me videlicet ideo non profecturū, quia senex iam essem, & eorum quæ in præsentia fierēt, nihil ita vt conuenerat, fieret. Audiui autem Archytam (Tarentinum) interim ad Dionysiū accessisse. Ego enim illum ante discessum meū nonnullosque alios Tarentinos in Dionysij familiaritatem adduxeram. Erant & alij quidam Syracusis nonnunquam Dionis auditores: atque inter hos alij quidam, qui alia plurima in philosophia audiuerāt: qui mihi visi sunt contendisse de rebus huiusmodi apud Dionysium disputare: quasi ille omnia quæ excogitauerim, audiuisset. Ille verò nec hebes est ad perdiscendum, & honoris cupiditate vehementer incensus. Placuerūt igitur sibi fortè quæ dicebātur: manifestéque erubescebat, nihil à me cùm ad eum profectus essem, audiuisse. Itaque partim amor planius audiendi eum inuaserat: partim cupiditas gloriæ stimulabat. Quam verò ob causam in prima illa peregrinatione mea non audiuerit, in superiorib. enarraui. Cùm ergo domum sospes rediissem: atque illi iterum reuocāti negauissem, vt dixi, visus iam mihi est Dionysius honoris sui cura prorsus ardere: veritus ne sic acciperent homines negationem meam, quasi illum prorsus contemnerem: cùm eius ingenium moresq; & vitam ipsa experientia cognouissem. Iustum est autem me verum fateri, ferréque æquo animo, si quis quæ contigerit audiens, meam quidem spernat philosophiam, tyrannum verò mentem putet habere. Misit enim Dionysius tertio ad me triremem, qua facilè nauigaré. Misit & Archedemum: quem ex omnibus Archytæ in Sicilia familiaribus plurimi à me fieri existimabat: atque vnà alios ex Sicilia nobiles omnes iisdem mihi verbis affirmarunt Dionysium mirum in modum philosophiæ deditum esse. Misit ipse præterea pergrandem epistolam: cùm sciret quemadmodum & ipse erga Dionem afficerer, & Dionis cupiditatem id prorsus expetere, vt Syracusas me cōferrem. Ad hæc igitur omnia composita epistola fuerat tali quodam exordio. Dionysius Platoni. Legitima & consueta ratione in his præfatus. Nihil deinceps prius (ait) tibi fuerit, quàm quòd in Siciliam pro nostra voluntate veneris. Primùm quidem de Dione ita fiet vt ipse volueris. Voles autem vt arbitror, moderata: atque ego concedam. At verò nisi veneris, nihil impetrabis eorum, quæ pro Dione optas: neque in rebus aliis, neque in iis quæ ad personam suam spectantia in primis desideratis. Hæc ita scripsit. Cætera verò prolixa forent: neque satis opportuna relatu. Venerunt aliæ quoque epistolæ ab Archyta aliísque Italis & Tarentinis, laudantes in Dionysio sapientiæ studium. præterea his addebant, nisi proficiscerer, amicitiam illam quam ipsis cum Dionysio

consta-

conflaueram: neque paruam quidem quantùm ad ciuilia spectat me omnino calumniis subiecturum. Cùm igitur eo tempore sic accerserer, aliis quidem ex Sicilia atq; Italia me trahentibus, aliis verò precibus Athenis quasi me expellentibus, ratióque mihi dictaret, non decere Dionem Tarentinósque hospites & amicos prodere: atque mihi ipsi succurreret, non esse mirum siquis ingeniosus iuuenis cùm priùs sermones de rebus magnis audire noluerit, mutata deinde sententia ardore quodam vitæ optimæ accendatur oporterétque ipsum euidenter explorare, vtram in partem declinet: nec ipsum prodere: nec me ipsum causam illi præbere tantæ vituperationis suæ: si modò res eius reuera ita vt fertur, sese habeant: harum inquam rationũ patrocinio protectus iter ingredior, multa quidem timens, multáque fore diuinans, nec valde felicia, vt apparuit. Profectus denique sum tertiò, sub Seruatore. Id enim reuera consecutus sum: nã rursus feliciter sum seruatus. At horum post Deum Dionysio habeo gratiam: quoniam cùm plerique me interficere cuperent, restitit ipse: partémque aliquam pudoris sui meis in rebus exhibuit. Cùm itaque ad eum peruenissem, operæpretium in primis fore censui hoc ipsum examinare: vtrum reuera Dionysius amore philosophiæ accensus velut igne flagraret: an vanus de eo rumor Athenas vsque fuerit peruagatus. Est modus quidam experientiæ circa hæc sumẽdæ, non inelegans, sed tyrannis reuera conueniens, his præcipuè qui plurimos iam audierint. quod quidem ego statim veniens persensi prorsus Dionysio contigisse. Ostendendum est vtique illis quàm magna res philosophia sit: quantóque studio egeat: & quantis laboribus comparetur. Qui igitur hæc audierit, si reuera sapientiam amet, eique natura cognatus atq; ipsius possessione sit dignus, quasi qui diuinus sit, viam sibi mirabilem esse putat ostensam, pérq; eam sibi omni conatu existimat gradiẽdum, alitérque facienti viuendum esse non censet. Itaque seipsum atque etiam huius vitæ ducem impensius cohortatur: neque priùs desinit, quàm vel finem omnium fuerit consecutus, vel saltem eam sibi comparauerit facultatem, per quam ipse se iam sine duce ad terminum perducere valeat. Hæc igitur atque huiusmodi rationibus, ille considerans, per vniuersam vitam, quicquid omnino agat, ante omnia est philosophiæ semper intentus: victúque quotidiano vtitur, quo maximè queat ingenium & memoriam & iudicium conseruare, sese sobrium præstans, contrariúmque huic victum semper odio habens. At verò qui non sunt reuera sapientiæ amatores, sed opinionibus duntaxat extrinsecus colorati, instar eorum qui sub sole vruntur atque colorantur, cùm audiuerint quot discenda sint, quanto labore, qua quotidiani victus temperantia philosophiæ studiis necessaria, rem protinus sibi duram impossibilémque rati, vt operam dent adduci non possunt. Plerique verò sibimet persuadent, sufficienter se omnia iam audiuisse, neque studio prorsus vllo vlterius indigere. Hæc vtique faciendi periculi ratio perspicua est & minimè fallax aduersus eos qui prosequi præ mollitie nequeũt: vt crimẽ in præceptorẽ rejicere nũquã possint, sed ipsi iã seipsos ad ea quæ philosophiã decent peragẽda redarguãt, vt impotentes. Hac vtiq; examinis ratione apud Dionysium tunc vsus sum,

φιλίαν δι' ἐμοῦ οὐ σμικρὰν οὖσαν πρὸς τὰ πολιτικὰ, παντάπασι διαβαλλοίμην. ταύτης δὴ τοιαύτης γενομένης ἐν τῷ τότε χρόνῳ τῆς μεταπέμψεως, τῶν μὲν ἐκ σικελίας τε καὶ ἰταλίας ἑλκόντων, τῶν δὲ ἀθήνηθεν, ἀτεχνῶς μετὰ δεήσεως οἷον ἐξωθούντων με, καὶ πάλιν ὁ λόγος ἧκεν ὁ αὐτὸς τὸ μὴ δεῖν προδοῦναι δίωνα, μηδὲ τοὺς ἐν τάραντι ξένους τε καὶ ἑταίρους. αὐτῷ δέ μοι ὑπῆν, ὡς οὐδὲν θαυμαστὸν νέον ἄνθρωπον παρακούοντα ἀξίων λόγου πραγμάτων, εὐμαθῆ πρὸς ἔρωτα ἐλθεῖν τοῦ βελτίστου βίου. δεῖν οὖν αὐτὸ ἐξελέγξαι σαφῶς. ὁποτέρως ποτὲ ἄρα ἔχει. καὶ τοῦτ' αὐτὸ μηδαμῇ προδοῦναι. μηδ' ἐμὲ τὸν αἴτιον γενέσθαι τηλικούτου ἀληθῶς ὀνείδους, εἴπερ ὄντως εἴη τῳ, ταῦτα λελεγμένα. πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος πολλὰ δεδιώς, μαντευόμενός τε οὐ πάνυ καλῶς ὡς ἔοικεν. ἐλθὼν δ' οὖν τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τοῦτό γε οὖν ἔπραξα ὄντως. ἐσώθην γὰρ τὸ πάλαι εὐτυχῶς. καὶ τούτων γε μετὰ θεὸν, διονυσίῳ χάριν εἰδέναι χρεών. ὅτι πολλῶν βουληθέντων ἀπολέσαι με διεκώλυσε. καὶ ἔδωκέ τι μέρος αἰδοῖ τῶν περὶ ἐμὲ πραγμάτων. ἐπειδὴ δὲ ἀφικόμην, ᾤμην τούτου πρῶτον ἔλεγχον δεῖν λαβεῖν. πότερον ὄντως εἴη διονύσιος ἐξημμένος ὑπὸ φιλοσοφίας ὥσπερ πυρὸς, ἢ μάτην ὁ πολὺς οὗτος ἔλθοι λόγος ἀθήναζε. ἔστι δή τις τρόπος τοῦ περὶ τὰ τοιαῦτα πεῖραν λαμβάνειν, οὐκ ἀγεννής. ἀλλ' ὄντως τυράννοις πρέπων, ἄλλως τε καὶ τοῖς τῶν παρακουσμάτων μεστοῖς. ὃ δὴ κἀγὼ διονύσιον εὐθὺς ἐλθὼν, ᾐσθόμην καὶ μάλα πεπονθότα. δεικνύναι δεῖ τοῖς τοιούτοις ὅτι ἐστὶ πᾶν τὸ πρᾶγμα οἷόν τε, καὶ δι' ὅσων πραγμάτων, καὶ ὅσον πόνον ἔχει. ὁ γὰρ ἀκούσας, ἐὰν μὲν ὄντως ᾖ φιλόσοφος, οἰκεῖός τε καὶ ἄξιος τοῦ πράγματος, θεῖος ὢν, ὁδόν τε ἡγεῖται θαυμαστὴν ἀκηκοέναι. ξυντατέον τε εἶναι νῦν, καὶ οὐ βιωτὸν ἄλλως ποιοῦντι. μετὰ τοῦτο δὴ ξυντείνας αὐτόν τε καὶ τὸν ἡγούμενον τὴν ὁδὸν οὐκ ἀνίησι, πρὶν ἂν ἢ τέλος ἐπιθῇ πᾶσιν, ἢ λάβῃ δύναμιν. ὥστε αὐτὸς αὑτὸν χωρὶς τοῦ δείξαντος μὴ ἀδύνατος εἶναι ποδηγεῖν. ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα διανοηθεὶς ὁ τοιοῦτος ζῇ, πράττων μὲν, ἐν αἷς τισιν ἂν ᾖ πράξεσι. παρὰ πάντα δὲ ἀεὶ φιλοσοφίας ἐχόμενος, καὶ τροφῆς τῆς καθ' ἡμέραν, ἥτις ἂν αὐτὸν μάλιστα εὐμαθῆ τε καὶ μνήμονα, καὶ λογίζεσθαι δυνατὸν, ἐν αὐτῷ νήφοντα ἀπεργάζηται. τὴν δὲ ἐναντίαν ταύτῃ μισῶν διατελεῖ. οἱ δὲ ὄντως μὲν μὴ φιλόσοφοι. δόξαις δ' ἐπικεχρωσμένοι καθάπερ οἱ τὰ σώματα ὑπὸ τοῦ ἡλίου ἐπικεκαυμένοι. ἰδόντες τε ὅσα μαθήματά ἐστι καὶ ὁ πόνος ἡλίκος, καὶ δίαιτα ἡ καθ' ἡμέραν ὡς πρέπουσα ἡ κοσμία τῷ πράγματι, χαλεπὸν ἡγησάμενοι καὶ ἀδύνατον αὑτοῖς, οὐδὲ δὴ ἐπιτηδεύειν δυνατοὶ γίγνονται. ἔνιοι δὲ αὐτοὺς πείθουσιν αὑτοὺς ὡς ἱκανῶς ἀκηκοότες εἰσὶ τὸ ὅλον. καὶ οὐδὲν ἔτι δέονταί τινων πραγμάτων. ἡ μὲν δὴ πεῖρα αὕτη γίνεται, ἡ σαφής τε καὶ ἀσφαλεστάτη πρὸς τοὺς τρυφῶντάς τε καὶ ἀδυνάτους διαπονεῖν ὡς μηδέποτε βάλλειν ἐν αἰτίᾳ τὸν δεικνύντα, ἀλλ' αὐτὸν αὑτὸν, μὴ δυνάμενον πάντα τὰ πρόσφορα ἐπιτηδεύειν τῷ πράγματι. οὕτω δὴ καὶ διονυσίῳ, τότ' ἐρρήθη τὰ ῥηθέντα.

πάντα μὲν οὖν, οὔτ' ἐγὼ διεξῆλθον, οὔτε Διονύσιος ἐδεῖτο· πολλὰ γὰρ αὐτὸς καὶ τὰ μέγιστα, εἰδέναι τε καὶ ἱκανῶς ἔχειν προσεποιεῖτο, διὰ τὰς ὑπὸ τῶν ἄλλων παρακοάς. ὕστερον δὲ καὶ ἀκούω γεγραφέναι αὐτὸν περὶ ὧν τότε ἤκουσε συνθέντα ὡς αὐτοῦ τέχνην, οὐδὲν τῶν αὐτῶν ὧν ἀκούοι. οἶδα δὲ οὐδὲν τούτων. ἄλλους μέν τινας οἶδα γεγραφότας, περὶ τῶν αὐτῶν τούτων, οἵτινες δέ, οὐδ' αὐτοὶ αὑτούς. τοσόνδε γε μὴν περὶ πάντων ἔχω φράζειν τῶν γεγραφότων καὶ γραψόντων. ὅσοι φασὶν εἰδέναι περὶ ὧν ἐγὼ σπουδάζω, εἴτ' ἐμοῦ ἀκηκοότες, εἴτ' ἄλλων, εἴθ' ὡς εὑρόντες αὐτοί, τούτοις οὐκ ἔστι κατά γε τὴν ἐμὴν δόξαν περὶ τοῦ πράγματος ἐπαΐειν οὐδέν. οὔκουν ἐμόν γε περὶ αὐτῶν ἐστι σύγγραμμα, οὐδὲ μήποτε γένηται. ῥητὸν γὰρ οὐδαμῶς ἐστιν, ὡς ἄλλα μαθήματα, ἀλλ' ἐκ πολλῆς συνουσίας γιγνομένης περὶ τὸ πρᾶγμα αὐτό, καὶ τοῦ συζῆν, ἐξαίφνης οἷον ἀπὸ πυρὸς πηδήσαντος ἐξαφθὲν φῶς, ἐν τῇ ψυχῇ γιγνόμενον αὐτὸ ἑαυτὸ ἤδη τρέφει. καίτοι τοσόνδε γε οἶδα. ὅτι γραφέντα ἢ λεχθέντα ὑπ' ἐμοῦ, βέλτιστ' ἂν λεχθείη. καὶ μὴν ὅτι γεγραμμένα κακῶς, οὐχ ἥκιστ' ἂν ἐμὲ λυποῖ. εἰ δέ μοι ἐφαίνετο γραπτέα θ' ἱκανῶς εἶναι πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ ῥητά, τί τούτου κάλλιον ἐπέπρακτ' ἂν ἡμῖν ἐν τῷ βίῳ. ἢ τοῖς τε ἀνθρώποισι μέγα ὄφελος γράψαι. καὶ τὴν φύσιν εἰς φῶς τοῖς πᾶσι προαγαγεῖν. ἀλλ' οὔτε ἀνθρώποις ἡγοῦμαι τὴν ἐπιχείρησιν περὶ αὐτῶν λεγομένην ἀγαθόν, εἰ μή τισιν ὀλίγοις, ὁπόσοι δυνατοὶ ἀνευρεῖν αὐτοὶ διὰ μικρᾶς ἐνδείξεως. τῶν τε δὴ ἄλλων, τοὺς μὲν, καταφρονήσεως οὐκ ὀρθῆς ἐμπλήσειεν ἂν οὐδαμῇ ἐμμελῶς, τοὺς δὲ ὑψηλῆς καὶ χαύνης ἐλπίδος, ὡς σέμν' ἄττα μεμαθηκότας. ἔτι δὲ μακρότερα περὶ αὐτῶν ἐν νῷ μοι γέγονεν εἰπεῖν. τάχα γὰρ ἂν περὶ ὧν λέγω σαφέστερον ἂν εἴη τι λεχθέντων αὐτῶν. ἔστι γάρ τις λόγος ἀληθὴς ἐναντίος τῷ τολμήσαντι γράφειν τῶν τοιούτων καὶ ὁτιοῦν, πολλάκις μὲν, ὑπ' ἐμοῦ καὶ πρόσθεν ῥηθείς, ἔοικε δ' οὖν εἶναι καὶ νῦν λεκτέος. ἔστι τῶν ὄντων ἑκάστῳ, δι' ὧν τὴν ἐπιστήμην ἀνάγκη παραγίγνεσθαι, τρία, τέταρτον δ' αὐτή. πέμπτον δ' αὐτὸ τιθέναι. διὸ δὴ γνωστόν τε καὶ ἀληθές ἐστιν. ὧν ἓν μὲν, ὄνομα, δεύτερον δὲ, λόγος. τὸ δὲ τρίτον, εἴδωλον. τέταρτον δὲ ἐπιστήμη. περὶ ἓν οὖν, λάβε βουλόμενος μαθεῖν τὸ νῦν λεγόμενον: καὶ πάντων οὕτω πέρι νόησον. κύκλος ἐστί τι λεγόμενον, ᾧ τοῦτ' αὐτό ἐστιν ὄνομα ὃ νῦν ἐφθέγμεθα. λόγος δ' αὐτοῦ τὸ δεύτερον ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων συγκείμενος. τὸ γὰρ ἐκ τῶν ἐσχάτων ἐπὶ τὸ μέσον ἴσον ἀπέχον πάντῃ, λόγος ἂν εἴη ἐκείνου, ᾧπερ στρογγύλον καὶ περιφερὲς ὄνομα καὶ κύκλος. τρίτον δὲ, τὸ ζωγραφούμενόν τε καὶ ἐξαλειφόμενον καὶ τορνευόμενον καὶ ἀπολλύμενον. ὧν αὐτὸς ὁ κύκλος ὃν πέρι πάντ' ἐστὶ ταῦτα, οὐδὲν πάσχει τούτων, ὡς ἕτερον ὄν. τέταρτον δὲ, ἐπιστήμη καὶ νοῦς. ἀληθής τε δόξα, περὶ ταῦτ' ἐστίν. ὡς δὲ ἓν τοῦτο αὖ, πᾶν θετέον. οὐκ ἐν φωναῖς οὐδ' ἐν σωμάτων σχήμασιν, ἀλλ' ἐν ψυχαῖς ἐνόν. ᾧ δῆλον ἕτερόν τε ὂν αὐτοῦ τοῦ κύκλου τῆς φύσεως, τῶν τε ἔμπροσθεν λεχθέντων τριῶν. τούτων δὲ ἐγγύτατα μὲν, ξυγγενείᾳ καὶ ὁμοιότητι τοῦ πέμπτου νοῦς πεπλησίακε. τἄλλα δὲ πλέον ἀπέχει

cuncta verò nec ego percurri, neque Dionysius requirebat. Nam erant permulta & maxima, in quibus se satis doctum ob ea quæ ab aliis audiuerat, existimari studebat. Audio verò ipsum de his quæ tunc audiuit scripsisse postea, quasi artem propriam componentem: cùm nihil tamen horum reuera ipsorum inesset, vt equidem audio. De his verò ego nihil certi scio. Alios tamen quosdam noui de rebus eisdem scripsisse. Quicunque verò hi fuerint, nec ipsi quidem seipsos cognouerunt. Tantùm verò dicam de his omnibus qui aut scripserunt, aut scripturi sunt, se scire affirmantes quæ sint ea quæ ipse tanquam seria studiosè meditor, siue à me, siue ab aliis audiuerint, siue tanquam inuentores ipsi fuerint, nihil eos ipsa de re meo iudicio percipere posse. Nec enim de ipsis scripsi vnquam nec scribã. Id nanque nullo pacto exprimi potest, quemadmodũ cæteræ disciplinæ: sed ex diuturna circa idipsum consuetudine, vitæque ad ipsum coniunctione: subitò tandem quasi ab igne micante lumen refulgẽs in anima seipsum iam alit Atque tantùm equidem scio, scripta à me vel dicta, optimè dicta esse: malè verò scripta non minimam mihi afferrẽt molestiã. Quòd si scriptis vel voce proferenda mihi in vulgũ viderẽtur: quidnã pulchrius nobis in vita fieri posset, quàm rem valde vtilem hominibus afferre, atq; naturam omnibus proferre in lucem? At verò studium in his edendis, vtile esse non reor hominibus, nisi admodum paucis: qui videlicet exiguis antè vestigiis demonstratis, ad inueniendum ipsi sagaces sint. Alios verò partim contemptu nefario, partim elata spe vanáque impleuisset: quasi præclara quædam iam didicissent. Proinde longiora de ipsis dicere cogitaui. Fortè enim si hæc dicantur, nonnihil de his quæ dico clarius apparebit. Est nãque ratio quædam vera, obstans illi qui de reb. eiusmodi nihil omnino audet scribere: sæpe quidem à me aliàs dicta, & nunc, vt videtur, dicenda. Vnicuique ipsorum quæ sunt, tria sunt, ex quibus sciẽtiam fieri necessarium sit. Quartum ipsa scientia est. Quintum verò oportet ipsum ponere quo quid est cognoscibile, id est quod agnosci potest, atque verè existit. Horum vnum est nomen: secundũ: definitio: tertium exemplum: scientia quartum. De vno quouis igitur accipe, cupiens quod modò dictũ est discere, déque omnibus similiter cogita. Circulus aliquid dicitur, cui nomẽ id est quod modò pronunciabamus. Sequitur autem eius definitio ex nominibus verbísque composita. Quod enim ab extremis ad medium æqualiter vndique distat, illius definitio est, quod rotundi & circunferentiæ & circuli nomine designamus. Tertium verò est: quòd pictus circulus sit vel deletus, aut torno factus vel destructus. Quorum nihil ipse circulus circa quẽ hæc singula sunt, patitur: vt pote aliud quiddam existens. Quartum autem scientia est & intellectus, atque vera circa hæc opinio. Hoc rursus totum tanquam vnum est ponendũ: quod nec in vocibus nec in corporum figuris est, sed in mente & intelligentia. Ideóque manifestum est, aliud esse quàm sit ipsa circuli natura, rursúsque aliud quàm tria illa quæ suprà diximus. Horum verò ex numero, intellectus cognatione, similitudinéque quinto proximus hæret, cætera remotiora sunt.

Idem

Idem quoque de recta & curua dici poteſt figura, atque colore: déque bono & pulchro & iuſto: rurſus de quocunque corpore, vel manu facto vel naturali, ſiue igni ſiue aqua, cæteríſque huiuſmodi, ſimiliter de omni animali, ac de moribus animorum, atque de actionibus paſſionibúſque vniuerſis. Niſi enim quis in his illa quatuor quodammodo capiat, nunquam ſciētiæ circa quintum perfectè particeps erit. Proinde illa non minus quale quid ſit vnumquodque, quàm quid ſit aggrediuntur oſtendere: propter rationum debilitatem. Quapropter nemo mentis compos audebit vnquã in idem atque id quidem immutabile, referre quæ ab ipſo intelliguntur, atque quatuor illa. Quod vtique patiuntur, quæ deſignãtur figuris. Id verò quod nunc dicimus, rurſus eſt conſiderandum. Sane circulus quilibet horum qui inter hominum manus vel pinguntur vel torno fiunt, planè illi quinto eſt contrarius. Recti nanq; vndequaque ſit particeps. Ipſum verò circulum affirmamus neque minus neque magis aliquid: id eſt nihil omnino habere in ſe naturæ contrariæ. Præterea nullus horum nomen firmitatem dicimus vllam habere. Nihil enim prohiberet quæ nunc rotũda nominamus, recta, vocari, rectáque rotunda: nec firmitatem vllam maiorẽ fore nominibus in contrarium permutatis. Eadem quoque de definitione ratio eſt: cùm ex nominibus verbíſque componatur nullam omnino habẽtibus firmitatem. Multipliciter rurſus probari poteſt, nullũ horum quatuor certum firmúmque eſſe. Maximum verò omnium, quod paulò antè dicebamus: quòd cùm duo ſint, eſſentia & qualitas: quando animus non quale, ſed quid ſit quęrit: niſi quodlibet horũ quatuor quæſitum priùs ab anima tã ratione quàm affectu, denique ſenſibus bene diſcuſſum, per omnia quæ dicuntur atque oſtenduntur euaſerit: omni ambiguitate & obſcuritate, vt ita dixerim, omnes implebit. In quib. igitur haud quaquã conſueti ſumus ob prauam educationem verũ perquirere, ſed ſatis nobis factum putamus, ſi appoſita ſimulacra attigerimus, nónne deriſui ſumus inuicẽ interrogati interrogantibus, potentibus duntaxat quatuor illa diſcutere atque arguere? Vbi verò neceſſitas cogit quintum oſtendere, quiuis eorum qui poſſint ſubuertere atque retractare peruincit: facítque vt qui exponit ſermonibus vel literis vel diſputationibus, apud audientium multos nihil eorum quæ vel dicere vel ſcribere aggreditur, intelligere videatur. qua in re ſæpe ignoratur non animũ ſcribentis vel dicentis redargui, ſed naturam potiùs cuiuſlibet illorũ quatuor ſe malè habentis. Traductio verò per omnia illa ſurſum deorſúmque in vnumquodque diſcurrendo perueniens, vix tandem ſciētiam parit intrinſecus. ſcientiam inquã ipſius quod naturaliter bene affectum eſt in animo ad ipſum quoque naturaliter bene affecto. At ſi quis malè affectus ſit naturá, qualis naturaliter animæ habitus ineſt multis, tum ad illa quæ diſcenda ſunt, tum ad mores, corruptíque illi ſunt, ne Lynceus quidem, vt eiuſmodi animus videat, efficere poſſet. Atque vt ſummatim dicam, neque acumen, neque memoria faciet vnquam, vt qui rei ipſius qua de agitur, non eſt cognatus, ipſum inſpiciat. Principium etenim in habitibus alienis non ſortitur. Quamobrem quicunque iuſtis aliíſque

ταυτὸν δὴ περί τε εὐθέος ἅμα καὶ περιφεροῦς σχήματος καὶ χρόας· περί τε ἀγαθοῦ καὶ καλοῦ καὶ δικαίου καὶ περὶ σώματος ἅπαντος. σκευαστοῦ τε καὶ κατὰ φύσιν γεγονότος, πυρὸς ὕδατός τε καὶ τῶν τοιούτων πάντων. καὶ ζώου ξύμπαντος πέρι. καὶ ἐν ψυχαῖς ἤθους. καὶ περὶ ποιήματα καὶ παθήματα ξύμπαντα. οὐ γὰρ ἂν τούτων μή τις τὰ τέτταρα λάβῃ. ἄλλως γέ πως οὔποτε τελέως ἐπιστήμης τοῦ πέμπτου μέτοχος ἔσται. πρὸς γὰρ τούτοις, ταῦτα οὐχ ἧττον ἐπιχειρεῖ τὸ ποῖόν τι περὶ ἕκαστον δηλοῦν. ἢ τὸ ὂν ἑκάστου διὰ τὸ τῶν λόγων ἀσθενές, ὧν ἕνεκα, νοῦν ἔχων οὐδεὶς, τολμήσει ποτὲ εἰς αὐτὸ τιθέναι τὰ νενομημένα ὑπ᾽ αὐτοῦ. καὶ ταῦτα εἰς ἀμετακίνητον, ὃ δὴ πάσχει τὰ γεγραμμένα τύποις. τοῦτο δὲ πάλιν αὖ τὸ νῦν λεγόμενον, δεῖ μαθεῖν. κύκλος ἕκαστος τῶν ἐν ταῖς πράξεσι γραφομένων ἢ καὶ τορνευθέντων, μεστὸς τοῦ ἐναντίου ἐστὶ τῷ πέμπτῳ. τοῦ γὰρ εὐθέος, ἐφάπτεται πάντη αὐτὸς δὲ φαμὲν ὁ κύκλος, οὔτέ τι σμικρότερον, οὔτε μεῖζον τῆς ἐναντίας ἔχει ἐν αὑτῷ φύσεως. ὄνομά τε αὐτῶν φαμὲν οὐδὲν οὐδενὶ βέβαιον εἶναι. κωλύει δ᾽ οὐδὲν τὰ νῦν στρογγύλα καλούμενα, εὐθέα κεκλῆσθαι. τά τε εὐθέα δὴ, στρογγύλα. καὶ οὐδὲν ἧττον βεβαίως ἕξειν, τοῖς μεταθεμένοις καὶ ἐναντίως καλοῦσι. καὶ μὴν περὶ λόγου γε ὁ αὐτὸς λόγος εἴπερ ἐξ ὀνομάτων καὶ ῥημάτων σύγκειται, μηδὲν ἱκανῶς βεβαίως εἶναι βέβαιον. μυρίος δὲ λόγος αὖ περὶ ἑκάστου τῶν τεττάρων ὡς ἀσαφές. τὸ δὲ μέγιστον ὅπερ εἴπομεν ὀλίγον ἔμπροσθεν. ὅτι δυοῖν ὄντοιν τοῦ τε ὄντος καὶ τοῦ ποιοῦ τινος, οὐ τὸ ποῖόν τι τὸ δὲ ζητούσης εἰδέναι τῆς ψυχῆς, τὸ μὴ ζητούμενον ἕκαστον τῶν τεττάρων προτεῖνον τῇ ψυχῇ λόγῳ τε καὶ κατ᾽ ἔργα, αἰσθήσεσιν εὐέλεγκτον τό, τε λεγόμενον καὶ δεικνύμενον ἀεὶ παρεχόμενον ἕκαστον, ἀπορίας τε καὶ ἀσαφείας ἐμπίπλησι πάσης ὡς ἔπος εἰπεῖν πάντ᾽ ἄνδρα. ἐν οἷσι μὲν οὖν μηδ᾽ εἰθισμένοι τὸ ἀληθὲς ζητεῖν ἐσμὲν ὑπὸ πονηρᾶς τροφῆς, ἐξαρκεῖ δὲ τὸ προτεθὲν τῶν εἰδώλων, οὐ καταγέλαστοι γιγνόμεθα ὑπ᾽ ἀλλήλων, οἱ ἐρωτώμενοι ὑπὸ τῶν ἐρωτώντων. δυναμένων δὲ τὰ τέτταρα, διαρρίπτειν τε καὶ ἐλέγχειν, ἐν οἷς δ᾽ αὖ τὸ πέμπτον ἀποκρίνασθαι καὶ δηλοῦν ἀναγκάζωμεν, ὁ βουλόμενος τῶν δυναμένων ἀνατρέπειν κρατεῖ. καὶ ποιεῖ τὸν ἐξηγούμενον ἐν λόγοις ἢ γράμμασιν ἢ ἀποκρίσεσι, τοῖς πολλοῖς τῶν ἀκουόντων, δοκεῖν μηδὲν γιγνώσκειν ὧν ἂν ἐπιχειρῇ γράφειν ἢ λέγειν. ἀγνοούντων ἐνίοτε, ὡς οὐχ ἡ ψυχὴ τοῦ γράψαντος ἢ λέξαντος ἐλέγχεται, ἀλλ᾽ ἡ τῶν τεττάρων φύσις ἑκάστου πεφυκυῖα φαύλως. ἡ δὲ διὰ πάντων αὐτῶν διαγωγή, ἄνω καὶ κάτω μεταβαίνουσα. ἐφ᾽ ἕκαστον, μόγις ἐπιστήμην ἐνέτεκεν, εὖ πεφυκότος εὖ πεφυκότι. κακῶς δὲ ἂν φυῇ, ὡς ἡ τῶν πολλῶν ἕξις τῆς ψυχῆς, εἴς τε τὸ μαθεῖν, εἴς τε τὰ λεγόμενα ἤθη πέφυκε. τὰ δὲ, διέφθαρται, οὐδ᾽ ἂν ὁ λυγκεὺς ἰδεῖν ποιήσειε τοὺς τοιούτους. ἑνὶ δὲ λόγῳ. τὸν μὴ ξυγγενῆ τοῦ πράγματος, οὔτ᾽ ἂν εὐμαθία ποιήσειέ ποτε, οὔτε μνήμη. τὴν ἀρχὴν γὰρ, ἐν ἀλλοτρίαις ἕξεσιν οὐκ ἐγγίγνεται. ὥστε ὁπόσοι τῶν δικαίων τε καὶ τῶν ἄλλων

ὅσα καλὰ μὴ προσφυεῖς εἰσὶ καὶ ξυγγενεῖς. ἄλλοι δὲ ἄλλων εὐμαθεῖς ἅμα καὶ μνήμονες, οὐδ' ὅσοι ξυγγενεῖς. δυσμαθεῖς δὲ καὶ ἀμνήμονες οὐδένες τούτων μήποτε μάθωσιν ἀλήθειαν ἀρετῆς εἰς τὸ δυνατὸν οὐδὲ κακίας. ἅμα γὰρ αὐτὰ ἀνάγκη μανθάνειν, καὶ τὸ ψεῦδος, ἅμα καὶ ἀληθὲς τῆς ὅλης οὐσίας μετὰ τριβῆς πάσης καὶ χρόνου πολλοῦ, ὅπερ ἐν ἀρχαῖς εἶπον. μόγις δὲ τριβόμενα πρὸς ἄλληλα αὐτῶν ἕκαστα ὀνόματα καὶ λόγοι. ὄψεις τε καὶ αἰσθήσεις, ἐν εὐμενέσιν ἐλέγχοις ἐλεγχόμενα. καὶ ἄνευ φθόνων ἐρωτήσεσι καὶ ἀποκρίσεσι χρωμένων, ἐξέλαμψε φρόνησις περὶ ἕκαστον καὶ νοῦς. συντείνων ὅτι μάλιστ' εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην. διὸ δὴ πᾶς ἀνὴρ σπουδαῖος, τῶν ὄντων σπουδαίων πέρι, πολλοῦ δεῖ μὴ γράψας ποτὲ ἐν ἀνθρώποις, εἰς φθόνον καὶ ἀπορίαν καταβαλεῖ. ἑνὶ δὴ ἐκ τούτων δεῖ γιγνώσκειν λόγῳ. ὅτ' ἂν ἴδῃ τις συγγράμματα γεγραμμένα, εἴτε ἐν νόμοις νομοθέτου. εἴτε ἐν ἄλλοις τισὶν ἅττ' οὖν, ὡς οὐκ ἦν τούτῳ ταῦτα σπουδαιότατα, εἴπερ ἔστ' αὐτὸς σπουδαῖος. κεῖται δέ που ἐν χώρᾳ τῇ καλλίστῃ τῶν τούτου. εἰ δὲ ὄντως αὐτῷ ταῦτ' ἐσπουδασμένα ἐν γράμμασιν ἐτέθη, ἐξ ἄρα δή οἱ ἔπειτα θεοὶ μὲν, οὐ βροτοὶ δὲ φρένας ὤλεσαν αὐτοί. Τούτῳ δὴ τῷ μύθῳ τε καὶ πλάνῳ ὁ ξυνεπισπόμενος, εὖ εἴσεται. εἴτ' οὖν διονύσιος ἔγραψέ τι, τῶν περὶ φύσεως ἄκρων καὶ πρώτων, εἴτε τις ἐλάττων εἴτε μείζων, ὡς οὐδὲν ἀκηκοὼς, οὐδὲ μεμαθηκὼς ἦν ὑγιὲς ὧν ἔγραψε κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον. ὁμοίως γὰρ αὐτὰ ἐσέβετο ἐμοὶ, καὶ οὐκ ἂν αὐτὰ εἰς ἀναρμοσίαν καὶ ἀπρέπειαν ἐκβάλλειν. οὔτε γὰρ ὑπομνημάτων χάριν ἔγραψεν. οὐδὲν γὰρ δεινὸν μή τις αὐτὸ ἐπιλάθηται, ἐὰν ἅπαξ τῇ ψυχῇ περιλάβῃ. πάντων γὰρ ἐν βραχυτάτοις κεῖται. φιλοτιμίας δὲ αἰσχρᾶς εἴπερ ἕνεκα, εἴθ' ὡς αὑτοῦ τιθέμενος. εἴθ' ὡς παιδείας δὴ μέτοχος ὢν ἧς οὐκ ἄξιος ἦν, ἀγαπῶν δόξαν τὴν τῆς μετοχῆς γενομένην. εἰ μὲν οὖν ἐκ τῆς μιᾶς συνουσίας διονυσίῳ τοῦτο γέγονε τάχ' ἂν εἴη. γέγονε δ' οὖν ὅπως ἴττω Ζεύς φησιν ὁ Θηβαῖος. διεξῆλθον μὲν γὰρ ὡς εἶπόν τε ἐγὼ, καὶ ἅπαξ μόνον. ὕστερον δὲ οὐ πώποτε ἔτι. ἐννοεῖν δὴ δεῖ τὸ μετὰ τοῦτο, ὅτῳ μέλει τὸ περὶ αὐτὰ γεγονὸς εὑρεῖν ὅπῃ ποτὲ γέγονε. τίνι ποτ' αἰτίᾳ τὸ δεύτερον, καὶ τὸ τρίτον πλεονάκις τε, οὐ διεξῇμεν. πότερον διονύσιος ἀκούσας μόνον ἅπαξ, οὕτως εἰδέναι τε οἴεται καὶ ἱκανῶς οἶδεν, εἴτε αὐτὸς εὑρὼν ἢ καὶ μαθὼν ἔμπροσθεν παρ' ἑτέρων, ἢ φαῦλα εἶναι τὰ λεχθέντα. ἢ τὸ τρίτον οὐ καθ' αὑτὸν, μείζονα δὲ, καὶ ὄντως οὐκ ἂν δυνατὸς εἶναι φρονήσεώς τε καὶ ἀρετῆς ζῆν ἐπιμελούμενος. εἰ μὲν γὰρ φαῦλα πολλοῖς μάρτυσι μαχεῖται τὰ ἐναντία λέγουσιν. οἳ περὶ τῶν τοιούτων, πάμπολυ διονυσίου κυριώτεροι ἂν εἶεν κριταί. εἰ δὲ εὑρηκέναι ἢ μεμαθηκέναι. ἄξια δ' οὖν εἶναι πρὸς παιδείαν ψυχῆς ἐλευθέρας πῶς ἂν μὴ θαυμαστὸς ὢν ἄνθρωπος, τὸν ἡγεμόνα τούτων καὶ κύριον οὕτως εὐχερῶς ἠτίμασέ ποτ' ἄν. πῶς δ' ἠτίμασεν, ἐγὼ φράζοιμ' ἄν. οὐ πολὺν χρόνον

quotcunque ſunt pulchra, non ſunt apti natura atque cognati, licèt alij ad alia ingenioſi ſimul & memores: rurſus quicunque cognati ſunt quidem, ſed hebetes & memoria parum validi, nunquam ad ſummum diſcendi veritatē peruenient vel virtutis, vel vitij. Neceſſe enim eſt ea ſimul perdiſcere, & falſum ſimul & verum totius eſſentię cū omni exercitatione atque longitudine temporis: quod & ab initio dixi. Poſtquam verò ſingulatim ipſorum nomina, definitiones, viſúſque & ſenſus agitata inuicē tritáque fuerint, benignísque reprehenſionibus redarguta, & abſque inuidia interrogando reſpondendóque diſcuſſa, vix tandem refulget circa vnumquodque prudentia atque intelligentia ad ſummum omnino pro humana facultate contendens. Quamobrem permultùm abeſt, vt vir ſtudioſus & grauis de iis quæ reuera digna ſunt, ſtudio ſcribens hominibus, ſe ſimul & ſua inuidiæ ambiguitatíque ſubiicere debeat. Vno verò ex his ſermone id intelligere licet: quando videlicet qui alicuius ſcripta cernens, ſiue legumlatoribus in legibus, ſiue in quibuſlibet aliis aliorum, animaduertat illa nō eſſe tanquam omnino ſeria ſtudioſiſſimè pertractata: ſiquidem ſit ipſe ſtudioſus. Iacent autem inter ſua in regione pulcherrima. Sin autem reuera ipſi hæc tanquam ſeria ſtudioſè literis tradita ſunt, dij quidem minimè ſed homines mentē eripuerunt. Hāc vtique orationem digreſſionémque quicunque ſequetur, planè intelliget, ſiue Dionyſius aliquid de ſummis & primis naturæ ſcripſerit, ſiue quiuis alius aut minor aut maior, nihil eum ſyncerū audiuiſſe vel didiciſſe eorum quæ ſcripſit. vt mea fert opinio. Alioquin pariter atque ego ipſa veneratus fuiſſet, neq; auſus fuiſſet vnquā temerè edendo abſurditati indecentięque ſubiicere. Neq; verò quaſi memoriæ ſubſidium illa ſcripſit. Non enim hac in re memoriæ diffidendum: ſi id ſemel animo fuerit comprehenſum. Nam id totum breuiſſimè omniū eſt collectum. Fortè verò turpi quadam ambitione id fecit, vel tanquam ſua hæc aſſerens, vel tanquā particeps diſciplinæ, qua indignus erat, gloriam quærēs. Verùm ſi ex vna duntaxat congregatione id Dionyſio contigit, eſſet id forſan concedendum. Sed id nouerit Iupiter, (vt inquit Thebanus.) Percurri equidem hæc illi, eo quo dixi modo, ſemélque tantùm: poſtea verò nunquam. Poſt hæc autem conſiderandum eſt, ſicui cura ſit inuenire eius quod nobis circa illa accidit, cauſam: cur videlicet & ſecundo, & tertio, & ſæpius ea non pertractauimus: Vtrū Dionyſius, ipſis ſemel duntaxat auditis, adeò ſufficienter ea ſe ſcire putauerit ſatiſve norit, ſiue inuenerit ipſe, ſiue ab aliis antè didicerit: an friuola quæ dicebantur exiſtimarit. An fortè præter hæc tertium quiddam acciderit: videlicet vt ipſa haud ſuis æqualia viribus ſeu maiora cenſuerit: ac reuera ſe minimè idoneum eſſe qui ſub prudentiæ virtutíſque diligentia viuat. Si enim friuola exiſtimaſſe dicatur, multis certè teſtibus pro cauſa noſtra contrà pugnabitur: qui in rebus eiuſmodi iudicandis longè maiorem quàm Dionyſius autoritatē habeāt. Quòd ſi inueniſſe vel didiciſſe, atq; ipſa quidē digna videri, quæ liberali animo in diſciplinā adhibeantur, quis nō id mirū putet, Dionyſium ſic affectum horum aliquando ducem & autorem tā facilè contempſiſſe? Quo autem pacto contempſerit iam dicam. Profectò non multò pòſt hoc tempore

matri,

Patrimonium Dionis, quod prius eum liberè possidere, fructus quos inde percipere permittebat, iam vetuit omnino per eius procuratores attingi: pecuniáque ut consueuerant ad ipsum in Peloponnesum mitti: quasi epistolæ illius prorsus oblitus, quam mihi scripserat. Afferebat enim res illas non Dionis esse, sed filij: qui cùm esset ex sorore nepos, eũ ex lege sub tutela ipsius esse. Hæc igitur usque ad illud tempus acta fuerunt. quæ ego considerans iã planè perspiciebam quo pacto erga philosophiam Dionysius fuisset affectus, conturbabarque vellem nollem. Erat iam tunc æstas: & frequenter nauigabatur: videbatúrque mihi non tam de Dionysio quàm de me ipso conquerendum, & de his qui me impulerant ut in fretum Scyllæ tertio deuenirem, Charybdimque remiterer perniciosam. Compulsus itaque sum Dionysio dicere, non posse me ullo modo apud se fore, Dione tam ignominiosè contempto, at ille me consolabatur, rogabátque ut manerem, non putans sibi honestum, ut ego ipse tam citò horum à se factorum nuncius irem. Cùm verò mihi manendum persuadere nõ posset, ipse mihi se paraturum ait, qui & quo pacto me deferrent. Ego autem in transmissoriis nauigiis trajicere cõstitueram: omnia esse perferenda ducens, si abire me prohiberet: quippe cùm manifestè ipse nulla Dionysium iniuria afficiens, ab eo iniuria affectus fuissem. At ille cùm me nullo modo manere velle cognosceret, quò nauigationem tunc meam impediret, alia machinatus est. Postridie sermonem ad me habuit gratiosum atque ad persuadendum accommodatum. Mihi & tibi, inquit, Dio Dionísque res, quatenus discordiæ nostræ causam præbent, tollantur à medio Dioni equidem tui gratia hæc faciam. Decerno Dionem recipientem sua habitare in Peloponneso, nõ tanquam exulem, sed tanquam cui liceat huc proficisci, quando illi & mihi vobísq; amicis communiter videatur: dũmodo nullam mihi iniuriam faciat. Huius autem rei fideiussores mihi fore te familiarésq; tam tuos quàm Dionis qui hîc habitant. Dionem quoque ipsum id vobis obseruaturum, sufficienter cõfirmare debere. Pecuniæ verò omnes quas ille acceperit, in Peloponneso, & Athenis deponantur penes quos vobis videtur. Harum quidem pecuniarum fructus accipiat Dio, sed ipsas tollere nisi vobis cõncedentibus nequeat. Nõ enim confido, si pecunias susceperit, eum mihi fidem seruaturum, cùm non paucæ futuræ sint. Maiorem verò tibi tuísque habeo fidem. Considera igitur an tibi hæc placeant: manéque horum gratia hîc annum, quo peracto susceptis his pecuniis abibis. Dionem equidem scio magnam tibi gratiá habiturum, cùm hæc sibi perfeceris. Cùm hæc igitur audiuissem, quanquam ægrè omnino ferebam, respondi tamen hac in re me consultaturum, tempúsque respondendi in crastinum sumpsi. Atque in hoc consentientes tum discessimus. Consultabam itaq; posthac ipse mecũ valde quidẽ ambiguus. Occurrebat autẽ quasi cõsilij dux prima mihi eiusmodi ratio. Age utiq; etsi Dionysius nihil eorũ quę promittit, seruare cogitat: si tamen abeunte me, per se ac ac per amicos probabiliter ad Dionem scribat, quæ nunc mihi dicit, se quidem obtulisse ultrò, me verò noluisse: résque sua penitus neglexisse. Præterea his addebam. Si Dionysius me volens dimittere, ideóque nauigium nautásque non det:

διαλιπὼν τὸ μετὰ τοῦτο. ἐν τῷ πρόσθεν δίωνα ἐῶν τὰ ἑαυτοῦ κεκτῆσθαι καὶ καρποῦσθαι χρήματα, τότε οὐκ ἔτ' εἴα τοὺς ἐπιτρόπους αὐτοῦ πέμπειν εἰς πελοπόννησον, καθάπερ ἐπιλελησμένος τῆς ἐπιστολῆς παντάπασιν. εἶναι γὰρ αὐτὰ οὐ δίωνος, ἀλλὰ τοῦ υἱέος ὄντος μὲν ἀδελφιδοῦ αὐτοῦ, κατὰ νόμους δὲ ἐπιτροπεύοντος. τὰ μὲν δὴ πεπραγμένα μέχρι τούτου, ταῦτ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. τούτων δ' οὕτω γενομένων ἑωράκειν τε ἀκριβῶς τὴν ἐπιθυμίαν τὴν διονυσίου φιλοσοφίας ἀγανακτεῖν τ' ἐξῆν εἴτε βουλοίμην, εἴτε μή. ἦν γὰρ θέρος ἤδη τότε καὶ ἔκπλοι τῶν νεῶν. ἐδόκει δὴ χαλεπαίνειν μὲν οὐ δεῖν ἐμὲ διονυσίῳ μᾶλλον ἢ ἐμαυτῷ τε καὶ τοῖς βιασαμένοις ἐλθεῖν ἐμὲ τὸ τρίτον εἰς τὸν πορθμὸν τὸν περὶ τὴν σκύλλαν, ὄφρ' ἔτι τὴν ὀλοὴν ἀναμετρήσαιμι χάρυβδιν λέγειν δὲ πρὸς διονύσιον, ὅτι μοι μένειν ἀδύνατον εἴη, δίωνος οὕτω προπεπηλακισμένου. ὁ δὲ παρεμυθεῖτό τε, καὶ ἐδεῖτο μένειν. οὐκ οἰόμενος οἱ καλῶς ἔχειν, ἐμὲ ἄγγελον αὐτὸν τῶν τοιούτων ἐλθεῖν ὅτι τάχος. οὐ πείθων δὲ αὐτός μοι πομπὴν παρασκευάσειν ἔφη· ἐγὼ γὰρ ἐν τοῖς ἀποστόλοις πλοίοις ἐμβὰς διενοούμην πλεῖν τεθυμωμένος, πάσχειν τε οἰόμενος δεῖν, εἰ διακωλυοίμην ὁτιοῦν. ἐπειδὴ περιφανῶς ἠδίκουν μὲν οὐδὲν, ἠδικούμην δέ. ὁ δὲ οὐδέν με τοῦ καταμένειν προσιέμενον ὁρῶν μηχανὴν τοῦ μεῖναι τὸν τότε ἔκπλουν, μηχανᾶται τοιάνδε τινά. τῇ μετὰ ταῦτα ἐλθὼν ἡμέρᾳ λέγει πρός με πιθανὸν λόγον. ἐμοὶ καὶ σοὶ δίων ἔφη καὶ τὰ δίωνος, ἐκ ποδῶν ἀπαλλαχθήτω τοῦ περὶ αὐτὰ πολλάκις διαφέρεσθαι. ποιήσω γὰρ διὰ σὲ ἔφη δίωνι τάδε. ἀξιῶ ἐκεῖνον ἀπολαβόντα τὰ ἑαυτοῦ, οἰκεῖν μὲν ἐν πελοποννήσῳ. μὴ ὡς φυγάδα δέ, ἀλλ' ὡς αὐτῷ καὶ δεῦρο ἐξὸν ἀποδημεῖν, ὅταν ἐκείνῳ τε καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις κοινῇ ξυνδοκῇ. ταῦτα δ' εἶναι μὴ ἐπιβουλεύοντος ἐμοί. τούτων δὲ ἐγγυητὰς γίγνεσθαί σέ τε, καὶ τοὺς σοὺς οἰκείους, καὶ τοὺς ἐνθάδε δίωνος. ὑμῖν δὲ τὸ βέβαιον ἐκεῖνος παρεχέτω. τὰ χρήματα δὲ ἃ ἂν λάβῃ, κατὰ πελοπόννησον μὲν καὶ ἀθήνας κείσθω, παρ' οἷς τισιν ἂν ὑμῖν δοκῇ. καρπούσθω δὲ δίων, μὴ κύριος δὲ ἄνευ ὑμῶν γιγνέσθω ἀνελέσθαι. ἐγὼ γὰρ ἐκείνῳ μὲν οὐ σφόδρα πιστεύω τούτοις χρώμενον ἂν τοῖς χρήμασι, δίκαιον γίγνεσθαι περὶ ἐμέ. οὐ γὰρ ὀλίγα ἔσται. σοὶ δὲ καὶ τοῖς σοῖς, μᾶλλον πεπίστευκα. ὅρα δὴ ταῦτα εἴ σοι ἀρέσκει, καὶ μένε ἐπὶ τούτοις τὸν ἐνιαυτὸν τοῦτον. εἰς δὲ ὥρας, ἄπιθι λαβὼν τὰ χρήματα ταῦτα. καὶ δίων εὖ οἶδ' ὅτι πολλὴν χάριν ἕξει σοι διαπραξαμένῳ ταῦτα ὑπὲρ ἐκείνου. τοῦτον δὴ ἐγὼ τὸν λόγον ἀκούσας, ἐδυσχέραινον μέν. ὅμως δὲ βουλευσάμενος ἔφην εἰς τὴν ὑστεραίαν αὐτῷ περὶ τούτων τὰ δόξαντα ἀπαγγελεῖν. ταῦτα ξυνεθέμεθα τότε. ἐβουλευόμην δὴ τὸ μετὰ ταῦτα κατ' ἐμαυτὸν γενόμενος, μάλα συγκεχυμένος. πρῶτος δ' ἦν μοι τῆς βουλῆς ἡγούμενος, ὅδε λόγος. φέρε, εἰ διανοεῖται τούτων μηδὲν ποιεῖν διονύσιος ὧν φησιν. ἀπελθόντος δέ μου ἐὰν ἐπιστέλλῃ δίωνι πιθανῶς αὐτός τε καὶ ἄλλοις πολλοῖς τῶν αὐτοῦ διακελευόμενος ἃ νῦν πρὸς ἐμὲ λέγει. ὡς αὐτοῦ μὲν ἐθέλοντος, ἐμοῦ δὲ οὐκ ἐθελήσαντος ἃ προυκαλεῖτό με δρᾶν, ἀλλ' ὀλιγωρήσαντος τῶν ἐκείνου τὸ παράπαν πραγμάτων. πρὸς δὲ καὶ τούτοισιν ἔτι μὴ δ' ἐθέλῃ με ἐκπέμπειν αὐτὸς τῶν ναυκλήρων μηδενὶ προστάττων.

ἐνδείξηται πᾶσι ῥᾳδίως ὡς ἀβουλῶν ἐμὲ ἐκπλεῖν, ἄρα τις ἐθελήσει με ἄγειν ναύτης ὁρμώμενον ἐκ τῆς διονυσίου οἰκίας. ᾤκουν γὰρ δὴ τοῖς ἄλλοισι κακοῖς ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὴν οἰκίαν. ὅθεν οὐδ᾽ ἂν ὁ θυρωρὸς ἤθελέ μ᾽ ἀφεῖναι, μὴ πεμφθείσης αὐτῷ τινος ἐντολῆς παρὰ διονυσίου. ἂν δὲ μείνω τὸν ἐνιαυτὸν, ἕξω μὲν δίωνι ταῦτα ἐπιστέλλειν, ἐν οἷς τ᾽ εἰμὶ, καὶ ἃ πράττω. καὶ ἐὰν μὲν δὴ ποιῇ τι διονύσιος ὧν φησιν, οὐ παντάπασιν ἔσται μοι καταγελάστως πεπραγμένα. τάλαντα γὰρ ἴσως ἐστὶν οὐκ ἔλαττον ἂν ἐκτιμᾷ τις ὀρθῶς ἑκατὸν, ἡ δίωνος οὐσία. ἂν δ᾽ οὖν γίγνηται τὰ νῦν ἀπεμφαίνοντα, οἷα εἰκὸς αὐτὰ γίγνεσθαι. ἀπορῶ μὲν ὅτι χρήσομαι ἐμαυτῷ. ὅμως δὲ, ἀναγκαῖον ἴσως ἐνιαυτόν γ᾽ ἔτι πονῆσαι, καὶ ἔργοις ἐλέγξαι πειρᾶσθαι, τὰς διονυσίου μηχανάς. ταῦτά μοι δόξαντα, εἰς τὴν ὑστεραίαν εἶπον πρὸς διονύσιον ὅτι δέδοκταί μοι μένειν. ἀξιῶ μὴν ἔφην, μὴ κύριον ἡγεῖσθαί σε δίωνος ἐμέ. πέμπειν δὲ μετ᾽ ἐμοῦ σὲ παρ᾽ αὐτὸν γράμματα τὰ νῦν δεδογμένα δηλοῦντα. καὶ ἐρωτᾶν εἴτε ἀρκεῖ ταῦτα αὐτῷ ἢ καὶ μή. βούλεται δὲ ἄλλ᾽ ἄττα καὶ ἀξιοῖ, καὶ ταῦτα ἐπιστέλλειν ὅτι τάχιστα. σὲ δὲ, νεωτερίζειν μηδὲν πω τῶν περὶ ἐκεῖνον. ταῦτ᾽ ἐῤῥήθη, ταῦτα ξυνωμολογήσαμεν, ὡς νῦν εἴρηται σχεδόν. ἐξέπλευσε δὴ τὰ πλοῖα μετὰ τοῦτο, καὶ οὐκέτι μοι δυνατὸν ἦν πλεῖν. ὅτε δή μοι καὶ διονύσιος ἐμνήσθη λέγων ὅτι τὴν ἡμίσειαν τῆς οὐσίας, εἶναι δέοι δίωνος. τὴν δ᾽ ἡμίσειαν, τοῦ υἱέως. ἔφη δὴ πωλήσειν αὐτήν. πραθείσης δὲ, τὰ μὲν ἡμίσεα ἐμοὶ δώσειν ἄγειν. τὰ δ᾽ ἡμίσεα τῷ παιδὶ καταλείψειν αὐτοῦ. τὸ γὰρ δὴ δικαιότατον οὕτως ἔχειν. πληγεὶς δ᾽ ἐγὼ τῷ λεχθέντι, πάνυ μὲν ᾤμην γελοῖον εἶναι ὅτι λέγειν ἔτι. ὅμως δ᾽ εἶπον ὅτι χρείη τὴν παρὰ δίωνος ἐπιστολὴν, περιμένειν ἡμᾶς. καὶ ταῦτα πάλιν αὐτὰ ἐπιστέλλειν. ὁ δὲ, ἑξῆς τούτοις, πάνυ νεανικῶς ἐπώλει τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πᾶσαν, ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἤθελε καὶ οἷς τισι. πρὸς ἐμὲ δὲ, οὐδὲν ὅλως ἐφθέγγετο περὶ αὐτῶν. καὶ μὴν ὡσαύτως ἐγὼ πρὸς ἐκεῖνον αὖ, περὶ τῶν δίωνος πραγμάτων, οὐδὲν ἔτι διελεγόμην. οὐδὲν γὰρ ἔτι πλέον ᾤμην ποιεῖν. μέχρι μὲν δὴ τούτων ταύτῃ μοὶ βεβοηθημένον ἐγεγόνει φιλοσοφίᾳ καὶ φίλοις, τὸ δὲ μετὰ ταῦτα ἐζῶμεν ἐγὼ καὶ διονύσιος· ἐγὼ μὲν βλέπων ἔξω, καθάπερ ὄρνις ποθῶν ποθὲν ἀναπτέσθαι. ὁ δὲ διαμηχανώμενος τίνα τρόπον ἀνασοβήσοι με, μηδὲν ἀποδοὺς τῶν δίωνος. ὅμως δὲ ἔφαμεν ἑταῖροί γε εἶναι πρὸς πᾶσαν σικελίαν. τῶν δὴ μισθοφόρων τοὺς πρεσβυτέρους, διονύσιος ἐπεχείρησεν ὀλιγομισθοτέρους ποιεῖν, παρὰ τὰ τοῦ πατρὸς ἔθη. θυμωθέντες δὲ οἱ στρατιῶται ξυνελέγησαν ἀθρόοι, καὶ οὐκ ἔφασαν ἐπιτρέψειν. ὁ δ᾽ ἐπεχείρει βιάζεσθαι, κλείσας τὰς τῆς ἀκροπόλεως πύλας. οἱ δ᾽ ἐφέροντο εὐθὺς πρὸς τὰ τείχη παιῶνά τινα βοήσαντες βάρβαρον καὶ πολεμικόν. οὗ δὴ περιδεὴς διονύσιος γενόμενος, ἅπαντα συνεχώρησε, καὶ ἔτι πλείω τοῖς τότε συλλεχθεῖσι τῶν πελταστῶν. λόγος δή τις ταχὺ διῆλθεν. ὡς ἡρακλείδης αἴτιος εἴη γεγονὼς πάντων τούτων. ὃν ἀκούσας, ὁ μὲν ἡρακλείδης, ἐκ ποδῶν αὐτὸν ἔχων ἀφανής. διονύσιος δὲ ἐζήτει

imò facilè cunctis significet velle me ipso nolente discedere: quísnam me naui asportare ex ædibus ipsis Dionysij audeat? Habitabam equidem, ne quid deesset incommodi, in ipsis qui circa ædes erant, hortis. Vnde me ianitor quidem nisi iubente Dionysio egredi permisisset. Quòd si annum permansero, habeo equidem quid Dioni significem notúmque faciam quibus sim cõstitutus, quídve agam. Ac si Dionysius nonnihil eorũ quæ promittit, seruauerit, opera tolerantiáq; hæc mea nõ omnino deridenda videbitur. patrimonium nanq; Dionis non pauciorum quàm centum talentorũ si quis rectè æstimare velit, cẽsebitur. At verò si ita res cadant vt eas verisimile est casuras, quò me vertá, nescio. Verumtamẽ fortè necesse est me annũ adhuc tolerantem machinationes Dionysij reipsa pro viribus redarguere. Cùm ita mecum consultauissem, sequenti mox die ad Dionysium retuli, videri mihi manendum. Sed addidi, ne existimaret me posse apud Dionem prorsus omnia quasi dominum, ideóque operæpretium esse vt vnà mecum ipse quoque ad eum scriberet, significans hæc nostra consilia, atque interrogans vtrum sibi hæc satisfaciant, nécne: & nunquid aliud præter ea quiddam exigat. Idque quàm primùm inquam scribendum esse. Interea verò nihil in re Dionis: ab eo noui esse tentandum. Hæc inter nos dicta sunt. In his fermè, vt nunc dico, conuenimus. Post hæc autem cùm iam naues abiissent: ideóque nulla mihi foret vlterius nauigandi facultas: Dionysius quasi nonnihil prætermissi reminiscens, Dimidia inquit bonorum Dionis pars filio iure manere debet, dimidia verò ad Dionem mitti. hanc ergo vendi curabo. Qua vendita, pecuniarum dimidium tibi tradam, quod ad Dionẽ perferatur: reliqua verò pars penes nos pro filio reseruabitur: ita enim ius ipsum exigit. His ergo illis dictis perculsus ridiculum putam amplius ea de re loqui. Dixi tamen dicere nos expectare à Dione responsum, atque rursus hæc ipsa ad illũ rescribere. At ille pòst nimis audacter patrimonium Dionis totum quanto libuit pretio, & quo pacto hæc, & quibus placuit vendidit. Mihi verò ea de re verbum omnino fecit nullum. at ego similiter posthac de re Dionis nihil vlterius locutus sum, quippe cùm nihil amplius me profecturum existimarem. Hactenus hac ratione & philosophiæ & amicis auxilium præstiti. post hæc autem ego & Dionysius ita viximus, vt ego quidem semper extrà spectarem, quasi auis quædam alicunde cupiens euolare: ille verò assiduè, quo pacto me cohiberet machinaretur de rebus quidem Dionis concedens nihil. In cæteris tamen negotiis per vniuersam Siciliam amicos inter nos esse fatebamur. Eo autem tempore Dionysius veteranis militibus stipendia minuere tentauit, præter parentis consuetudinem. Irati verò milites in vnum conuenerunt, neque id se toleraturos cõminabantur. Itaque ille clausis arcis ipsius portis coercere illos conabantur. At illi repétè aduentarũt ad mœnia, clamorẽ quendam barbarũ ac bellicũ attollẽtes. Quo metu conterritus Dionysius cũcta illi cõsueta, atq; etiá plura cõsuetis illis cõcessit. Rumor aũt fuit Heraclidẽ tumultus omnis causa extitisse. Quod Heraclides quidem persentiẽs clá fugá arripuit. Dionysius verò cũ illũ

caper

capere affectaret, neque inueniretur. Theodotem ad se in hortos accersiuit. Eram fortè tunc & ipse in hortis perambulans. Cætera quidem quę inter illos tractata sunt, neque scio neque dum colloquerētur, audiui: sed quæ me præsente inquit Dionysio Theodotes & noui & memini, O Plato ait, Dionysio suadeo huic, si Heraclidem huc adducere potero, criminibus in se delatis responsurum: ac si nolit deinde eum Dionysius in Sicilia permanere, saltem permittat vxorem filiúmque suscipere, atque in Peloponnesum abire ibique habitare, nihil ibi molientem contra Dionysium, & bonorũ quæ hîc possidet, fructus percipientē. Hac ergo fiducia Heraclidem iam vocaui. atque iterum vocabo. Siue igitur ex prima vocatione, siue ex secunda huc ille venerit, cum Dionysio constituebam rogabámque nequid mali Heraclidi inferatur vel extra vrbē vel in vrbe, tantum verò si videbitur, extra fines mittatur, donec aliter Dionysio videatur. Hæc inquit, Dionysi, concedisne? Concedo respondit, neque etiam siquando in ædibus tuis appareat, aliud quicquam mali esse passurum. Sequenti verò die in ipso crepusculo Eurybius & Theodotes ad me mirum in modum perterriti conuolarunt. Confestímque Theodotes, ô Plato, inquit affuisti heri conditionibus quibus de Heraclide Dionysius mecum tecúmque conuenit. Affui, inquam. At ille, nunc, inquit, discurrunt satellites ad Heraclidem comprehendendum: atque periculum est, ne ille propè alicubi sit. Sequere ergo nobiscum omni studio ad Dionysium. Iuimus itaque: & ingressi ad ipsum, illi quidem silentio stabant lacrymantes: ego verò inquam, verentur hi Dionysi, ne tu contrà quàm heri conuenerit, noui quicquam agas aduersus Heraclidem. Nam videtur ille mihi propè alicubi diuertisse, manifestéque adesse. Dionysius verò his auditis exarsit in iras, in variósque se mutauit colores. quales ira consueuit afferre. Et Theodotes ad pedes eius procũbens, manu eius apprehensa multis cũ lacrymis nequid tale faceret, deprecabatur. Tũc ego sermonem suscipiens eum consolaturus, Bono sis animo, inquam, ô Theodotes. Non enim aliter facere audet Dionysius quàm heri promisit. At Dionysius tyrannico nimium vultu me intuitus. Tibi, inquit, promisi nihil, siue magnum siue paruum. Imò verò per deos, inquam, promisisti non facturum te hæc ipsa, quæ nunc ne facias hic deprecatur. Hæc ego locutus egredior. Post hæc Dionysius quidem Heraclidem capere conabatur. Theodotes autem hæc per nuncios illi significans, vt fugam arriperet admonuit. Miserat quidem Dionysius & Tisiam quendam cum satellitibus, iubens passim Heraclidem insequi. Sed ille, vt fertur, anticipans & paruo quodam diei spatio satellites deuitans, intra Carthaginensium fines se recepit. Iam verò ex inimicitiis contra me exortis probabilem Dionysius occasionem quam per insidias diu captauerat, ne videlicet ad Dionem pecuniæ mitterentur, assecutus fuisse videtur. Ac primùm quidem ex arce me amisit, occasionem præferens quòd mulieres sacra decem dierum in quibus habitabam hortis essent facturæ. Itaque me per eos dies extra arcem apud Archedemum manere iussit. Interea Theodotes me ad se vocans, multa circa ea

λαβεῖν. ἀπορῶν δὲ Θεοδότην μεταπεμψάμενος εἰς τὸν κῆπον, ἔτυχον δ' ἐν τῷ κήπῳ καὶ ἐγὼ τότε περιπατῶν. τὰ μὲν οὖν ἄλλα οὔτ' οἶδα οὔτ' ἤκουον διαλεγομένων, ἃ δὲ ἐναντίον εἶπε Θεοδότης ἐμοῦ πρὸς Διονύσιον, οἶδά τε καὶ μέμνημαι. Πλάτων γὰρ ἔφη, Διονύσιον, ἐγὼ πείθω τουτονὶ, ἐὰν ἐγὼ δύνωμαι δεῦρο Ἡρακλείδην κομίσαι δυνατὸς ἡμῖν εἰς λόγους περὶ τῶν ἐγκλημάτων αὐτῷ τῶν νῦν γεγονότων, ἂν ἄρα μὴ δόξῃ δεῖν αὐτὸν οἰκεῖν ἐν Σικελίᾳ, τόν τε υἱὸν λαβόντα καὶ τὴν γυναῖκα, ἀξιῶ εἰς Πελοπόννησον ἀποπλεῖν, οἰκεῖν τε, βλάπτοντα μηδὲν Διονύσιον ἐκεῖ, καρπούμενον δὲ τὰ ἑαυτοῦ. μετεπεμψάμην μὲν οὖν, καὶ πρότερον αὐτόν. μεταπέμψομαι δὲ καὶ νῦν. ἄν τ' οὖν ἀπὸ τῆς προτέρας μεταπομπῆς ἄν τε καὶ ἀπὸ τῆς νῦν ὑπακούσῃ μοι. Διονύσιον δὲ ἀξιῶ καὶ δέομαι. ἄν τις ἐντυγχάνῃ Ἡρακλείδῃ ἐάν τ' ἐν ἀγρῷ, ἐάν τ' ἐνθάδε, μηδὲν ἄλλο αὐτῷ φλαῦρον γίγνεσθαι. μεταστῆναι δ' ἐκ τῆς χώρας ὡς ἂν ἄλλο τι Διονυσίῳ δόξῃ. ταῦτα ἔφη συγχωρεῖς, λέγων πρὸς τὸν Διονύσιον, συγχωρῶ μηδ' ἂν πρὸς τῇ σῇ ἔφη φανῇ οἰκίᾳ πείσεσθαι φλαῦρον μηδὲν παρὰ τὰ νῦν εἰρημένα. τῇ δὴ μετὰ ταύτην τὴν ἡμέραν δείλης, Εὐρύβιος καὶ Θεοδότης, προσηλθέτην μοι σπουδῇ τεθορυβημένω θαυμαστῶς. καὶ ὁ Θεοδότης, λέγει. Πλάτων ἔφη, παρῆσθα χθὲς οἷς περὶ Ἡρακλείδου Διονύσιος ὡμολόγει πρὸς ἐμὲ καὶ σέ. πῶς δ' οὐκ ἔφην. νῦν τοίνυν ἦ δ' ὅς, περιθέουσι πελτασταὶ, λαβεῖν Ἡρακλείδην ζητοῦντες. ὁ δ' εἶναί πῃ ταύτῃ κινδυνεύει. ἀλλ' ἡμῖν ἔφη συνακολούθησον πρὸς Διονύσιον ἁπάσῃ μηχανῇ. ᾠχόμεθα οὖν, καὶ εἰσήλθομεν παρ' αὐτόν. καὶ τὼ μὲν ἑστάτην σιγῇ δακρύοντε. ἐγὼ δὲ εἶπον. οἵδε πεφόβηνται, μή τι σὺ παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα ποιήσῃς περὶ Ἡρακλείδην νεώτερον. δοκεῖ γάρ μοι ταύτῃ πῃ γεγονέναι φανερὸς, ἀποτετραμμένος. ὁ δὲ ἀκούσας, ἀνεφλέχθη τε, καὶ παντοδαπὰ χρώματα ἧκεν, οἷα ἂν θυμούμενος ἀφείη. προσπεσὼν δ' αὐτῷ ὁ Θεοδότης, λαβόμενος τῆς χειρὸς, ἐδάκρυσέ τε καὶ ἱκέτευε, μηδὲν τοιοῦτον ποιεῖν. ὑπολαβὼν δ' ἐγὼ παραμυθούμενος, θάῤῥει Θεοδότα ἔφην. οὐ γὰρ τολμήσει Διονύσιος παρὰ τὰ χθὲς ὡμολογημένα, ἄλλα ποτὲ δρᾶν. καὶ ὃς ἐμβλέψας μοι καὶ μάλα τυραννικῶς, σοὶ ἔφη ἐγὼ, οὔτε τι σμικρὸν, οὔτε μέγα ὡμολόγησα. νὴ τοὺς θεοὺς ἦν δ' ἐγὼ, σύ γε ταῦτα ἅ σου νῦν ὅδε δεῖται ποιεῖν. καὶ εἰπὼν ταῦτα, ἀποστρεφόμενος ᾠχόμην ἔξω. τὸ μετὰ ταῦτα ὁ μὲν ἐκυνήγει τὸν Ἡρακλείδην. Θεοδότης δὲ ἀγγέλους πέμπων Ἡρακλείδῃ, φεύγειν διεκελεύετο. ὁ δὲ, ἐκπέμψας Τισίαν καὶ πελταστὰς διώκειν ἐκέλευε. φθάνει δὲ ὡς ἐλέγετο Ἡρακλείδης, εἰς τὴν Καρχηδονίων ἐπικράτειαν ἐκφυγὼν ἡμέρας σμικρῷ τινι μέρει. τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ἡ πάλαι ἐπιβουλὴ Διονυσίῳ τοῦ μὴ ἀποδοῦναι τὰ Δίωνος χρήματα, ἔδοξεν ἔχθρας λόγον ἔχειν ἂν πρός με πιθανόν. καὶ πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ἐκπέμπει με διευρὼν πρόφασιν. ὡς τὰς γυναῖκας ἐν τῷ κήπῳ ἐν ᾧ κατῴκουν ἐγὼ, δέοι θῦσαι θυσίαν τινὰ δεχήμερον. ἔξω δή με παρ' Ἀρχεδήμῳ προσέταττε τὸν χρόνον τοῦτον μεῖναι. ὄντος δέ μου ἐκεῖ Θεοδότης μεταπεμψάμενός με, πολλὰ περὶ τῶν

τότε πραχθέντων ἠγανάκτει, καὶ ἐμέμφετο διονυσίῳ. ὁ δ' ἀκούσας ὅτι παρὰ θεοδότην εἴην εἰσεληλυθὼς, πρόφασιν αὖ ταύτην ἄλλην τῆς πρὸς ἐμὲ διαφορᾶς ποιούμενος ἀδελφὴν τῆς πρόσθεν, πέμψας τινὰ ἠρώτα με, εἰ ξυγγιγνοίμην ὄντως μεταπεμψαμένου με θεοδότου. κἀγὼ παντάπασιν ἔφην. ὁ δὲ ἐκέλευε τοίνυν ἔφη σοι φράζειν, ὅτι καλῶς οὐδαμῇ ποιεῖς, δίωνα, καὶ τοὺς δίωνος φίλους, ἀεὶ περὶ πλείονος αὐτοῦ ποιούμενος. ταῦτ' ἐρρήθη. καὶ οὐκέτι μετεπέμψατό με εἰς τὴν οἴκησιν πάλιν. ὡς ἤδη σαφῶς θεοδότου μὲν ὄντος μου καὶ ἡρακλείδου φίλων, καὶ τοῦ δ' ἐχθροῦ, καὶ οὐκέτ' εὐνοεῖν ᾤετό με, ὅτι δίωνι τὰ χρήματα ἔρρει παντελῶς. ᾤκουν δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἔξω τῆς ἀκροπόλεως ἐν τοῖς μισθοφόροις. προσιόντες δέ μοι, ἄλλοι τε καὶ οἱ τῶν ὑπηρεσιῶν ὄντες ἀθήνηθεν ἐμοὶ πολῖται, ἀπήγγελλον ὅτι διαβεβλημένος εἴην ἐν τοῖς πελτασταῖς, καί μοι τινὲς ἀπειλοῖεν, εἴπου λήψοιντό με διαφθερεῖν. μηχανῶμαι δή τινα τοιάνδε σωτηρίαν. πέμπω παρ' ἀρχύτην καὶ τοὺς ἄλλους φίλους εἰς τάραντα, φράζων ἐν οἷς ὢν τυγχάνω. οἱ δὲ, πρόφασίν τινα πρεσβείας πορισάμενοι παρὰ τῆς πόλεως, πέμπουσι τριακόντορον, καὶ λαμίσκον αὐτῶν ἕνα. ὃς ἐλθὼν, ἐδεῖτο διονυσίου περὶ ἐμοῦ λέγων ὅτι βουλοίμην ἀπιέναι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποιεῖν. ὁ δὲ, ξυνωμολόγησε καὶ ἀπέπεμψεν ἐφόδια δούς. τῶν δίωνος δὲ χρημάτων, οὔτ' ἐγώ τι ἀπῄτουν, οὔτε τις ἀπέδωκεν. ἐλθὼν δὲ εἰς πελοπόννησον, εἰς ὀλυμπίαν δίωνα καταλαβὼν θεωροῦντα, ἤγγελλον τὰ γεγονότα. ὁ δὲ τὸν δία ἐπιμαρτυράμενος, εὐθὺς παρήγγελλεν ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς οἰκείοις καὶ φίλοις, παρασκευάζεσθαι τιμωρεῖσθαι διονύσιον. ἡμᾶς μὲν ξεναπατίας χάριν, οὕτω γὰρ ἔλεγέ τε καὶ ἐνόει. αὐτὸς δ' ἐκβολῆς ἀδίκου καὶ φυγῆς. ἀκούσας δ' ἐγὼ τοὺς μὲν φίλους παρακαλεῖν ἐκέλευον εἰ βούλοιντο. ἐμὲ δ' εἶπον ὅτι σὺ μετὰ τῶν ἄλλων βίᾳ τινὰ τρόπον σύσσιτον καὶ συνέστιον καὶ κοινωνὸν ἱερῶν διονυσίῳ ἐποίησας, ὃς ἴσως ἡγεῖτο διαβαλλόντων πολλῶν ἐπιβουλεύειν ἐμὲ μετὰ σοῦ ἑαυτῷ καὶ τῇ τυραννίδι. καὶ ὅμως οὐκ ἀπέκτεινεν, ᾐδέσθη δέ. οὔτ' οὖν ἡλικίαν ἔχω συμπολεμεῖν ἔτι σχεδὸν οὐδενί. κοινός τε ὑμῖν εἰμί. ἄν ποτέ τι πρὸς ἀλλήλους δεηθέντες φιλίας ἀγαθόν τι ποιεῖν βουληθῆτε. κακὰ δὲ ἕως ἂν ἐπιθυμῆτε, ἄλλους παρακαλεῖτε. ταῦτα εἶπον, μεμισηκὼς τὴν περὶ σικελίαν πλάνην καὶ ἀτυχίαν. ἀπειθοῦντες δὲ καὶ οὐ πειθόμενοι ταῖς ὑπ' ἐμοῦ διαλλάξεσι, πάντων τῶν νῦν γεγονότων κακῶν αὐτοὶ αἴτιοι ἐγένοντο αὐτοῖς. ὧν εἰ διονύσιος ἀπέδωκε τὰ χρήματα δίωνι. ἢ καὶ παντάπασι κατηλλάγη, οὐκ ἄν ποτ' ἐγένετο οὐδέν. ὅσα γε δὴ τἀνθρώπινα. δίωνα γὰρ ἐγὼ καὶ τῷ βούλεσθαι, καὶ τῷ δύνασθαι, κατεῖχον ἂν ῥᾳδίως. νῦν δὲ ὁρμήσαντες ἐπ' ἀλλήλους, κακῶν πάντα ἐμπεπλήκασι. καίτοι τήν γε αὐτὴν δίων εἶχε βούλησιν, ἥνπερ ἂν ἐγὼ φαίην δεῖν ἐμέ. καὶ ἄλλον ὅστις μέτριος, περί τε τῆς αὐτοῦ δυνάμεως καὶ φίλων καὶ περὶ πόλεως τῆς αὐτοῦ διανοεῖτ' ἂν εὐεργετῶν ἐν δυνάμει καὶ τιμαῖσι γίγνεσθαι τὰ μέγιστα ἐν τοῖς μεγίσταις. ἔτι δὲ οὐκ ἄν τις

quæ tunc facta erant, de Dionysio conquestus est. Dionysius verò cùm audiuisset ad Theodotem me profectum fuisse, nactus & hanc rursus occasionem contra me odij, priori similem, misit ad me, qui percontaretur, nunquid apud Theodotem vocatus aliquando fuissem: Atque ego adfuisse liberè confessus sum. Tunc ille: Iussit ergo inquit, Dionysius me tibi edicere, non rectè facere te: quòd Dionẽ Dionísque amicos pluris quàm ipsum semper æstimes. Hæc dicta fuerunt. Nec vnquam postea me in suas ædes vocauit: quasi manifestè Theodotis Heraclidísque amicum: sibi verò inimicum, ac propterea infensum, quòd res Dionis iam omnino periissent. Habitabam deinde extra arcem inter milites mercede conductos. Adeuntes verò me, & alij quidam, & ministrorum aliqui Athenienses patria, significarunt calumnias aduersus me inter milites fuisse diffusas. Præterea quosdam comminatos esse, sicubi nanciscantur interfecturos. Excogito igitur euasionem eiusmodi. Mitto Tarentum ad Archytã, aliósque amicos, significans in quo essem discrimine cõstitutus. Illi verò occasionem quandam legationis patriæ nomine excogitantes, Lamiscum eorum vnum, vnà cum naui ordinis triginta remorum mittũt. Qui veniens ad Dionysium, rogauit, vt me omnino pro voluntate mea saluum abire permitteret. Ille autem assensus me dimisit commeatum præbens. Pecunias verò Dionis neque ego petij, neque quisquam dedit. Post hæc cùm in Peloponnesum peruenissem, ibíque offendissem Dionem ludos spectantem Olympiacos, quæ facta fuerant, enarraui, Ille verò Iouem testatus, statim mihi meísq; propinquis & amicis edixit, se pœnas à Dionysio exacturum: tum quòd me illic hospitem decepisset: sic enim ille & dixit & sensit: tũ quòd ipsum iniustè admodum expulisset. Hæc ego audiens, suasi vt ad hæc si videretur, amicos alios conuocaret. Me autem quoniam & sua & aliorum opera quasi violenta impulissent in Dionysij familiaritatẽ, habitationis, victus, sacrorum communione astrictum, putarent quasi medium quendam, æquúmque vtrinque esse debere: præsertim cùm iamdiu multis apud Dionysium me calumniantibus quasi tecum ipsi tyrannidíque eius insidiantem, ipse non occiderit quidem, sed reueritus sit. Ad hæc ætatem meam rebus bellicis ineptam esse addidi: simúlque medium quendam me inter eos esse, siquando cõciliatore quodã opus sit, qui resarcire optãtib. amicitiam possit. Quamdiu verò odiis certabitis, ad hęc adiutores alios aduocabitis. Hæc ego inquã, perosus errorem fortunámque in Sicilia mihi aduersam. Quoniam verò illi rationibus meis non obtẽperauerunt, omnium quæ sequuta sunt malorum ipsimet sibi causá præbuere. Profectò si Dionysius res Dioni suas restituisset vel potiùs si omnino placat⁹ fuisset nihil prout cõditio fert humana, accidisset aduersi. Ná Dionẽ quidẽ pro volũtate mea, & consilio, & autoritate facilè continuissem. Contrà verò nunc in se inuicem impetum facientes omnia calamitatibus impleuere. Dio certè eandem habebat voluntatem quam ego dicerem & mihi & aliis quicunque moderati sunt, habendam esse: videlicet vt potestas vel propria, vel amicorum, vel ciuitatis optetur, quò in ipsis honoribus & potẽtiis quis cõstitutus prę sertim in maximis, se & suos & patriá beneficiis iustis afficiat. Neq; verò id fit, si quis

ad id duntaxat incumbat, vt diuitiis se amicósque, & vtlibet ærarium expleat per insidias crudelúmque coniurationes: ipse pauper videlicet impotés se continere, se præ animi angustia voluptatibus succumbens: præterea opulentos homines tanquam inimicos decernens trucidet, rapiátque pecunias: atque interea sociis, familiaribúsque edicat, sibi quidem in his cùm sit egenus, succensendum non esse. Eodem modo si quis similiter ciuitatem suam beneficiis afficiens honoretur ab ipsa: dum multis res paucorum ciuium per sua decreta distribuit: vel si quis magnæ præsidens ciuitati pluribus minoribúsque ciuitatibus imperanti pecunias minorum ciuitatum iniustè attribuat suæ. Hoc enim pacto, neque Dio, neque alius vnquam spōte sua ad potentiam progreditur perniciosam & sibi & posteris perpetuò futuram. Prudens verò ad constituendam accedit Rempublicam legésque condendas iustissimas atque optimas. & id quidem absque cædibus, expulsionibúsque ciuilibus. Quæ modò cùm ageret Dio constituens pati impias iniurias potius quàm facere, cauens quoque ne ipse pateretur: cecidit tamen, cùm iam ad summum superandorum hostium peruenisset. Neque mirum alicui quod accidit Dioni videri debet. Pium enim virum temperatúmque & prudentem, omnino quidem in rebus eiusmodi impij nunquam fallunt. Sed neque mirandum est si idem, quod probo gubernatori forsan acciderit: quem futura tempestas haud admodum latet. sed insueta & idcirco improuisa tempestatum magnitudo latere potest, ac vi latendo submergere. Hoc vtique modo Dionem fors aliquantùm fefellisse videtur. Quòd enim mali essent, eum non latebat, quamuis quàm profunda esset in eis inscitia & iniquitas voracitásque latuerit. Qua quidem in re deceptus occubuit, Siciliam incredibili dolori subjiciens. Quæ igitur post hæc quæ narrata sunt vobis consulo, hactenus quidem dicta sint. Quibus autem de causis ipse in Siciliam quasi compulsus redierim, ostēdere arbitratus sum oportere, nequi reuersio mea absurda ac præter rationem suscepta videretur. Quamobrem sicui quæ nunc dixi probabiliora visa sunt, ac sufficientes extitisse occasiones cur ita fieret, videntur, satis quidē sufficienterque iam fuisse dictum putabimus.

Plato Dionis propinquis & amicis.

QVa potissimum viuendi ratione prosperè succedant res, reuera conabor vobis pro viribus enarrare. Spero autem non vobis solùm, quæ in rē vestram sint, me consulturum: quanquā vobis quidem maximè: sed & omnibus qui sunt Siracusis: tertiò inimicis etiam vestris & hostibus præterquā si quis illorum impio seipsum scelere polluit. Hæc enim insanabilia sunt, neque expiare vnquam hæc quisquam posset. Considerate verò quod in præsentia dicam. omne iam vestrū circa Siciliam omnem dissoluta tyrannide consilium atq; studium in his versatur. Nempe alij quidem affectant tyrannidem iterum suscitare: alij tyrannidis memoriam omnē prorsus extinguere: consiliū verò in eiusmodi reb. apud multos rectū vbiq; videri solet: si ita res cōstituantur, vt hostes quàm maximis afficiantur malis

πλούσιον ἑαυτὸν ποιήσῃ καὶ ἑταίρους καὶ πόλιν ἐπιβουλεύσας, καὶ ξυνωμότας συναγαγὼν πένης ὤν, καὶ ἑαυτοῦ μὴ κρατῶν ὑπὸ δειλίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ἡττημένος. εἶτα τοὺς τὰς οὐσίας κεκτημένους ἀποκτείνας ἐχθροὺς καλῶν τούτους, διαφορῇ τὰ τούτων χρήματα καὶ τοῖς συνεργοῖς τε καὶ ἑταίροις παρακελεύηται ὅπως μηδεὶς αὐτῷ ἐγκαλῇ πένης φάσκων εἶναι. ταυτὸν δὲ καὶ τὴν πόλιν ἂν οὕτω τις εὐεργετῶν, τιμᾶται ὑπ' αὐτῆς, τοῖς πολλοῖς τὰ τῶν ὀλίγων ὑπὸ ψηφισμάτων διανέμων. ἢ μεγάλης προεστὼς πόλεως καὶ πολλῶν ἀρχούσης ἐλαττόνων, τῇ ἑαυτοῦ πόλει τὰ τῶν σμικροτέρων χρήματα διανέμῃ κατὰ δίκην. οὕτω μὲν γὰρ οὔτε Δίων, οὔτε ἄλλος ποτὲ οὐδεὶς, ἐπὶ δύναμιν ἑκὼν εἶσιν ἀλιτηριώδη ἑαυτῷ τε καὶ γένει, εἰς τὸν αἰεὶ χρόνον, ἐπὶ πολιτείαν δὲ καὶ νόμων κατασκευὴν τῶν δικαιοτάτων τε καὶ ἀρίστων, ἔτι δι' ὀλιγίστων θανάτων καὶ φυγῶν γιγνομένην. ἃ δὴ Δίων νῦν πράττων, προτιμήσας τὸ πάσχειν ἀνόσια τοῦ δρᾶσαι πρότερον. διευλαβούμενος δὲ μὴ παθεῖν, ὅμως ἔπταισεν, ἐπ' ἄκρον ἐλθὼν τοῦ περιγενέσθαι τῶν ἐχθρῶν. θαυμαστὸν παθὼν οὐδέν. ὅσιος γὰρ ἄνθρωπος ἀνοσίων πέρι, σώφρων τε καὶ ἔμφρων τὸ μὲν ὅλον, οὐκ ἄν ποτε διαψευσθείη τῆς ψυχῆς τῶν τοιούτων πέρι. κυβερνήτου δὲ ἀγαθοῦ πάθος ἂν ἴσως οὐ θαυμαστὸν εἰ πάθοι. ὃν χειμὼν μὲν ἐσόμενος, οὐκ ἂν πάνυ λάθοι. χειμώνων δὲ ἐξαίσιον καὶ ἀπροσδόκητον μέγεθος, λάθοι τ' ἂν, καὶ λαθὸν κατακλύσειε βίᾳ. ταυτὸν δὴ καὶ Δίωνα ἔσφηλε δι' ὀλιγίστων. κακοὶ μὲν γὰρ ὄντες αὐτὸν σφόδρα οὐκ ἔλαθον οἱ φήλαντες. ὅσον δὲ ὕψος ἀμαθίας εἶχον, καὶ τῆς ἄλλης μοχθηρίας τε καὶ λαιμαργίας ἔλαθον. ᾧ δὴ σφαλεὶς κεῖται. Σικελίαν πένθει περιβαλὼν μυρίῳ. τὰ δὴ μετὰ τὰ νῦν ῥηθέντα ἃ ξυμβουλεύω, σχεδὸν εἴρηταί μοι καὶ εἰρήσθω. ὧν δ' ἐπανέλαβον ἕνεκα τὴν εἰς Σικελίαν ἄφιξιν τὴν δευτέραν, ἀναγκαῖον εἶναι ἔδοξέ μοι ῥηθῆναι δεῖν, διὰ τὴν ἀτοπίαν καὶ ἀλογίαν τῶν γενομένων. εἰ δ' ἄρα τινὶ τὰ νῦν ῥηθέντα εὐλογώτερα ἐφάνη, καὶ προφάσεις πρὸς τὰ γενόμενα ἱκανὰς ἔχειν ἔδοξέ τῳ, μετρίως ἂν ἡμῖν καὶ ἱκανῶς εἴη τὰ νῦν εἰρημένα.

Πλάτων τοῖς Δίωνος οἰκείοις τε καὶ ἑταίροις, εὖ πράττειν.

Ἃ δ' ἂν διανοηθέντες μάλιστα εὖ πράττοιτε, ὄντως πειράσομαι ταῦθ' ὑμῖν κατὰ δύναμιν διεξελθεῖν. ἐλπίζω δὲ, οὐχ ὑμῖν μόνοις ξυμβουλεύσειν τὰ συμφέροντα. μάλιστά γε μὴν ὑμῖν. καὶ δευτέροις πᾶσι τοῖς ἐν Συρακούσαις. τρίτοις δ' ὑμῶν καὶ τοῖς ἐχθροῖς καὶ πολεμίοις, πλὴν εἴ τις αὐτῶν ἀνοσιουργὸς γέγονε. ταῦτα γὰρ ἀνίατα, καὶ οὐκ ἄν ποτέ τις αὐτὰ ἐκνίψε. νοήσατε δὲ, ἃ λέγω νῦν. ἔθ' ἡμῖν κατὰ Σικελίαν πᾶσαν λελυμένης τῆς τυραννίδος, πᾶσα μάχη περὶ αὐτῶν τούτων, τῶν μὲν βουλομένων ἀναλαβεῖν πάλιν τὴν ἀρχήν. τῶν δὲ τῇ τῆς τυραννίδος ἀποφυγῇ τέλος ἐπιθεῖναι. ξυμβουλὴ δὲ περὶ τῶν τοιούτων, ὀρθὴ δοκεῖ ἑκάστοτε τοῖς πολλοῖς εἶναι. ταῦτα ξυμβουλεύειν δεῖν, ἃ τοὺς μὲν πολεμίους, ὡς πλεῖστα κακὰ ἐξεργάσεται.

τοὺς δὲ φίλους, ὡς πλεῖστα ἀγαθά. τὸ δὲ οὐδαμῶς ῥᾴδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἄλλους, μὴ οὐ καὶ πάσχειν αὐτὸν πολλὰ ἕτερα. δεῖ δὲ οὐ μακρὰν ἐλθόντας ποι, τὰ τοιαῦτα ἐναργῶς ἰδεῖν. ἀλλ' ὅσα νῦν γέγονε τῇδε αὐτοῦ περὶ σικελίαν. τῶν μὲν ἐπιχειρούντων δρᾶν, τῶν δὲ ἀμύνασθαι τοὺς δρῶντας. ἃ κἂν ἄλλοις μυθολογοῦντες ἱκανοὶ γίγνοισθ' ἂν ἑκάστοτε διδάσκαλοι. τούτων μὲν δὴ σχεδὸν, οὐκ ἀπορία. τῶν δὲ ὅσα γένοιτ' ἂν ἢ πάντῃ συμφέροντα ἐχθροῖς τε καὶ φίλοις, ἢ ὅτι σμικρότατα κακὰ ἀμφοῖν, ταῦτα οὔτε ῥᾴδιον ὁρᾶν, οὔτε ἰδόντα ἐπιτελεῖν. εὐχῇ δὲ προσέοικεν, ἡ τοιαύτη ξυμβουλή τε καὶ ἐπιχείρησις τοῦ λόγου. ἔστω δὴ παντάπασι μὲν εὐχή τις. ἀπὸ γὰρ θεῶν χρὴ πάντα ἀρχόμενον, αἰεὶ λέγειν τε καὶ νοεῖν. ἐπιτελὴς δ' εἴη σημαίνουσα ἡμῖν τοιόνδε τινὰ λόγον. νῦν ὑμῖν καὶ τοῖς πολεμίοις σχεδὸν, ἐξ οὗπερ γέγονεν ὁ πόλεμος, συγγένεια ἄρχει μία διὰ τέλους, ἣν ποτε κατέστησαν οἱ πατέρες ὑμῶν, εἰς ἀπορίαν ἐλθόντες τὴν ἅπασαν. τόθ' ὅτε κίνδυνος ἐγένετο ἔσχατος σικελίᾳ τῇ τῶν ἑλλήνων, ὑπὸ καρχηδονίων ἀνάστατον ὅλην ἐκβαρβαρωθεῖσαν γενέσθαι. τότε γὰρ εἵλοντο διονύσιον μὲν ὡς νέον καὶ πολεμικὸν, ἐπὶ τὰς τοῦ πολέμου πρεπούσας αὐτῷ πράξεις. σύμβουλον δὲ καὶ πρεσβύτερον ἱππαρῖνον, ἐπὶ σωτηρίᾳ τῆς σικελίας αὐτοκράτορας ὥς φασι τυράννους ἐπονομάζοντες. καὶ εἴτε δὴ θείαν τις ἡγεῖσθαι βούλεται τύχην καὶ θεὸν, εἴτε τὴν τῶν ἀρχόντων ἀρετὴν, εἴτε τὸ ξυναμφότερον, μετὰ τῶν τότε πολιτῶν τῆς σωτηρίας αἰτίαν ξυμβῆναι γενομένην, ἔστω ταύτῃ ὅπῃ τις ὑπολαμβάνει. σωτηρία δ' οὖν, οὕτως συνέβη τοῖς τότε γενομένοις. τοιούτων οὖν αὐτῶν γεγονότων, δίκαιόν που τοῖς σώσασι, πάντας χάριν ἔχειν. εἰ δέ τι τὸν μετέπειτα χρόνον ἡ τυραννὶς οὐκ ὀρθῶς τῇ τῆς πόλεως δωρεᾷ κατακέχρηται, τούτων δίκας τὰς μὲν ἔχει. τὰς δὲ, τινέτω. τίνες οὖν δὴ δίκαι ἀναγκαίως ὀρθαὶ γίγνοιντ' ἂν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων αὐτοῖς. εἰ μὲν ῥᾳδίως ὑμεῖς ἀποφυγεῖν οἷοί τ' ἦτε αὐτοὺς καὶ ἄνευ μεγάλων κινδύνων καὶ πόνων. ἢ κεῖνοι ἑλεῖν εὐπετῶς πάλιν τὴν ἀρχὴν, οὐδ' ἂν συμβουλεύειν οἷόν τ' ἦν τὰ μέλλοντα ῥηθήσεσθαι. νῦν δ' ἐννοεῖν ὑμᾶς ἀμφοτέρους χρεὼν, καὶ ἀναμιμνήσκεσθαι, ποσάκις ἐν ἐλπίδι ἑκάτεροι γεγόνατε, τοῦ νῦν οἴεσθαι σχεδὸν αἰεί τινος σμικροῦ ἐπιδεεῖς εἶναι τὸ μὴ πάντα κατὰ νοῦν πράττειν. καὶ δὴ καὶ ὅτι τὸ σμικρὸν τοῦτο, μεγάλων καὶ μυρίων κακῶν αἴτιον ἑκάστοτε ξυμβαίνει γιγνόμενον καὶ πέρας οὐδέποτε τελεῖται, ξυνάπτει δ' αἰεὶ παλαιὰ τελευτὴ δοκοῦσα, ἀρχὴ φυομένη νέα. διολεῖσθαι δ' ὑπὸ τοῦ κύκλου τούτου κινδυνεύσει καὶ τὸ τυραννικὸν ἅπαν καὶ τὸ δημοτικὸν γένος. ἥξει δ' ἐάνπερ τῶν εἰκότων γίγνηταί τι καὶ ἀπευκτῶν, σχεδὸν εἰς ἐρημίαν τῆς ἑλληνικῆς φωνῆς σικελία πᾶσα φοινικῶν ἢ ὀπικῶν μεταβαλοῦσα εἴς τινα δυναστείαν καὶ κράτος. τούτων δὴ χρὴ πάσῃ προθυμίᾳ πάντας τοὺς ἕλληνας τέμνειν φάρμακον. εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τε ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνεγκὼν εἰς τὸ μέσον

amicis autem beneficij plurimùm afferatur. At verò nequaquam id facile est, vt qui multa aliis inferunt damna, ipsi non multa vicissim ab aliis patiantur. Neque nunc opus est horum exempla longè perquirere: quippe cùm quæ nuper in Sicilia acciderunt, satis exemplo nobis esse possint. Cuncta enim sic accidisse videntur, dum alij quidem inferre mala, alij verò repellere & vlcisci contenderent. In quibus enarrandis idonei aliorum magistri vbique esse potestis: vt in his percipiendis nulla ferme sit difficultas. Quæ verò aut cunctis tam inimicis quàm amicis vtilia sint, aut saltem quæ his quàm minimum obsint, hæc certè ipsa, nec facile est perspicere, neque postquam perspexeris, ad votũ perficere. Hæc igitur consultatio atque inquisitio voto persimilis esse videtur. Ideóque sit nobis ipsa omnino tanquam votum & deprecatio quædam. Omnibus enim in rebus & dicendis & cogitandis principium semper à dijs est sumendum. Votum vtique eiusmodi absolutum talem nobis significabit rationem, quæ vobis simul, inimicisq; conducat. Principiò ex quo tempore bellum in Sicilia gestum est: familia vna continuè dominata est: quam publicis rebus præfecerunt vestri maiores, in summo tunc periculo constituti, cũ à Carthaginensibus premerentur, venissétque res in extremum discrimen, ne Sicilia quæ excolebatur à Græcis, iam à Barbaris euerteretur atque deuastaretur. Tũc igitur Dionysium quidem elegerunt, vt iuuenem bello strenuum: qui rebus bellicis conuenientibus sibi præesset: Hipparinum verò vt pote seniorem, consilio res moderari voluerunt. Atque pro totius Siciliæ salute absolutam his autoritatem concedentes, tyrannos, vt fertur appellauerunt. Proinde siquis fortunam quandam diuinam, Deúmque siue eorũ quibus commissa res est, virtutem, siue vtrunque vnà cum temporis illius ciuibus, salutis illius causam extitisse censeat: esto id quidem vt quisque existimat. Salus certè hoc pacto tunc illis parta est. Quamobrem cùm ita se illi gessissent, iustum erat gratiam ab illis qui seruati erant, referri. Siquid autẽ postea mali tyrannis ipsa munere ciuitatis abutens patrauit, habet quidẽ sceleris sui iudices: vnde & pœnas persoluat. Sed quænam illis pœnæ ob ea quæ acta sunt, necessariò rectéque admoueri possunt? Si enim vel vos illorum vim facilè propulsare possetis, & absque magnis periculis laboribúsque id facere, vel illi se dominationẽ facilè recepturos arbitrarentur: haud sanè possemus ea vobis quæ nunc dicturi sumus consulere. Nunc verò vtriq; considerare atque meminisse debetis, quoties iam alterutri in spem propè certam peruenistis cõsequendi quod optabatis, paulùm deesse opinantes ad cuncta pro arbitrio consequenda. idipsum tamen paulùm ingentium plurimorúmque malorum vbiq; causa extitit, nequédum peruenit ad terminum: sed continuata quadam successione inueterati iã mali apparenti termino principium suboritur nouũ. Eiusmodi verò circuitus rerúmque vicissitudo perditura videtur tyrannicum genus simulatque populare: & quantum verisimile ratione formidandum portenditur, tota Sicilia in Græcæ linguæ obliuionem lapsura videtur, ad Phœnicum Opicorúmq; potestatem dominationémque translata. Quamobrem contra hæc Græci omnes omni prouidentia remedium afferre debebit. Siquis igitur rectius meliúsq; consiliũ eo quod à me dicetur, adducat in mediũ

meritò

meritò Græcorum amator cognominabitur. Quæ verò quodammodo sit mea sententia, conabor nūc libere prorsùs communi ratione, legéq; fretus exponere. Ego igitur personam mihi arbitri assumēs, quemadmodum iamdiu consueui, tam exercenti quàm præferenti tyrannidē communiter consulam. Atque in primis omni tyranno: vt appellationem hanc, rémq; ipsam fugiat, atq; in regnum, si potest fieri transferat. Fieri verò posse, Lycurgus vir bonus & sapiens te demonstrauit. Is enim cùm videret genus proprium Argis, & apud Messenios ex regno in tyrannidem iam translatum, ideóque hos populos vtrosque tam seipsos perdentes quàm ciuitates vtrinque vtrasque timens patriæ simul & generi remedium adhibuit senatum procreans, Ephororúmque magistratum in regni salutem. Quapropter tot iam secula seruatur cum gloria: postquam videlicet lex autoritatis plena hominū regina facta est, non autem homines legum tyrāni. Ad hoc ipsum in præsentia ratio mea omnes homines cohortatur, suadens his qui tyrannidem affectant, declinare ac fugere indefesso quodam studio eiusmodi famelicorum stultorúmque hominum felicitatem: atq; ad regiam gubernationis formā pro viribus se trāsferre legibúsq; regis obtemperare, maximos honores ab hominibus legibúsque volentibus quandoque reportaturis. Qui verò omnibus viuendi præferunt libertatem, iugum verò seruile fugiunt tanquam malum, ij caueant moneo, ne insatiabili importunæ libertatis auiditate in maiorum suorum incidant morbum. Quem quidem illi propterea passi sunt; quòd nulli parere volentes libertatis amore intemperanter abusi sunt. Qui enim ante Dionysium & Hipparinum in Sicilia gubernabant, beatè sibi viuere videbantur, libidinibus dissoluti, principibus imperantes. Præterea decem ante Dionysium præfectos depositos profligarunt, neminem secundum legem iudicantes, quo nulli subessent homini iustè iudicanti, aut dominanti legi, sed omnino in singulis liberi forent. Qua quidem causa illis tyrannides exortæ sunt. Seruitus enim ac libertas, si modum excedat, vtraque mala est: si modum obseruet, vtraque bona, moderata quidem seruitus est, quæ Deo exhibetur: immoderata verò quæ hominibus. Deus quidem hominibus temperatis lex est: intemperatis verò voluptas. Cùm igitur hæc ita natura se habeant quę consulo, mando Dionis amicis, ea Syracusanis omnibus promulganda ex communi Dionis meáque sententia. Equidem vobis exponam quæ ille adhuc spirans locutus est. Quam igitur rationem, quæret quispiam, circa præsentia nobis Dionis consilium affert? hanc verò omnium primá nunc accipite. Principiò leges tales sint, quæ non ad opes pecuniásq; comparādas neq; ad libidines mētes conuertant. sed cū tria sint, anima, corpus, pecunia: virtutē animi maximè anteponant: Secundo verò loco virtutem corporis virtuti animi seruientem: Tertio vltimóq; gradu pecuniarum pretium collocent, animo, corporíq; ministrans. Quæcunq; lex efficit recta est, reuera beatitudinem vtentibus afferens. Locupletes verò beatos appellare, sermo amens est, & infelix

ὀρθότατα φιλέλλην ἂν λεχθείη. ὃ δέ μοι φαίνεται πῃ, ταυτὶ νῦν ἐγὼ πειράσομαι πάσῃ παρρησίᾳ καὶ κοινῷ τινι δικαίῳ λόγῳ χρώμενος, δηλοῦν. λέγω γὰρ δὴ διαιτητοῦ τινα τρόπον διαλεγόμενος, ὡς δυοῖν τυραννεύσαντί τε καὶ τυραννευθέντι, ὡς ἐν ἑκατέρῳ παλαιὰν ἐμὴν ξυμβουλήν. καὶ νῦν γε ὅ γ' ἐμὸς λόγος ἂν εἴη ξύμβουλος τυράννῳ παντί. φεύγειν μὲν τοὔνομά τε καὶ τοὔργον τοῦτο. εἰς βασιλείαν δέ, εἰ δυνατὸν εἴη μεταβαλεῖν. δυνατὸν δέ, ὡς ἔδειξεν ἔργῳ σοφὸς ἀνὴρ καὶ ἀγαθὸς Λυκοῦργος. ὃς ἰδὼν τὸ τῶν οἰκείων γένος ἐν Ἄργει καὶ Μεσσήνῃ, ἐκ βασιλέων εἰς τυράννων δύναμιν ἀφικομένους, καὶ διαφθείραντας ἑαυτούς τε καὶ τὴν πόλιν ἑκατέρους ἑκατέραν, δείσας περὶ τῆς αὑτοῦ πόλεως ἅμα καὶ γένους, φάρμακον ἐπήνεγκε τὴν τῶν γερόντων ἀρχήν, καὶ τὸν τῶν ἐφόρων δεσμόν, τῆς βασιλικῆς ἀρχῆς σωτήριον, ὥστε γενεὰς τοσαύτας ἤδη μετ' εὐκλείας σώζεσθαι. νόμος ἐπειδὴ κύριος ἐγένετο βασιλεὺς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ ἄνθρωποι τύραννοι νόμων, ὃ δὴ καὶ νῦν ἐμὸς λόγος πᾶσι παρακελεύεται. τοῖς μὲν τυραννίδος ἐφιεμένοις, ἀποτρέπεσθαι καὶ φεύγειν φυγῇ ἀπλήστῳ. πεινώντων εὐδαιμόνισμα ἀνθρώπων καὶ ἀνοήτων. εἰς βασιλέως δ' εἶδος, πειρᾶσθαι μεταβάλλειν, καὶ δουλεῦσαι νόμοις βασιλικοῖς. τὰς μεγίστας τιμὰς κεκτημένοις. παρ' ἑκόντων τῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν νόμων. τοῖς δὲ δὴ ἐλεύθερα διώκουσιν ἤθη καὶ φεύγουσι τὸ δούλειον ζυγὸν ὡς ὂν κακόν, εὐλαβεῖσθαι ξυμβουλεύοιμ' ἄν, μή ποτε ἀπληστίᾳ ἐλευθερίας ἀκαίρου τινὸς, εἰς τὸ τῶν προγόνων νόσημα ἐμπέσωσιν. ὃ διὰ τὴν ἄγαν ἀναρχίαν οἱ τότε ἔπαθον, ἀμέτρῳ ἐλευθερίας χρώμενοι ἔρωτι. οἱ γὰρ πρὸ Διονυσίου καὶ Ἱππαρίνου ἄρξαντες Σικελιῶται. τότε ὡς ᾤοντο, εὐδαιμόνως ἔζων τρυφῶντές τε καὶ ἅμα ἀρχόντων ἄρχοντες, οἳ καὶ τοὺς δέκα στρατηγοὺς κατέλευσαν βάλλοντες τοὺς πρὸ Διονυσίου, κατὰ νόμον οὐδένα κρίναντες, ἵνα δὴ δουλεύοιεν μηδενί. μήτε σὺν δίκῃ, μήτε νόμῳ δεσπότῃ. ἐλεύθεροι δ' εἶεν πάντῃ πάντως. ὅθεν αἱ τυραννίδες ἐγένοντο αὐτοῖς. δουλεία γὰρ καὶ ἐλευθερία ὑπερβάλλουσα μὲν ἑκατέρα, πάγκακον. ἔμμετρος δὲ οὖσα, πανάγαθον. μετρία δὲ ἡ θεῷ δουλεία, ἄμετρος δὲ, ἡ τοῖς ἀνθρώποις. θεὸς δὲ ἀνθρώποις σώφροσι, νόμος. ἄφροσι δὲ ἡδονή. τούτων δὴ ταύτῃ πεφυκότων, ἃ ξυμβουλεύω Συρακουσίοις πᾶσι φράζειν παρακελεύομαι τοῖς Δίωνος φίλοις, ἐκείνου καὶ ἐμὴν κοινὴν ξυμβουλήν. ἐγὼ δὲ ἑρμηνεύσω ἃ ἐκεῖνος ἔμπνους ἂν καὶ δυνάμενος εἶπε νῦν πρὸς ὑμᾶς. τίν' οὖν δή τις ἂν εἴποι λόγον ἀποφαίνεται ἡμῖν περὶ τῶν νῦν παρόντων, ἡ Δίωνος ξυμβουλὴ τήνδε. δέξασθε ὦ Συρακούσιοι πάντων πρῶτον, νόμους οἵτινες ἂν ὑμῖν φαίνωνται, μὴ πρὸς χρηματισμὸν καὶ πλοῦτον τρέψοντες τὰς γνώμας ὑμῶν, μήτ' ἐπιθυμίας. ἀλλ' ὄντων τριῶν, ψυχῆς καὶ σώματος, ἔτι δὲ χρημάτων, πρώτην μὲν τὴν τῆς ψυχῆς ἐπιμέλειαν ἔχειν δεῖ. δευτέραν δὲ τὴν τοῦ σώματος, ὑπὸ τῇ τῆς ψυχῆς κειμένην. τρίτην δὲ καὶ ὑστάτην, τὴν τῶν χρημάτων τιμήν, δουλεύουσαν τῷ σώματί τε καὶ τῇ ψυχῇ. καὶ ὁ μὲν ταῦτα ἀπεργαζόμενος θεσμός, νόμος ἂν ὀρθῶς ὑμῖν εἴη κείμενος ὄντως εὐδαίμονας ἀποτελῶν τοὺς χρωμένους. ὁ δὲ τοὺς πλουσίους εὐδαίμονας ὀνομάζων λόγος, αὐτός τε ἄθλιος

γυναικῶν τε παίδων ὧν λόγος αὖ οἷος, τοὺς πειθομένους τε ἀπεργάζεται τοιούτους. ὅτι δ' ἀληθῆ ταῦτ' ἐγὼ παρακελεύομαι, ἐὰν γεύσησθε τῶν νῦν λεγομένων περὶ νόμων, ἔργῳ γνώσεσθε. ἡ δὴ βάσανος ἀληθεστάτη δοκεῖ γίγνεσθαι τῶν πάντων πέρι. δεξάμενοι δὲ τοὺς τοιούτους νόμους, ἐπειδὴ κατέχει κίνδυνος σικελίαν, καὶ οὔτε κρατεῖτε ἱκανῶς, οὔτ' αὖ διαφερόντως κρατεῖσθε, δίκαιον ἂν ἴσως καὶ ξυμφέρον γίγνοιτο ὑμῖν πᾶσι μέσον τεμεῖν, τοῖς τε φεύγουσι τῆς ἀρχῆς τὴν χαλεπότητα ὑμῖν, καὶ τοῖς τῆς ἀρχῆς πάλιν ἐρῶσι τυχεῖν. ὧν οἱ πρόγονοι, τὸ μέγιστον, ἔσωσαν ἀπὸ βαρβάρων τοὺς ἕλληνας, ὥστ' ἐξεῖναι περὶ πολιτείας νῦν ποιεῖσθαι λόγους. ἐρρύησαν δὲ τότε, οὔτε λόγος, οὔτ' ἐλπὶς ἐλείπετ' ἂν οὐδαμῇ οὐδαμῶς. νῦν οὖν, τοῖς μὲν ἐλευθερία γιγνέσθω, μετὰ βασιλικῆς ἀρχῆς. τοῖς δὲ, ἀρχὴ ὑπεύθυνος βασιλικὴ, δεσποζόντων νόμων τῶν τε ἄλλων πολιτῶν, καὶ τῶν βασιλέων αὐτῶν, ἂν παράνομον πράττωσιν. ἐπὶ δὲ τούτοις ξύμπασιν, ἀδόλῳ γνώμῃ, καὶ ὑγιεῖ μετὰ θεῶν βασιλέα στήσασθε. πρῶτον μὲν τὸν ἐμὸν υἱὸν χαρίτων ἕνεκα διττῶν, τῆς τε παρ' ἐμοῦ καὶ τῆς παρὰ ἐμοῦ πατρός. ὁ μὲν γὰρ ἀπὸ βαρβάρων ἠλευθέρωσεν ἐν τῷ τότε χρόνῳ τὴν πόλιν. ἐγὼ δὲ ἀπὸ τυράννων, νῦν δίς, ὧν αὐτοὶ μάρτυρες ὑμεῖς γεγόνατε. δεύτερον δὲ δὴ ποιεῖσθε βασιλέα, τὸν τῷ μὲν ἐμῷ πατρὶ ταυτὸν κεκτημένον ὄνομα. υἱὸν δὲ διονυσίου, χάριν τῆς τε νῦν βοηθείας καὶ ὁσίου τρόπου. ὃς γενόμενος τυράννου πατρὸς ἑκὼν τὴν πόλιν ἐλευθεροῖ. τιμὴν αὐτῷ καὶ γένει ἀείζωον ἀντὶ τυραννίδος ἐφημέρου καὶ ἀδίκου κτώμενος. τρίτον δὲ προσκαλεῖσθαι χρὴ βασιλέα γίγνεσθαι συρακουσῶν, ἑκόντα ἑκούσης τῆς πόλεως, τὸν νῦν τοῦ τῶν πολεμίων ἄρχοντα στρατοπέδου. διονύσιον τὸν διονυσίου. ἐὰν ἐθέλῃ ἑκὼν εἰς βασιλέως σχῆμα ἀπαλλάττεσθαι, δεδιὼς μὲν τὰς τύχας, ἐλεῶν δὲ πατρίδα, καὶ ἱερῶν ἀθεραπευσίαν καὶ τάφους μὴ διὰ φιλονεικίαν πάντως πάντα ἀπολέσῃ βαρβάροις ἐπίχαρτος γενόμενος. τρεῖς δ' ὄντας βασιλέας, εἴτ' οὖν τὴν λακωνικὴν δύναμιν αὐτοῖς δόντες, εἴτε ἀφελόντες καὶ ξυνομολογήσαντες, καταστήσετε τρόπῳ τινὶ τοιῷδε. ὃς εἴρηται μὲν, καὶ πρότερον ὑμῖν. ὅμως δ' ἔτι καὶ νῦν ἀκούετε. ἐὰν ἐθέλῃ τὸ γένος ὑμῖν τὸ διονυσίου τε καὶ ἱππαρίνου ἐπὶ σωτηρίᾳ σικελίας παύσασθαι τῶν νῦν παρόντων κακῶν, τιμὰς αὐτοῖς καὶ γένει λαβόντες, εἴς τε τὸν ἔπειτα καὶ τὸν νῦν χρόνον ἐπὶ τούτοις καλεῖτε, ὥσπερ καὶ πρότερον ἐρρήθη, πρέσβεις οὓς ἂν ἐθελήσωσι κυρίους ποιησάμενοι τῶν διαλλαγῶν εἴτε τινὰς αὐτόθεν, εἴτε ἔξωθεν, εἴτε ἀμφότερα, καὶ ὁπόσους ἂν συγχωρήσωσι. τούτους δ' ἐλθόντας, νόμους μὲν πρῶτον θεῖναι καὶ πολιτείαν τοιαύτην, ἐν ᾗ βασιλέας ἁρμόττει γίγνεσθαι κυρίους ἱερῶν τε καὶ ὅσων ἄλλων πρέπει τοῖς γενομένοις ποτὲ εὐεργέταις. πολέμου δὲ καὶ εἰρήνης ἄρχοντας, νομοφύλακας ποιήσασθαι ἀριθμὸν τριάκοντα καὶ πέντε, μετά τε δήμου καὶ βουλῆς. δικαστήρια δὲ, ἄλλα μὲν ἄλλων. θανάτου δὲ καὶ φυγῆς, τοὺς τε πέντε καὶ τριάκοντα ὑπάρχειν. πρὸς τούτοις τε ἐκλεκτοὺς γίγνεσθαι δικαστὰς ἐκ τῶν νῦν ἀεὶ περυσινῶν ἀρχόντων. ἕνα ἀφ' ἑκάστης τῆς ἀρχῆς

mulieribus puerisque conueniens: atque eos qui id credunt tales efficiens. Quòd autẽ ego nũc ad vera vos bona cohortor, si quæ modò dixi de legibus, degustetis, opere ipso intelligetis: quæ quidem examinatio in cunctis verissima esse videtur. Receptis verò huiusmodi legibus, cùm Sicilia in discrimine posita sit, neque sufficienter vos superetis, neque rursus admodum superemini, iustum fortè atque vtile vobis omnibus erit medium incidere, tum vobis dominationis acerbitatem fugientibus, tum aliis dominationem adipisci desiderantibus. Quorum maiores olim, quod maximũ faciendũ est, Græcos à Barbaris seruauerunt: adeò vt in præsentia liceat de Repub. consultare. Alioquin si tunc perditæ res fuissent, neque nunc de his loqui liceret, neque spes vlla superesset. Nunc igitur aliis quidem libertas sit, cum regia potestate: aliis autem potestas regno subiecta legibus dominantibus non aliis tantum ciuibus sed ipsis etiam regibus siquid egerint contra leges. In his autẽ omnibus mente à dolis aliena atque sana, diis iuuantibus reges create. Primum quidem filium meum duplici gratia, mei scilicet gratia atque aui sui. Ille enim tempestate patriam à Barbaris liberauit: ego verò iam bis à tyrannis. Quorum quidem testes mihi vos ipsi estis. Secundum verò regem create eum qui idem quod & pater meus nomen habet, Dionysij inquam filium. Atque id facite præsentis eius in patriam officij memores, piorúmque eius morum, qui patre tyranno natus, patriam sponte liberare aggreditur, pro breuissima iniustáque tyrannide gloriã sibi generíq; comparans sempiternam. Tertium denique ad regnum Syracusanum inuitare oportet volentẽ ciuitate volente Dionysiũ Dionysij filiũ, nunc exercitus hostiũ ducem. Si velit inquã regiæ dignitatis forma contentus viuere, timẽs videlicet fortunæ vices: & patriam miseratus, sacráq; & sepulchra maiorum: ne contentione prorsus omnia perdat, Barbaris ex patriæ infelicitate gratificãs. Hos verò tres reges, siue illis autoritatem eandem quam Lacedæmonij reges habent dederitis, siue quid ademeritis, communi consensu constituetis tali quodam pacto, vt priùs dictum est: atque iterum nunc audite. Si Dionysij & Hipparini genus voluerint pro Siciliæ salute his calamitatibus quæ nunc vrgent, finẽ imponere, honores sibi totique familiæ comparantes non ad præsens solùm, sed in posterum, hac inquam conditione, quemadmodum & priùs dictum est, ad regnũ vocate: & legatos quos ipsi velint cõcordiæ gratia cum publica autoritate deligite: siue ex vestris ciuibus, siue ex alienis, siue ex vtrisque: totq; præterea quot illi concesserint. Qui cõmuni sententia leges condant, atque Rempublicã ita cõstituant, vt in ea reges esse deceat sacrorum dominos, aliarúmque rerum quascunque decet his concedi, quorum beneficia in patriam extant. Proinde belli pacisque arbitrium habeant custodes ipsi legum creati numero quinque & triginta vnà cum populo atque senatu. Iudicia verò distincta sint alia aliorũ. Mortis quidẽ atq; exilij autoritas sit penes triginta & quinq; viros: & præter eos, penes alios quosdã iudices ex illis electos qui magistratib. proximè perfũcti sũt: ita vt vn⁹ ex quolibet magistratu eliga-

eligatur qui optimus iustissimúsq; appareat. Hi sequenti anno de morte & carcere & exilio sententiam ferant. Regi verò his iudiciis interesse non liceat: vt pote sacerdoti: quem in ferenda necis, carceris, exilij sententia contaminari nefas sit. Hæc equidem & dum viuerem, cogitabam: & nunc etiam cogito facienda: atque tunc, cùm inimicos superauissem vnà vobiscum, nisi externi, furiæque obstitissent, vt decreueram, constituissem. Proinde si ad votum res processissent, colonis reliquam Siciliam repleuissem. Barbaris quidem ex his locis quæ nunc occupant expulsis: præter eum si qui eorum pro communi libertate contra tyrannidem pugnauerunt. Priores autem Græcorum locorum colonos in antiquas, patriásque sedes restituissem. Hæc igitur eadem in præsentia omnibus consulo communi consilio deliberrare & agere: atque ad hæc agenda omnes cohortari: quòd si qui dissenserint, eos cõmuni sententia hostes existimare. Neque verò hęc talia sunt, vt fieri nequeant. Quæ enim in duorum animis consistunt atque his qui consultando perquirunt optima, mox facilè que occurrunt, ea qui impossibilia iudicat, nõ rectè sentit. Dico autem duos, Hipparini scilicet Dionysij filij atque insuper mei filij animos. Arbitror enim si hi cõsenserint, alios quoque Syracusanos & omnes quibus patria curæ est, cõsensuros. Sed diis omnibus honores cũ precibus offerentes, & aliis præterea quibuscunque vnà cum diis vouere decet: præterea cohortantes inuitantésque amicos & inimicos omnino atq; benignè, nolite priùs desistere quàm ea quæ à nobis dicta sunt, quasi diuina somnia vigilantibus superuenientia, perspicua quidem atque felicia perfectissimè impleatis.

Plato Archytæ Tarentino bene agere.

t, sed liberæ artis libera esse sinite opera. Qui autem mercede operam suam locant, hi scientias tanquam ex priore libertate mancipio, dantes seruire cogunt. Deinde probabile est eos mentiri posse, velut in magno morbo, & negare vt in paruo, aut vbi promiserint, non venire, rursúsque non vocatos venire. Miserabilis sanè est humana vita, quòd ad eam totam intolerabilis argenti cupiditas, velut hybernus flatus peruaserit, ad quem morbum insania grauiorem curandum, vtinã Medici omnes potiùs concurrerẽt, quæ tamen beata censetur, cùm morbus sit, & malè affligat. Equidem omnes animi morbos vehementes insanias reputo, cùm opiniones quasdam & visa rationi suscitant, ex quibus sanescit qui per virtutem repurgatur. Ego verò si omnibus modis ditescere voluissem viri Abderitæ, ne decem quidem talentorum gratia ad vos venirem, sed ad Magnum Persarum Regem proficiscerer, vbi vrbes totæ opibus humanis refertissimæ occurrissent, illorum autem pestilentem morbum curassem. Sed regionem Græciæ inimicam malo morbo liberare recusaui. Et ego his quidem totis meis viribus Barbaros nauali prælio superaui. Regias autem opes ignominiæ mihi futuras, & opulentiam patrię aut in arborum vmbraculis, Gręciæ destructor ex sterem. Diuitiæ non sunt pecunię vndecunque comparatę. Magna enim sunt virtutis sacra, quæ à iustitia non teguntur, sed in apertum se proferunt. An non reputatis æquale peccatum esse, hostes seruare, & amicos mercede curare? At non ita se habent res nostræ. Ex morbis quæstum non facio, neque ex animo Democriti dementiam audiui, qui siue sanus sit, amicus est, siue ægrotet, curatus magis amicus futurus est. Eum autem grauibus & firmis moribus esse præditum intelligo, & vrbi vestræ esse ornamento. Valete.

Hippocrates Philopœmeni S.

LEgati qui cum vrbis vestræ epistola, etiam tuam mihi reddiderant, quodque tuum hospitium, & reliqua vitæ commoda promitteres, valdè lætatus sum. Auspicatò autem veniemus, & vt conjicimus, meliore spe accedemus, cùm velut ex literis accepimus, nõ insaniam, sed eximium quoddam animi robur vir hic demonstret, qui neque liberorum, neque vxoris, neque cognatorum, neque rei familiaris, neque cuiusquam omninò curam habeat, sed dies & noctes solus priuatam vitam degat, in antris plærũque & solitudinibus, inimicã reportassem, quibus circum affluens vrbium aut in mollibus herbis, aut iuxta crebra aquarum fluenta. Hæc igitur plærunque melancholicis accidunt. Quandoque enim taciturni sunt, solitarij, desertorum amantes, familiarium conspectum, tanquam alienum, fugiunt. Neque etiam absurdum est in his qui ad disciplinas studiosè contendunt, omnes alias curas ab vno sapientiæ affectu excuti. Non aliter enim ac ministri & ministræ in domib⁹ tumultuátes ac cõcertantes, si quãdo de repẽte eis hera adfuerit, attoniti conquiescunt, similiter etiã reliquæ animi cupiditates malorum hominibus sunt administræ,

ζεσθε, ἀλλ' ἐᾶτε ἐλευθέρης τέχνης ἐλεύθερα τὰ ἔργα. οἱ δὲ μισθαρνεῦντες δουλεύειν ἀναγκάζουσι τὰς ἐπιστήμας ὥσπερ ἐξανδραποδίζοντες αὐτὰς ἐκ τῆς προτέρας παρρησίας. εἶθ' ὡς εἰκὸς καὶ ψεύσαιντο ἂν ὡς περὶ μεγάλης νούσου καὶ ἀρνηθεῖεν ἂν ὡς περὶ μικρῆς, καὶ οὐκ ἂν ἔλθοιεν ὑπισχόμενοι, καὶ πάλιν ἔλθοιεν μὴ κληθέντες. οἰκτρός γε ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ὅτι δι' ὅλου αὐτοῦ ὡς πνεῦμα χειμέριον ἡ ἀφόρητος φιλαργυρίη διαδέδωκεν, ἐφ' ἣν εἴθε μᾶλλον ἅπαντες ἰητροὶ συνήεσαν ἀποθεραπεῦσαι χαλεπωτέρην μανίης νοῦσον ὅτι καὶ μακαρίζεται νοσέουσα καὶ κακοῦσα. οἶμαι δὲ ἔγωγε καὶ τὰ τῆς ψυχῆς νοσήματα πάντα μανίης σφοδρῆς εἶναι ἐμποιούσης δόξας τινὰς καὶ φαντασίας τοῦ λογισμοῦ· ἐν ὅ δι' ἀρετῆς ἀποκαθαρθεὶς ὑγιάζεται. ἐγὼ δὲ εἰ πλουτεῖν ἐξ ἅπαντος ἐβουλόμην ὦ ἄνδρες Ἀβδηρῖται, οὐκ ἂν ἕνεκα δέκα ταλάντων διέβαινον πρὸς ὑμέας. ἀλλ' ἐπὶ τὸν μέγαν ἐρχόμενος Περσῶν βασιλέα ἔνθα πόλιες ὅλαι προσῆσαν τῆς ἐξ ἀνθρώπων εὐτυχίας γεγεμισμέναι. ἰώμην ἂν τὸν ἐκεῖ λοιμὸν ἀνιών. ἀλλ' ἀπηρνησάμην ἐχθρὴν Ἑλλάδι χώρην ἐλευθερῶσαι κακῆς νούσου. κἀγὼ τὸ μὲν ἐπ' ἐμοὶ κατὰ ναυμαχίην τοὺς βαρβάρους. εἶχον δ' ἂν αἰσχύνην τὸν βασιλέως πλοῦτον καὶ πατρίδος ἐχθρὴν περιουσίην· προσεκείμην δ' ἂν αὐτῇ ὡς ἑλέπολις τῆς Ἑλλάδος ὑπάρχων. οὐκ ἔστι πλοῦτος τὸ πανταχόθεν χρηματίζεσθαι, μεγάλα γὰρ ἱερὰ τῆς ἀρετῆς ἐπὶ δικαιοσύνῃ οὐ κρυπτόμενα, ἀλλ' ἐμφανέα ἐόντα. ἢ οὐκ οἴεσθε ἴσον ἁμάρτημα σώζειν πολεμίους καὶ φίλους μισθοῦ. ἀλλ' οὐχ ὧδε ἔχει τὰ ἡμέτερα δῆμε. οὐ καρποῦμαι δὲ νούσους, οὐδὲ δι' εὐχῆς ἤκουσα τὴν Δημοκρίτου παράκρουσιν. ὃς εἴτε ὑγιαίνει φίλος ἐστὶν, εἴτε νοσεύει θεραπευθεὶς, φίλος πλέον ὑπάρξει. πυνθάνομαι δὲ αὐτὸν ἐμβριθέα καὶ στερρὸν τὰ ἤθεα καὶ τῆς ὑμετέρης πόλιος ἐόντα κόσμον.

Φιλοποίμενι χαίρειν.

Εἰ τῆς πόλιος ἐπιστολὴν ἀναδόντες μοι πρέσβεις, καὶ τὴν ἀνέδοσαν. ἥσθην δὲ κάρτα ξενίην ὑπισχνουμένου σέο καὶ τὴν ἑταίρην διαίτην. ἐλθόμεν δὲ αἰσίῃ τύχῃ καὶ ἀφιξόμεθα ὡς ὑπολαμβανόμενοι χρηστοτέρῃσιν ἐλπίσιν, ὡς ἐν τῇ γραφῇ παραδεδήλωται, οὐ μανίην ἀλλὰ ψυχῆς τινα ῥῶσιν ὑπερβάλλουσαν διασαφηνέοντες ἀνδρὸς μήτε παίδων, μήτε γυναικὸς, μήτε συγγενέων μήτε οὐσίης μήτε τινὸς ὅλως ἐν φροντίδι ἐόντος, ἡμέρην δὲ καὶ εὐφρόνην πρὸς ἑωυτὸν κατεστεῶτος καὶ ἰδιάζοντος πάμπολα ἐν ἄντροισι καὶ ἐρημίῃσιν ἢ ὑπὸ σκέπῃσι δενδρέων, ἢ καὶ μαλθακῇσι ποίαις, ἢ παρ' ἡσύχοισιν ὑδάτων ῥεέθροισι. συμβαίνει μὲν οὖν τὰ πολλὰ τοῖς μελαγχολῶσι τοιαῦτα. σιγηροί τε γὰρ ἐνίοτε καὶ μονήρεες καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσιν. ἀπανθρωπεύονταί τε ξύμφυλον ὄψιν ἀλλοτριωτάτην νομίζοντες. οὐκ ἀπεοικὸς δὲ καὶ τοῖς περὶ παιδείαν ἐσπουδακόσι τὰς ἄλλας φροντίδας ὑπὸ μιῆς τῆς ἐν σοφίῃ διαθέσεως σεσοβῆσθαι· ὥσπερ γὰρ δμῶες καὶ δμωΐδες ἐν τοῖσιν οἴκοισι θορυβέοντες καὶ στασιάζοντες ὁκόταν ἐξαπιναίως αὐτοῖς ἡ δέσποινα ἐπιστῇ, πτοηθέντες ἐφησυχάζουσι, παραπλησίως καὶ αἱ λοιπαὶ αἱ κατὰ ψυχὴν ἐπιθυμίαι ἀνθρώποισι κακῶν ὑπηρέτιδες.

ἐπὴν δὲ σοφίης ὄψις ἑαυτὴν ἐπιστήσῃ, ὡς δοῦλα τὰ λοιπὰ πάθεα ἐκκεχώρηκε. ποθέουσι δὲ ἄντρα καὶ ἡσυχίαν, οὐ πάντως οἱ μαινέντες, ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἀνθρωπίνων πρηγμάτων ὑπερφρονήσαντες ἀταραξίης ἐπιθυμίῃ. ὁκόταν γὰρ νοῦς ὑπὸ τῶν ἔξω φροντίδων κοπτόμενος ἀναπαύσασθαι θελήσῃ τὸ σῶμα, τότε ταχέως εἰς ἡσυχίην μετήλλαξεν. εἶτα ἀναστὰς ὄρθιος ἐν ἑαυτῷ περισκοπεῖ κύκλῳ χωρίον ἀληθείης, ἐν ᾧ οὐ γυνή, οὐ τέκνα, οὐ μήτηρ οὐ κασίγνητοι, οὐ συγγενεῖς, οὐ δμῶες· οὐ δὴ ὅλως οὐδὲν τῶν θόρυβον ἐμποιεύντων. πάντα δὲ ἀποκεκλεισμένα τὰ ταράσσοντα ἕστηκεν ὑπὸ φόβον, οὐδὲ πλησιάσαι τολμέοντα ὑπὸ εὐλαβείης τῶν αὐτόθι οἰκεόντων. οἰκέουσι δὲ τὸ χωρίον ἐκεῖνο τέχναι, καὶ ἀρεταί, καὶ θεοί, καὶ δαίμονες, καὶ βουλαί, καὶ γνῶμαι, καὶ ὁ μέγας πόλος ἐν ἐκείνῳ τῷ χωρίῳ τοὺς πολυκινήτους ἀστέρας κατέστεπται. εἰς ὃ τάχα καὶ δημόκριτος ὑπὸ σοφίης μετοικήσας, εἶτ' οὐκ ἐθ' ὁρέων τοὺς ἐν τῇ πόλει οἷά γε τηλοῦ ἐκδεδημηκώς, δοξάζεται μανίης νοῦσον διὰ τὸ φιλέρημον· σπεύδουσι δὲ ἀβδηρῖται ἀργυρίου ἐλεγχθῆναι ὅτι οὐ ξυνιᾶσι δημόκριτον, ἀλλὰ σύ γε ἡμῖν κατάρτυε τὴν ξενίην ἑταῖρε φιλοποίμην. οὐ δὲ γὰρ ἐθέλω τεταραγμένῃ τῇ πόλει παρέχειν ὄχλησιν ἐκ παλαιοῦ ἴδιον ἔχων ξένον σε ὡς οἶσθα.

Διονυσίῳ χαίρειν.

Η Περίμεινόν με ἐν ἁλικαρνασῷ, ἢ φθάσον αὐτὸς ἐλθὼν ὦ ἑταῖρε· κατὰ πᾶσαν γὰρ ἀνάγκην ἀπιτέον εἰς ἄβδηρά μοι δημοκρίτου χάριν· ἐφ' ὃν νοσέοντα μετεπέμψατό με ἡ πόλις. ἄλεκτος γάρ τοι ἡ συμπαθείη τῶν ἀνθρώπων διονύσιε. ὡς μία ψυχὴ συννοσέει τῷ πολίτῃ. ὥστε μοι δοκέουσι καὶ αὐτοὶ θεραπείης δέεσθαι. ἐγὼ μὲν οἶμαι οὐδὲ νοῦσον αὐτὸ εἶναι, ἀλλ' ἀμετρίην παιδείης· οὐκ οὖσαν δὲ τῷ ὄντι ἀμετρίην ἀλλὰ νομιζομένην τοῖσιν ἰδιώτῃσιν, ἐπεὶ οὐδέ ποτε βλαβερὸν τὸ ἀρετῆς ἄμετρον. δόξα δὲ νούσου γίνεται τοῦτο διὰ τὴν τῶν κρινόντων ἀπαιδευσίην. δοκιμάζει δὲ ἕκαστος ἐξ ὧν αὐτὸς οὐκ ἔχει, τὸ ἐν ἄλλῳ πλεονάζον περιαστεύειν· καὶ ἴσως που καὶ ὁ δειλὸς ἀμετρίην τὴν ἀνδρείην ὑπείληφε. καὶ ὁ φιλάργυρος τὴν μεγαλοψυχίην. καὶ πᾶσα ἔλλειψις ὑπερβάλλειν δοκέει τὸ ἀρετῆς σύμμετρον· ἐκεῖνον μὲν οὖν αὐτὸν ἰδόντες μετὰ τῆς ἐνθένδε προγνώσιος καὶ ἀκούσαντες τῶν λόγων αὐτοῦ ἄμεινον εἰσόμεθα. σὺ δὲ ἔπειξον ὦ Διονύσιε παραγενέσθαι. βούλομαι γὰρ ἐνδιατρῖψαί σε τῇ πατρίδι μου μέχρις ἂν ἐπανέλθω. ὅκως τῶν τε ἡμετέρων φροντίζῃς καὶ περὶ τῶν ἐμῶν τῆς πόλιος· ἔπειτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκ συντυχίης ὑγιεινὸν τὸ ἔτος ἐστὶ καὶ τὴν ἀρχαίην φύσιν ἔχει. ὥστε οὐ πολλαὶ παρενοχλέουσι νοῦσοι πλὴν ὅμως πάρισθι. οἰκήσεις δὲ τὴν ἐμὴν εὐκαιρεῦσαν οἰκίην· ἅτε καὶ τῆς γυναικὸς μενόντος πρὸς τοὺς γονέας διὰ τὴν ἐμὴν ἀποδημίην· ἐπισκόπει δὲ καὶ τὰ ἐκείνης ὅκως διάγῃ σωφρόνως καὶ μὴ διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀπουσίην ἄλλους ἄνδρας νομίσῃ. κόσμιον μὲν οὖν ἦν ἐξ ἀρχῆς καὶ τοὺς γονέας ἀστείους εἶχε. τὸν δὲ πατέρα ἀνδρικόν τε καὶ μισοπόνηρον ὑπερφυῶς γερόντιον.

at vbi ſapientia in conſpectum ſe dederit, tanquam mancipia reliqui affectus diſcedunt. Non omnes amentes ſpeluncas & quietem expetunt, verumetiam qui res humanas negligunt, ob tranquillitatis deſiderium. Cùm enim mens curis externis fracta, corpus recreare voluerit, tunc citò in quietem tradit, deinde erecta & ſtans circum ſeſe veritatis locum circumſpicit, in quo non pater, non mater, non vxor, non liberi, non frater, non cognati, non miniſtri, non fortuna, neque prorſus quicquam tumultum excitat, ſed perturbantia omnia reiecta præ timore ſubſiſtunt, neque appropinquare audent, pro eorum reuerentia qui illic inhabitant. Illum autem locum inhabitant artes, virtutum omne genus, dij, dæmones, conſilia, & ſententiæ. In illaque regione magnus polus ſtellis plurimùm ſe mouentibus tanquam corona cinctus eſt, in quam fortaſſis Democritus ob ſapientiam commigrauit. Deinde cùm eos qui in vrbe ſunt non videat, vt qui procul à domo agat, ob ſolitudinis amorem inſanire creditur. Cùm verò Abderitæ Democritum non intelligant, de argento periculum facere ſtudent. Tu verò amicè Philopœmen hoſpitium nobis præparato. Neque enim perturbatæ vrbi moleſtus eſſe volo, cùm te (vt noſti) veterem & proprium hoſpitem habeam.

Dionyſio S.

AVt me Halicarnaſſi expecta, aut me (ô amice) anteuerte. Neceſſariò enim mihi Democriti gratia in Abderam abeundum, ad quem ægrotantem vrbs me accerſiuit. At mirabilis Dionyſi quædam eſt illorum hominum naturæ conuenientia & conſenſio, qui velut vnus animus, vnà cum ciue ſuo ægrotat, vt proinde mihi curatione indigere videatur. Equidem non ipſum morbum eſſe puto, ſed nimis exuperantē doctrinā quæ reuera modū ſuperare nō poteſt, ſed ita vulgò exiſtimatur, cùm neq; modum exuperans virtus vnquam ſit noxia. Quòd verò exuperat, propter eorum qui iudicant inſciſciam, morbi opinionem præbet. Quiſque autem ex his quæ non habet, quod in alio abundat, modum excedere opinatur. Ita ſanè timidus fortitudinem & auarus animi magnitudinem modum excedere ſentit, omniſque defectus virtutis moderationem exceſſum eſſe putat. Illum igitur vbi viderimus cum ea quæ nobis inde ſuppetet prænotione, eiúſque ſermonem audiuerimus, meliùs cognoſcemus. Tu verò, Dionyſi, accedere feſtina. Volo enim te quoad rediero, in patria noſtra commorari, vt rerum noſtrarum inprimíſque vrbis noſtræ curam habeas, quandoquidem neſcio quo caſu ſalubris annus eſt, & priſtinam naturam retinet. Quare neque multi morbi moleſti erunt, verumtamen adeſto. Domum meam valde peropportunam inhabitabis, cùm mea vxor propter meam profectionem apud parentes maneat, illius tamen vitam obſerua, quò pudicè degat, & ne ob viri abſentiam alios viros vſurpet. Modeſta ab initio fuit, & probos habuit parentes, patrem autem mirum in modum virilem, & vehementer malos odio proſequentem, ac egregiè ſenem

Semper

Semper tamen eo qui modestè coërceat mulier opus habet. Natura enim insitam intemperantiam habet, quæ nisi quotidie resecetur, velut arbores superuacuis frondibus & inutili fruticatione luxuriat. At ego amicum parentibus diligentiorem in muliere custodienda existimo. Neque enim hic, velut illi, beneuolentiæ affectu cum ea coniunctus est, quo plerunque admonitioni tenebras offundunt. In omni autem re, quod sine affectu prudentius est, quòd nimirum beneuolentia frangi non possit.

Damageto S.

CVm apud te Rhodi essem Damagete, nauem illam vidi cui Solis inscriptio inerat, quæ mihi perpulchra puppi probè & idonea carina instructa, multáque transtra habere visa est. Tu verò eã commendabas, quòd ad nauigãdum velox esset, tuta, ad regendum bene fabricata, facilémque nauigationis cursum haberet. Eam ad nos mittito, sed si fieri possit, non remis, sed alarum remigio instructam. Res enim & amicitia vrget, vt quàm citissimè in Abderam traiiciam. Ægrotantem enim vrbem, propter vnam Democritum morbo affectum curare volo. Si quando de huius viri fama accepisti, hunc patria dementiæ insimulat. At ego volo, imò verò exopto, illum re vera non delirare, sed eos ita opinari. Ridet semper inquiunt, neque in quouis negotio ridere cessat, hócque illis insaniæ signum videtur. Quare nostros qui Rhodi sunt amicos moneto, vt semper modum teneant: neque multùm rideant, neque multùm tetrici sint; sed inter hæc modum teneant, vti his quidem gratissimus esse videaris, illis verò commentationi deditus, de virtute anxiè cogitans. Inest certè Damagete vitij aliquid, quòd ad singula rideat. Si enim immoderantia vitiosa est; quæ perpetua vitiosior. Eum autem sic alloquar, Democrite, si quis ægrotet, si quis interficitur, moritur, & obsidetur, & si quid mali incidit, & quicquid fit, materiam tibi risus præbet. An non bellum diis indicere videris, si cùm duo sint in mundo gaudium & tristitia, alterum à te reieceris? Beatus certè mihi videaris, verùm id fieri nequit, si neque mater tibi ægrotet, neque pater, neque tandem liberi, aut vxor, aut amicus, sed vt propter tuum risum conseruentur, omnia certè tibi prosperè cedũt. Sed quòd cùm ægrotant rides, cùm moriuntur gaudes, si quod malum audieris, exhilararis, maximè improbus es Democrite, longéque à sapientia aberras, si hæc vitia non existimas. Atra igitur bile vexaris Democrite, & periclitaris ne ipse Abderitanus habearis, prudétior autem sit ciuitas. Verùm de his quidem Damagete illic exactiùs disseremus. Nauis autẽ etiam hoc tempore quo ad te scribo moratur.

Philopœmeni S.

CVm cogitabundus & solicitus de Democriti salute essem, illáque ipsa nocte dormirem, sub auroræ initium somnium mihi visum est, ex quo nihil admodũ periculosi euenturũ existimo. Mirandũ enim in modũ excitatus sum. Ipsũ enim Æsculapiũ corã præsentẽ mihi videre videbar, cùm iã ad Abderitanas portas peruenissemus. At Æsculapius

ἀλλ' ὅμως ἀεὶ χρήζει γυνὴ σωφρονίζοντος. ἔχει γὰρ φύσει καὶ τὸ ἀκόλαστον ἐν αὐτῇ, ὅπερ εἰ καθ' ἡμέρην μὴ ἐκκόπτοιτο, ὥσπερ τὰ δένδρα καθυλομανέει. ἐγὼ δὲ φίλον ἀκριβέστερον οἶμαι εἰς φυλακὴν γυναικός. οὐ γὰρ ὡς ἐκείνοις καὶ τουτέοισι συνοικέει πάθος εὐνοίης. διὸ πολλάκις ἐπισκιάζονται τὴν νουθεσίην. φρονιμώτερον δὲ ἐν παντὶ τὸ ἀπαθέστερον ἐὸν ἢ ἐπικλώμενον ὑπὸ εὐνοίης.

Δημαγήτῳ χαίρειν.

ΟΙδα παρὰ σοὶ γενόμενος ἐν ῥόδῳ δημάγητε τὴν ναῦν ἐκείνην, ἁλίας ἐπιγραφὴν ἣν αὐτῇ πάγκαλόν τινα καὶ εὐπρυμνον ἱκανῶς τε τροπισμένην. καὶ διάβασιν εἶχε πολλήν, ἐπῄνεις καὶ τὸ ναυτικὸν αὐτῆς ὡς ὀξὺ καὶ ἀσφαλὲς καὶ ἔντεχνον ὑπουργῆσαι. καὶ τὸ πλοῦ τὴν εὐδρομίην. ταύτην ἔκπεμψον ἡμῖν, εἰ οἷόν τε μὴ κώπαις, ἀλλὰ πτεροῖς ἐρετμώσας αὐτήν. ἐπείγει οὖν τὸ πρῆγμα φιλότητος καὶ μάλα εἰς ἄβδηρα διαπλεῦσαι πάνυ τάχεος. βούλομαι νοσέουσαν ἰήσασθαι πόλιν διὰ νοσεῦντα ἕνα δημόκριτον. ἀκούεις που τὸ κλέος τοῦ ἀνδρός. τοῦτον ἡ πατρὶς αἰτιῆται μανίῃ κεκακῶσθαι, ἐγώ τε βούλομαι μὴ ὄντως αὐτὸν παρακόπτειν, ἀλλ' ἐκείνοις δόξαν γίνεσθαι. γελᾷ φασιν ἀεί. καὶ οὐδέ ποτε παύεται γελᾶν ἐπὶ παντὶ πρήγματι. σημεῖον αὐτὸ τοῦτο μανίης δηλέει. ὅθεν λέγε τοῖς ἐν ῥόδῳ φίλοις μετριάζειν καὶ μὴ πολλὰ γελᾶν. μὴ δὲ πολλὰ σκυθρωπάζειν. ἀλλὰ τουτέων ἀμφοῖν τὸ μέτριον κτήσασθαι. ἵνα τοῖς μὲν χαριέστατος εἶναι δόξειας. οἷς δὲ φροντιστὴς περὶ ἀρετῆς μερμηρίζων. ἔνι μέν τοι δημάγητε κακὸν παρ' ἕκαστον αὐτοῦ γελῶντος. εἰ γὰρ ἡ ἀμετρίη φλαῦρον, τὸ διὰ παντὸς, φλαυρότερον. καὶ εἴποιμ' ἂν αὐτῷ, δημόκριτε καὶ νοσέοντος καὶ κτεινομένου καὶ τεθνεῶτος καὶ πολιορκουμένου, καὶ παντὸς ἐμπίπτοντος κακοῦ, ἕκαστον τῶν προσομένων ὕλη σοι γέλωτος ὑπόκειται. οὐ θεομαχεῖς δὲ, εἰ δύο ἐόντοιν ἐν κόσμῳ λύπης καὶ χαρᾶς, σὺ θρασύτερον ἐκβέβληκας. μακάριός τ' ἂν ἦς. ἀλλ' ἀδύνατον εἰ μήτε ἡ μήτηρ σοι νενόσηκε μήτε πατὴρ μήτε τὰ ὕστερον τέκνα. μὴ γυνὴ μὴ φίλος ἀλλὰ διὰ τὸν σὸν γέλωτα ἵνα σώζηται εὐτυχέεις τὰ πάντα· ἀλλὰ νοσεόντων γελᾷς. ἀποθνησκόντων χαίρεις. εἴ τι που πύθοιο κακὸν εὐφραίνεαι. ὡς πονηρότατος εἶ δημόκριτε καὶ πόῤῥω γε σοφίης. ἢ νομίζεις αὐτὰ μὴ δὲ κακὰ εἶναι. μελαγχολᾷς οὖν ὦ δημόκριτε. κινδυνεύω καὶ αὐτὸς ἀβδηρίτης εἶναι. φρονιμωτέρη δὲ πόλις. ἀλλὰ περὶ μὲν τουτέων ἀκριβέστερον ἐκεῖ λέξομεν δημάγητε. ἡ δὲ ναῦς καὶ τὸν χρόνον τοῦτον ὃν ἐπιστέλλω σοι χρονίζει.

Φιλοποίμενι χαίρειν.

ΣΥννοὶς καὶ πεφροντικὼς ὑπὲρ δημοκρίτου ἐκείνῃ τῇ νυκτὶ καταδαρθὼν, πρὸς ἀρχομένῃ τῇ ἕῳ, ὄναρ ἐφαντάσθην. ἐξ οὗ νομίζω κάρτα, μηδὲν ἐπισφαλὲς γενήσεσθαι. ἔκπαλτός τε διηγέρθην. ἐδόκεον γὰρ αὐτὸν τὸν ἀσκληπιὸν ὁρᾶν. φαίνεσθαί τε αὐτὸν πλησίον· ἤδη δὲ πρὸς ταῖς ἀβδηριτέων πύλαις ἐτυγχάνομεν. ὁ δὲ ἀσκληπιὸς

οὐχ ὡς εἰώθεισαν αὐτοῦ αἱ εἰκόνες, μειλίχιός τε καὶ πρᾶος ἰδέσθαι κατεφαίνετο, ἀλλὰ διεγηγερμένος τῇ σχέσει καὶ ἰδέσθαι φοβερώτερος· εἵποντο δὲ αὐτῷ δράκοντες, χρῆμά τι ἑρπετῶν ὑπερφυές. ἐπειγόμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ μακρῷ τῷ ἐπισύρματι· καί τι φρικῶδες ὡς ἐν ἐρημίῃ ἢ νάπῃσι κοίλησιν ὑποσυρίττοντες. οἱ δὲ κατόπιν ἑταῖροι κίστας φαρμάκων εὖ μάλα περιεσφηκωμένας ἔχοντες ᾔεσαν. ὤρεξε δέ μοι τὴν χεῖρα ὁ θεός. κἀγὼ λαβόμενος ἄσμενος, ἐλιπάρεον συνέρχεσθαι· καὶ μὴ καθυστερέειν τί μου τῆς θεραπείης. ὁ δὲ οὐδέν τι ἔφη ἐν τῷ παρόντι χρήζεις ἐμέο, ἀλλά σε αὕτη ξεναγήσει θεὸς ἀθανάτων τε καὶ θνητῶν· ἐγὼ δὲ ἐπιστραφεὶς ὁρέω γυναῖκα καλήν τε καὶ μεγάλην ἀσφαλὲς πεπλοκισμένην. λαμπρείμονα. διέλαμπον δὲ αὐτῆς οἱ τῶν ὀμμάτων κύκλοι καθαρόν τι φῶς ὡς ἀστέρων μαρμαρυγὰς δοκέειν. καὶ ὁ μὲν δαίμων ἐχωρίσθη. κείνη δὲ ἡ γυνὴ πιέξασά με τοῦ καρποῦ μαλθακῇ τινι εὐτονίῃ διὰ τοῦ ἄστεος ἦγε φιλοφρονεομένη. ὡς δὲ πλησίον τῆς οἰκίης ἦμεν ἵνα τὴν ξενίην ἐδόκεον ηὐτρεπίσθαι, ἀπῄει ὡς φάσμα. μόνον εἰποῦσα αὔριόν σε παρὰ δημοκρίτῳ καταλήψομαι. ἤδη δὲ αὐτῆς μεταστρεφομένης δέομαι ἔφην ἀρίστη τίς εἶ, καὶ τίνα σε καλέομεν. ἡ δέ, ἀλήθεια ἔφη. αὕτη δὲ ἣν προσιοῦσαν ὁρᾷς καὶ γὰρ ἐξαίφνης ἑτέρη τις κατεφαίνετο οὐ κακὴ μὲν οὐδὲ αὕτη θρασυτέρη δὲ καὶ σεσοβημένη, δόξα ἔφη καλέεται. κατοικέει δὲ παρὰ τοῖσιν ἀβδηρίτῃσιν. ἐγὼ μὲν οὖν ἀναστὰς ὑπεκρινάμην ἐμαυτῷ τὸ ὄναρ ὅτι οὐ δεήσοιτο ἰητροῦ δημόκριτος, ὅπου γε αὐτὸς ὁ θεραπεύων θεὸς ἀπέστη, οὐκ ἔχων ὕλην θεραπείης· ἀλλ' ἡ μὲν ἀλήθεια τοῦ ὑγιαίνειν παρὰ δημοκρίτῳ μένει. ἡ δὲ τοῦ νοσέειν αὐτὸν δόξα παρ' ἀβδηρίτῃσιν ὄντως κατοικέει. ταῦτα πιστεύω ἀληθέα εἶναι φιλοποίμην. καὶ ἔστι καὶ οὐκ ἀπογινώσκω τὰ ὀνείρατα. μάλιστα δὲ ὁκόταν καὶ τάξιν διαφυλάττῃ· ἰητρικὴ δὲ καὶ πάνυ μαντικῇ συγγενής ἐστιν· ἐπεὶ τῶν δυεῖν τεχνέων εἷς πατὴρ ὁ ἀπόλλων ὁ καὶ πρόγονος ἡμῖν, ἐσομένας νούσους προαγορεύων καὶ νοσέοντας ἰώμενος.

Κρατεύᾳ χαίρειν.

Ἐπίσταμαί σε ῥιζοτόμον ἄριστον ἑταῖρε. καὶ διὰ τὴν ἄσκησιν καὶ διὰ τὸ προγόνων κλέος ὡς μηδὲν ἀποδεῖν σε τοῦ προπάτορος κρατεύα· νῦν οὖν εἰ καί ποτε ἄλλοτε βοτανολόγησον ὁκόσα τε καὶ οἷα δύνασαι. ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει· καὶ διάπεμψαί μοι αὐτὰ ἐπ' ἄνδρα ὅλῃ πόλει ἰσοστάσιον ἀβδηρίτην μὲν, ἀλλὰ δημόκριτον. νοσέειν γὰρ αὐτόν φασι καὶ καθάρσιος μάλα χρήζειν ἐντὸς μανίης ὄντα· μὴ χρησαίμεθα μὲν οὖν τοῖς φαρμάκοις ὥσπερ καὶ πέπεισμαι. ἀλλ' ὅμως εὐτρεπίσασθαι χρὴ πανταχόθεν. τὸ δὲ χρῆμα τῶν βοτανῶν πολλάκις παρὰ σοὶ ἐθαύμασα ὡς καὶ τὴν τῶν ὅλων φύσιν τε καὶ διάταξιν καὶ τὸ ἱερώτατον γῆς ἵδρυμα. ἐξ ἧς τὰ ζῶα καὶ τὰ φυτὰ καὶ τροφαὶ καὶ φάρμακα καὶ τύχη καὶ ὁ πλοῦτος αὐτὸς ἀναφύεται. οὐδὲ γὰρ εἶχεν οἱ ἐπιβῇ ἡ φιλαργυρίη. οὐδ' ἂν ἀβδηρῖται μὲν νῦν δέκα ταλάντοις ἐδελέαζον, ἀντὶ ἰητροῦ μισθωτὸν ἐλέγχοντες.

non ea lenitate ac facilitate, qua illius imagines conſpici ſolent, videbatur, ſed habitus erat commoto ſimilis, & aſpectus magis horrendus. Sequebantur autem eum dracones inter reptilia eximij, longóque tractu feſtinantes horrendum quiddam velut in ſolitudinibus & cauis vallibus ſubſibilantes. Ponè ibant comites medicamentorum ciſtas probè obturatas habentes. Deinde mihi manum Deus porrexit, qua lubenter arrepta, rogabam mecum vti veniret, neque me in curatione defereret. Ille verò, nihil inquit mea opera in præſentia indiges, verùm hæc communis tum immortalium, tum mortalium dea, te nunc hoſpitem deducet. At ego conuerſus mulierem tum pulchram, tum magnam aſpicio, ſimplici capillorum ornatu, ſplendido cultu, cuius oculorum orbes claro lumine pellucebant, vti ſtellarum fulgores viderentur. Et Deus quidē diſceſſit, mulier verò illa appreſſa manu me leui quodam paſſu per vrbem perhumaniter complexa deduxit. Vbi verò ad domum venimus, vbi mihi hoſpitium paratum putabam, velut ſpectrum diſceſſit, dicere viſa, cras te apud Democritum offendam. Qua iam diſcedente, quæſo optima (inquam) quænam es, & quod tibi nomen eſt. Veritas inquit. Quàm verò accedentem vides, Opinio eſt (inquit) confeſtímque altera quędam mihi viſa eſt, neque mala hęc quidem ferociore tamen & faſtuoſo aſpectu, & apud Abderitanos habitat. Experrectus igitur mihi ipſi ſomnium explicaui, quòd ex quo ipſe Deus medendi author diſceſſiſſet, tāquam nullam curandi habeat materiam, Democritus medico non indigeat, ſed veritas ipſa, quòd ſanus ſit, apud Democritum manet, opinio verò quòd ægrotet, re vera apud Abderitanos habitat. Hæc vera eſſe, vt ſunt, credo Philopœmen, neque ſomnia reiicio, præſertim quæ ordinem conſeruant. Medicina autem & Diuinatio, magnam inter ſe cognationem habent, quandoquidem duarum artium pater eſt vnus Apollo progenitor noſter, qui & præſentes & futuros morbos prædicebat, & ægrotantes & ægrotaturos curabat. Vale.

Crateuæ S.

SCio té (ô amice) præſtantiſſimum eſſe herbarium, téque propter ſtudium & maiorum gloriam, nihil facultate Crateuæ proauo tuo cedere. Nunc igitur, ſi vnquam aliàs, quantas & qualeſcunque poteris herbas lege, cùm neceſſitas vrgeat, eáſque ad nos tranſmitte, ad virum curandum Abderitam quidem, verùm Democritum toti ciuitati æquiparandum. Eum enim ægrotare aiunt, & inſania detentum purgatione valde indigere. Ac vt ne medicamentis quidem (vt ſpero) vtamur, ſed tamen vndiquaque inſtructum eſſe oportet. Rem autem herbariam apud te ſemper miratus ſum, vt & rerum vniuerſarum naturam & ordinem, ſanctiſſimúmque terræ ſolum, ex qua animātia, plantæ, alimenta, medicamenta, fortuna, diuitiæque ipſæ promanant. Neque enim alioqui pecuniæ cupiditas haberet, vbi conſiſteret, neque me nunc Abderitæ decem talentis illectarent, & pro Medico mercede conductū deprehēdiſſent,

Quòd

Quòd ſi Crateua amaram pecuniæ cupiditatis radicem excindere poſſis, vt ne vllæ eius reliquię reſtẽt; hoc probè teneto, quod vnà cùm hominum corporibus etiam malè affectos purgaremus. Sed hæc quidem in votis habenda. Tu verò nobis, quod præſens eſt, montanas & ex ſummis collibus herbas legito. Nam ob ſoli denſitatem, & aëris tenuitatem, aquoſioribus ſunt ſolidiores & vehementiores. Quòd enim attrahunt magis eſt animatum. Tenta tamen, vt etiam ex his quæ circa ſtagna aut paludes naſcuntur flores colligas, & eas quæ apud nos fluuiales, aut fontanæ, aut ex aquis ſalientibus ſcatentes vocantur, quas ſanè imbecillas & remiſſas, ac dulci ſucci eſſe mihi perſuadeo. Succi autem omnes & fluidi liquores, in vitreis vaſis adferantur, ac rurſus folia, flores & radices in fictilibus nouis probè obturatis, vt ne ventis difflata vim medicam tanquam animo deficientes deſerant, verùm hæc ad nos confeſtim mitte. Anni enim tempeſtas commoda eſt, & dictæ inſaniæ neceſſitas vrget. Cùm enim ab omni arte aliena ſit procraſtinatio, tum verò maximè in Medicina, in qua dilatio vitæ periculum adfert. Temporũ autem opportunitates curationum ſunt animi, earúmque obſeruatio finis. Democritum ſanè quidem etiam citra medelam conualiturum ſpero. Si verò aliquod naturæ, aut occaſionis, aut alterius alicuius cauſæ erratum contingat (multa nanque nos mortales latent, cùm non admodum veritate præſtemus) ad id quod obſcurum eſt facultatem omnem congregatam eſſe opus eſt. Neque enim ei qui in periculo conſtitutus eſt, ſatis ſunt quæ poſſumus, verùm etiam quę non poſſumus expetit, feréque ad duos fines bellum inferimus, vnum quidem hominis, alterum verò artis. Horum alter quidem obſcurus eſt, alter verò arte circumſcriptus eſt, & in his ambobus fortuna opus eſt. Nulla enim coniectura eorum quę ad purgationem cum cautione feruntur. Nam & ſtomachum malè affectum ſuſpectamus, & medicationis conuenientem modum ex ignota natura coniicimus. Neque enim eadem & vna eſt omnium natura, alterum autem ſemper etiam ſibi circumſcribens aſſimilat, interdum verò totùm perdit. Quinetiam reptilia multa herbas ſuo veneno inficiunt, & ſuo circum hiatu cum interiore aura, malignitatem pro auxilio ipſis inſpirant. Idque ignorabitur, niſi certè macula quædam, aut inquinamentum, aut ferinus & iniucundus odor, eius rei quæ accidit notam dederit. Deinde ars ipſa propter fortunæ lapſum à via recta aberrat. Certiores autem ſunt per veratrum purgationes, quibus etiá Melampus ad Prœti filias, & Anticyreus in Hercule vſi fuiſſe traduntur. Ac optandũ nobis vt nullum ex his in Democrito vſurpemus, ſed ſapientia efficaciſſimum & præſtantiſſimum medicamentum illi contingat, & finem imponat.

Damageto S.

HOc ipſum coniiciebamus Damagete, non delirat Democritus, ſed in omnibus ſapit, nóſque & per nos omnes homines ſapientiores reddit. Remiſi autem ad te amicè, re vera Æſculapij nauem, cui cum ſolis ſigno etiam ſanitatem apponito, cùm re vera proſpero numine vela fecerit,

εἴθε δὲ ἠδυνάσο Κρατεύα φιλαργυρίης τὴν πικρὰν ῥίζαν ἐκκόψαι ὡς μηδὲν αὐτῆς λείψανον ἀφεῖναι. εὖ ἴσθι ἐκαθαίρομεν ἂν τῶν ἀνθρώπων μετὰ τῶν σωμάτων τὰς ψυχάς. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐχαί. σὺ δ' ἡμῖν τὸ παρεὸν μάλιστα τὰς ὀρεινὰς καὶ ὑψηλοφύτους ῥιζοτόμει βοτάνας. στερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσί. καὶ δριμύτεραι μᾶλλον διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα καὶ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος. ὅτι γὰρ ἕλκουσιν ἐμψυχότερόν ἐστι. πειρήθητι δ' ὅμως καὶ τὰς περὶ λίμναις ἑλείοις πεφυκυίας ἀνθολογῆσαι καὶ τὰς παραποταμίους ἢ κρηνίτιδας παρ' ἡμῖν καλεομένας ἀσθενέας καὶ ἀτόνους καὶ γλυκυχύλους εἶναι πέπεισμαι. πάντα δὲ ὁκόσα χυλοὶ καὶ ὀποὶ ῥέοντες, ἐν ὑελοῖς ἀγγείοις φερέσθωσαν. ὁκόσα δ' αὖ φύλλα ἢ ἄνθεα ἐν καινοῖσι περιεσφηκωμένοις. ὅκως μὴ διαρριπιζόμενα τῇσι πνοιῇσιν ἐκλίπῃ τὸν τόνον τῆς φαρμακείης ὥσπερ ἀποψυχήσαντα. ἀλλ' εὐθὺς ἡμῖν ταῦτα πέμψον. καὶ γὰρ ἡ ὥρα τοῦ ἔτεος ἁρμόδιος. καὶ ἡ ἀνάγκη τῆς λεγομένης μανίης ἐπείγει. τέχνης δὲ πάσης μὲν ἀλλότριον ἀναβολή· ἰητρικῆς δὲ καὶ πάνυ. ἐν ᾗ ψυχῆς κίνδυνος ἡ ὑπέρθεσις. ψυχαὶ δὲ τῶν θεραπειῶν οἱ καιροί. ὧν ἡ παραφυλακὴ τὸ τέλος. ἔλπομαι οὖν ὑγιέα εἶναι Δημόκριτον καὶ δίχα ἰήσεως. εἰ δ' ἄρα τι σφάλμα φύσιος ἢ καιροῦ ἢ ἄλλη τις αἰτία γένοιτο, πολλὰ γὰρ ἂν ἡμᾶς θνητοὺς ἐόντας λάθοι ἅτε μὴ πάγχυ μὴ δ' ἀτρεκέως εὐτονέοντας ἐπὶ τὸ ἄδηλον, πᾶσαν χρεὼ δύναμιν ἠθροῖσθαι. οὐ γὰρ ἀρκέεται ὁ κινδυνεύων οἷς δυνάμεθα, ἀλλ' ἐπιθυμεῖ καὶ ἃ μὴ δυνάμεθα, καὶ σχεδὸν ἀεὶ πρὸς δύο στρατευόμεθα τέλεα. τὸ μὲν ἀνθρώπου. τὸ δὲ τέχνης. ὧν τὸ μὲν ἄδηλον. τὸ δὲ τῆς ἐπιστήμης ὥρισται. δεῖ δὲ ἐν ἀμφοτέροισι τούτοισι καὶ τύχης. τὸ γὰρ ἀτέκμαρτον ἐν ταῖσι καθάρσεσι δι' εὐλαβείης ἰόντων. καὶ στομάχου κάθαρσιν ὑφορεόμεθα καὶ συμμετρίην φαρμακείης πρὸς ἀγνοουμένην φύσιν στοχαζόμεθα. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ καὶ μία φύσις ἁπάντων. ἕτερον δ' αἰεὶ πρὸς ἑαυτὴν ὀρίζουσαν οἰκεῖον. ἐνίοτε δὲ καὶ ταῖς βοτάνῃσι πολλὰ τῶν ἑρπετῶν ἐνιοβόλησε. καὶ περιχανόντα τῇ ἐντὸς αὔρῃ κάκωσιν ἀντ' ἀλέξιος αὐτοῖσι προσεπέπνευσεν. εἰ μή τις ἄρα κηλὶς ἢ σπίλος ἢ ὀδμὴ θηριώδης καὶ ἀπηνὴς τοῦ γινομένου σύμβολον φανείη. εἶθ' ἡ τέχνη διὰ τὸ σύμπτωμα τῆς τύχης τοῦ κατορθώσιος ἀφῄρηται. βεβαιότεραι δ' αἰεὶ αἱ δι' ἐλλεβόρου διὰ τοῦτο καθάρσιες. αἷς καὶ Μελάμπους ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων καὶ Ἀντικυρεὺς ἐφ' Ἡρακλέα ἱστορέονται κεχρῆσθαι. μὴ χρησαίμεθα δὲ ἡμεῖς ἐπὶ Δημοκρίτου μηδενὶ τουτέων. ἀλλὰ γένοιτο ἐκείνῳ τῶν δραστικωτάτων φαρμάκων σοφίη.

Δημαγήτῳ χαίρειν.

ΤΟῦτο ἐκεῖνο Δημάγητε ὅπερ εἰκάζομεν. οὐ παρέκοπτε Δημόκριτος, ἀλλὰ πάντας ὑπερεφρόνεε καὶ ἡμᾶς ἐσωφρόνιζε. καὶ δι' ἡμέων ἐσωφρόνιζε πάντας ἀνθρώπους. ἐξέπεμψα δέ σοι φιλότης ὡς ἀληθῶς τὴν ἀσκληπιάδα νῆα ἣν προσέθηκες μετὰ τοῦ ἁλίου ἐπίσημον καὶ ὑγιείην. ἐπεὶ κατὰ δαίμονα τῷ ὄντι ἱστιοδρόμηκε,

καὶ ἐκείνῃ τῇ ἡμέρῃ κατέπλωσαν εἰς ἄβδηρα. ἥπερ αὐτοῖς ἐπεστάλκειν ἀφίξεσθαι. πάντας οὖν ἀολλέας περὶ τὰς πύλας εὕρομεν ὡς εἰκὸς ἡμέας περιμένοντας, οὐκ ἄνδρας μόνον ἀλλὰ καὶ γυναῖκας. ἔτι δὲ καὶ πρεσβύτας καὶ παιδία νὴ τοὺς θεοὺς κατηφέα καὶ τὰ νήπια. οὗτοι μέντοι ὧδε εἶχον ὡς ἐπὶ μαινομένῳ τῷ δημοκρίτῳ· ὁ δὲ μετ' ἀκριβείας τότε ὑπερεφιλοσόφεεν. ἐπεὶ δέ με εἶδον, ἔδοξαν μικροῦ ἑωυτῶν γεγονέναι καὶ χρηστὰς ἐλπίδας ἐποιέοντο. ὁ δὲ φιλοποίμην ἄγειν με ἐπὶ τὴν ξενίην ὥρμητο. κἀκείνοισι συνεδόκεε τοῦτο. ἐγὼ δὲ ἔφην ὦ ἀβδηρῖται οὐδέν ἐστι μοι προὐργου ἢ δημόκριτον θεήσασθαι. οἱ δὲ ἐπῄνεον ἀκούοντες καὶ ἥσθησαν. ἦγόν τε συντόμως διὰ τῆς ἀγορᾶς· οἱ μὲν ἑπόμενοι. οἱ δὲ, προθέοντες ἑτέρωθεν ἕτεροι. ὦ ζεῦ βασιλεῦ λέγοντες βοήθει θεράπευσον. κἀγὼ παρηγόρεον θαρρεῖν ὡς τάχα μὲν οὐδενὸς κακοῦ πίσυνος ἐτησίῃσιν ὥρῃσιν. εἰ δ' ἄρα καί τινος βραχέος εὐδιορθώτου· καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ᾔειν. οὐδὲ γὰρ πόρρω ἦν ἡ οἰκίη· μᾶλλον δὲ οὐδὲ ἡ πόλις. παρῆμεν οὖν· πλησίον γὰρ τοῦ τείχεος ἐτύγχανε. καὶ ἀνάγουσί με ἡσυχῇ. ἔπειτα κατόπιν τοῦ πύργου βουνός τις ὑψηλὸς μακρῇσι καὶ λασίῃσιν αἰγείροις ἐπίσκιος· ἔνθεν ἑωρᾶτο τὰ τοῦ δημοκρίτου καταγώγια. καὶ αὐτὸς ὁ δημόκριτος ἐκάθητο ὑπό τινι ἀμφιλαφεῖ καὶ χθαμαλῇ πλατανίστῳ ἐν ἐξωμίδι παχείῃ. μοῦνος. ἀνήλειφος. ἐπὶ λιθίνῳ θώκῳ. ὠχριακὼς πάνυ καὶ λεπτόσαρκος. κουρειῶν τὰ γένεια. παρ' αὐτὸν δὲ ἐπὶ δεξιῆς, λεπτόρρυτον ὕδωρ κατὰ πρανοῦς τοῦ λόφου ἠρεμέως ἐκελάρυζεν. ἦν δέ τι τέμενος ὑπὲρ ἐκεῖνον τὸν λόφον, ὡς ἐν ὑπονοίῃ κατεικάζοντι νυμφέων ἱδρυμένον αὐτοφύτοισιν ἐπηρεφὲς ἀμπέλοισιν. ὁ δ' εἶχεν ἐν εὐκοσμίῃ πολλῇ ἐπὶ τοῖν γονάτοιν βιβλίον· καὶ ἕτερα δέ τινα ἐξ ἀμφοῖν τοῖν μεροῖν αὐτῷ παρεβέβλητο. σεσώρευτο δὲ καὶ ζῶα συχνὰ ἀνατετμημένα δι' ὅλων. ὁ δὲ ὁτὲ μὲν συντόμως ἔγραφεν ἐγκείμενος, ὁτὲ δὲ ἠρέμει. πάμπολύ τε ἐπέχων καὶ ἐν ἑωυτῷ μερμηρίζων. εἶτα μετ' οὐ πολὺ τούτων ἐρδομένων ἐξαναστὰς περιεπάτεε. καὶ τὰ σπλάγχνα τῶν ζώων περιεσκόπεε. καὶ καταθεὶς αὐτὰ μετελθὼν ἐκαθέζετο· οἱ δὲ ἀβδηρῖται περιεστῶτές με κατηφέες. καὶ οὐ πόρρω τὰς ὄψεις δακρύων ἔχοντες, φασίν· ὁρᾷς μέντοι τὸν τοῦ δημοκρίτου βίον, ὡς μέμηνεν ὦ Ἱππόκρατες. καὶ οὔτε ὅ,τι θέλει οἶδεν, οὔτε ὅτι ἔρδει. καί τις αὐτῶν μᾶλλον ἐνδείξασθαι βουλόμενος τὴν μανίην αὐτοῦ, ὀξὺ ἐκώκυσεν. ἴκελον γυναικὶ ἐπὶ θανάτῳ τέκνου ὀλοφυρομένῃ. εἶτα ἐνώμωξεν ὑποκρινόμενος παροδίτην ἄλλος ὀλέσαντα ὃν ἐκόμιζε. καὶ ὁ δημόκριτος ἀκούων τὰ μὲν ἐμειδία. τὰ δὲ ἐξεγέλα οὐκ ἔτ' οὐδὲν γράφων· τὴν δὲ κεφαλὴν θαμινὰ ἐμπέσειεν. ἐγὼ δέ, ὑμεῖς μὲν ἔφην ὦ ἀβδηρῖται αὐτοῦ μείνατε. ἐγγυτέρω δὲ αὐτὸς καὶ λόγου καὶ σώματος τ' ἀνδρὸς γενηθεὶς, ἰδὼν καὶ ἀκούσας, εἴσομαι τοῦ πάθεος τὴν ἀλήθειαν. καὶ ταῦτα εἰπὼν, κατέβαινον ἡσυχῇ· ἦν δὲ ὀξὺ καὶ ἐπίφορον ἐκεῖνο τὸ χωρίον. μόλις δ' οὖν διαστηριζόμενος διῆλθον. ἐπεὶ δὲ ἐπλησίαζον, ἔτυχε τότε ἐπελθὸν αὐτῷ ὅ,τι δήποτε γράφειν ἐνθουσιωδῶς καὶ μεθ' ὁρμῆς.

eóque die Abderam nauigarit, quò me peruenturum ſcripſeram. Omnes igitur pro portis congregatos offendimus, nos, vt eſt veriſimile, expectantes, nō viros ſolùm, verametiam mulieres, atque etiam ſenes & pueros, per Deos triſtes, itémque infantes. Hi ſanè ſic affecti erant, quòd Democritus inſaniret, at ille tunc exacta quadam diligentia philoſophiæ incumbebat. Vbi autem me viderunt, paulùm ad ſe rediiſſe, & bene ſperare viſi ſunt. Philopœmen verò me ad hoſpitium ducere properabat, quod & communiter illis placebat. At ego (viri Abderitæ) inquam, nihil mihi priùs faciendum exiſtimo, quàm vt Democritum videam. Quo audito collaudarunt & lætati ſunt, méque continuò per forum deduxerunt, alij quidem ſequentes, alij præcurrentes, aliaque ex parte alij clamantes vt ſeruarem, adiuuarem, medelam adhiberem. At ego bono animo eſſe iubebam, quòd Eteſiarum tempeſtate fretus, nullum quidem malum, aut certè breui & facilè corrigi poſſe ſperarem. Simúlque hæc dicens pergebam, neque enim procul domus erat, imò neque tota ciuitas. Adiuimus igitur, cùm iuxta mœnia eſſet, illúcque me placidè deducunt. Deinde poſt turrim collis erat altus, longis & denſis populis nigris opacus, vnde Democriti domicilium conſpiciebatur. Ipſéque Democritus ſub vmbroſa & humillima Platano ſedebat, in breui & ſubſtricta tunica craſſa citra humeros deſinente (exomide dicta) ſolus, ſqualidus, in lapidea ſella, pallidus admodum & macilentus, barba promiſſa. Iuxta eum ad dextram tenuis aquula per decliuem tumulum decurrens placidè reſonabat. Erat autem delubrum quoddam ſuper tumulum illum, Nymphis quidem, quantùm conijcere licet, dedicatum, ſponte enatis vitibus circumdatum. Hic verò compoſitè admodum librum ſuper genua habebat, & alij quidam vtraque ex parte ei adiacebant, crebra autem animalium cadauera per totum diſſecta, accumulata erat. Hic autem interdum contento ſtudio ſcriptioni incumbebat, interdum multùm ſubſiſtens, & apud ſe anxiè cogitans quieſcebat. Deinde non multò poſt his peractis, exurgens deambulabat, & animalium viſcera attentè inſpiciebat, hiſque depoſitis reuerſus rurſus deſidebat. At verò Abderitæ mihi triſtes, nec procul à lachrymantibus oculis aſſiſtentes, Vides certè (inquiunt) Hippocrates Democriti vitam, quàm inſaniat, neque quid velit, aut quid faciat nouit. Et ex his aliquis cùm adhuc eius inſaniam mihi magis demonſtrare vellet, altos eiulatus ad inſtar mulieris liberorum mortem lamentantis edidit, deinde rurſus ingemuit, viatoris perſonam gerens, qui quod ferebat perdidit. Quibus auditis Democritus partim riſit, partim ſubſannauit, nihílque ampliùs ſcribebat, caput verò crebrò concutiebat. At ego, vos quidem (inquam) viri Abderitæ hîc manete, vbi autem ipſe propiùs âcceſſero & viri verba audiero, corpúſque videro, affectus veritatem cognoſcam, hiſque dictis placidè deſcendi. Erat autem præceps locus ille & pronus, vix igitur greſſum retinens permeaui. Vbi verò propiùs acceſſi, fortè in eum incidi, cùm ſanè quid diuino furore act⁹ & cōcitatus ſcriberet.

Iſthic

Isthic igitur constiti, tempus opportunum dum ipse cessaret expectans. At ille non multò pòst, deposito impetu & stylo scriptorio, hoc accedentem aspexit, & Salue, inquit, hospes. Et ego, tu quoque plurimùm (inquam) Democrite hominum sapientissime. Ille verò pudore suffusus (opinor) quòd me nomine non compellasset. Te verò (inquit) quonam nomine vocauero? Tui enim nominis ignoratio, occasio fuit cur te hospitem appellarem. Hippocrates (inquam) Medicus vocor. At ille. Asclepiadarum (inquit) nobilitas, tuæque in arte Medica sapientiæ gloria crebris admodum hominum sermonibus ad nos peruenit. Quodnam verò te negocium (ô amice) huc adduxit? Quin potiùs omissis omnibus considero. Cernis enim quàm nō sit iniucunda hæc foliis instrata sedes, viridis ad hęc & mollis, & ad insidendum blandior inuidia obnoxiis fortunæ sellis. Cùm verò consedissem, rursus inquit, priuatum igitur an publicum animo agitans negotium huc venisti? eloquere apertè. Ad id enim te pro viribus adiuuabimus. Ego verò, ista sanè vera causa est, huc tui gratia venio, vt te virum sapientem conueniam. Occasionem autem patria dedit, cuius legationem obeo. At ille, Hospitio igitur primùm nostro vtere. Ego verò pertentato per omnia viro, etsi eum minimè delirare iam mihi constaret, Philopœmenem, inquam, nosti, ciuem vestrum? Ille verò, maximè, inquit, Damonis filiū dicis, cuius ædes sunt iuxta fontem Hermaïda? Illum ipsum (inquam) cuius antiquus sum & peculiaris hospes. Tu verò Democrite, potiore me hospitio excipito, imprimísque quidnam scribas eloquere. Ille verò paulùm moratus, de insania, inquit. Tum ego, Iuppiter Rex, inquam, peropportunè sanè contra ciuitatem scribis. At ille, quam ciuitatem Hippocrates? Nihil inquam ô Democrite, sed nescio quo modo mihi excidit. Sed quid de insania scribis? Quidnam verò, inquit, aliud, quàm quid sit, & quomodo hominibus innascatur, & quanam ratione alluetur. Hæc enim inquit, quæ vides animantia, huius certè rei gratia reseco, minimè Dei opera odio prosequens, sed bilis naturam & sedem inquirens. Nosti enim quòd hæc vbi redundarit, vt plurimùm hominum insaniæ causæ est. In omni quidem natura inest, sed in aliis quidem minùs, in aliis verò copiosiùs. Huius autem immoderantia morbi existunt, velut materia, partim quidem bona, partim verò mala subiecta. Tum ego, per Iouem, inquàm, ô Democrite, verè & sapienter ais. Proinde te beatum iudico, qui tanta quiete frueris, cuius participes esse nobis non liceat. At eo interrogante, cur Hippocrates non liceat? Quòd, inquam, aut ægri, aut res familiaris, aut liberi, aut æs alienum, aut morbi, aut mortes, aut serui, aut nuptiæ, aut eiusmodi quædam huius opportunitatem nobis rescindant. Tum sanè vir ille insolitam affectionem delapsus, & abundè in risum effusus est, & vehementiùs irrisit, ac de cætero quieuit. At ego, quid sanè Democrite (inquam) rides? num de bonis aut malis quæ dixi? Ille verò adhuc magis ridebat. Quod procul videntes Abderitæ, partim quidē capita, partim verò frontem cædebant, quidam etiam capillos euellebant. Nam quemadmodum postea narrarunt, copiosiore quàm solitus esset risu

εἱστήκειν οὖν περιμένων αὐτέον τὸν καιρὸν τῆς ἀναπαύσιος. ὁ δὲ μετὰ μικρὸν τῆς φορῆς λήξας τοῦ γράφειν, προσέβλεψέ τε εἰς ἐμὲ προσιόντα καί φησι. χαῖρε ξεῖνε. κἀγώ, πολλὰ δὲ καὶ σὺ Δημόκριτε ἀνδρῶν σοφώτατε. ὁ δὲ αἰδεσθεὶς οἶμαι ὅτι ὀνόματι οὐ προσεῖπέ με, σὲ δὲ ἔφη τίνα καλέομεν. ἀγνοίη γὰρ τοῦ σοῦ ὀνόματος, πρόφασις τῆς τοῦ ξείνου προσηγορίας. Ἱπποκράτης ἔφην ἔμοιγε ὄνομα ὁ ἰητρός. ὁ δὲ εἶπεν. ἡ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εὐγένεια, πολύ γέ σου τὸ κλέος τῆς ἐν ἰητρικῇ σοφίης πεφοίτηκεν ὡς ἐμέ. τί δέ σε χρέος δεῦρ' ἤγαγεν ἑταῖρε. μᾶλλον δὲ πρὸ πάντων κάθισον. ὁρᾷς δὲ τὸν οὕτως οὐκ ἀηδῆ φύλλων θημῶνα ὡς χλοερὸς καὶ μαλακός ἐστι καθίσαι. καὶ προσηνέστερος τῆς τύχης ἐπιφθόνων θώκων. καθίσαντος δέ μου πάλιν φησίν. ἴδιον οὖν τι ἢ ἐπιδήμιον διζήμενος πρῆγμα δεῦρο ἀφῖξαι. φράζε σαφέως. καὶ γὰρ ἡμεῖς ὅτι δυναίμεθα συνεργοῖμεν. κἀγὼ τὸ μὲν κατ' ἀλήθειαν ἔφην ἕνεκεν σεῦ. δεῦρο γὰρ ἥκω σοὶ συντυχεῖν ἀνδρὶ σοφῷ. ἔχει δὲ πρόφασιν ἡ πατρίς, ἧς πρεσβείαν τελῶ. ὁ δέ, ξενίῃ τοίνυν τὰ πρῶτα κέχρησο ἡμετέρῃ. περιερχόμενος δὲ κατὰ πάντα τὸν ἄνδρα, καίπερ ἤδη μοι δῆλον μὴ παρακόπτειν, Φιλοποίμενα οἶσθα ἔφην, πολίτην ἐόντα ὑμέτερον; ὁ δὲ καὶ μάλα ἔφη εἰ τὸν Δήμωνος λέγεις υἱόν, τὸν οἰκέοντα παρὰ τὴν Ἑρμαΐδα κρήνην. τούτῳ εἶπον ὢν τυγχάνω ἐκ πατέρων ἰδιόξενος. ἀλλὰ σὺ Δημόκριτε τῇ κρέσσονί με ξενίῃ δέχου. καὶ πρῶτόν γε τί ἦν τοῦτο ὃ γράφων τυγχάνεις φράζε. ὁ δὲ ἐπισχὼν ὀλίγον, περὶ μανίης ἔφη. κἀγώ, Ζεῦ βασιλεῦ, φημί, εὐκαίρως γε ἀντιγράφεις πρὸς τὴν πόλιν. ὁ δέ, ποίην φησὶ πόλιν Ἱππόκρατες. ἐγὼ μὲν οὐδὲν ἔφην ὦ Δημόκριτε. ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως προὔπεσεν. ἀλλὰ τί περὶ μανίης γράφεις. τί γὰρ εἶπεν ἄλλο, ἢ τίς πέλει, καὶ ὅκως ἀνθρώποισιν ἐγγίνεται. καὶ τίνα τρόπον ἀπολωφέοιτο. τὰ γὰρ ζῶα ταῦτα ἔφη ὁκόσα ὁρᾷς, τούτου μέντοι γε ἕνεκα ἀνατέμνω. οὐ μισέων θεοῦ ἔργα. χολῆς δὲ διζήμενος φύσιν καὶ θέσιν. οἶδα γὰρ ἀνθρώπων παρακοπῆς ὡς αἰτίη ἐπὶ πολὺ αὕτη πλεονάσασα. ἐπεὶ πᾶσι μὲν φύσει ἐνυπάρχει. ἀλλὰ παρ' οἷς μὲν ἐλάσσω, παρ' οἷς δέ τισι πλείων. ἡ δὲ ἀμετρία αὐτῆς νοῦσοι τυγχάνουσιν ὡς ὕλης ὅτε μὲν ἀγαθῆς, ὅτε φαύλης ὑποκειμένης. κἀγὼ νὴ Δί' ἔφην ὦ Δημόκριτε ἀληθέως τε καὶ φρονίμως λέγεις. ὅθεν εὐδαίμονά σε κρίνω, ἀπολαύοντα τοσαύτης ἡσυχίας. ἡμῖν δὲ μετέχειν ταύτης οὐκ ἐπιτέτραπται. ἐρόμενος δὲ διὰ τί Ἱππόκρατες οὐκ ἐπιτέτραπται. ὅτι ἔφην ἢ ἀποικίη, ἢ τέκνα, ἢ δάνεια, ἢ νοῦσοι, ἢ θάνατοι, ἢ δμῶες, ἢ γάμοι, ἢ τοιαῦτά τινα τὴν εὐκαιρίην ὑποτέμνεται. ἐνταῦθα δὴ ὁ ἀνὴρ εἰς τὸ εἰωθὸς πάθος κατηνέχθη. καὶ μάλα ἀθρόον τι ἀνεκάγχασε, καὶ ἐπετώθασε, καὶ τὸ λοιπὸν ἡσυχίαν ἦγε. καὶ ἐγὼ τί μέντοι ἔφην ὦ Δημόκριτε καταγελᾷς. πότερον τὰ ἀγαθὰ ὧν εἶπον ἢ τὰ κακά. ὁ δέ, ἔτι μᾶλλον ἐγέλα. καὶ ἀπόθεν ὁρῶντες οἱ Ἀβδηρῖται, οἱ μὲν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν ἔπαιον. οἱ δὲ τὰ μέτωπα. οἱ δὲ τὰς τρίχας αὐτῶν ἔτιλλον. καὶ γὰρ ὡς ὕστερον ἔφασαν, πλεονάζοντι παρὰ τὸ

εἰωθὸς κατηνέχθη. καὶ μάλ' ἀθρόον τι ἐχρήσατο τῷ γέλωτι. ὑποτυχὼν δὲ ἐγὼ ἔφην. ἀλλὰ μὴν σοφῶν ἄριστε Δημόκριτε. ποθέω γὰρ αἰτίην τοῦ περὶ σὲ πάθεος καταλαβέσθαι, τίνος ἄξιος ἐφάνην ἐγὼ γέλωτος αὐτὸς ἢ τὰ λαληθέντα. ὅκως ἢ μαθὼν παύσωμαι τῆς αἰτίης, ἢ σὺ ἐλεγχθεὶς, διακρούσῃ τοὺς ἀκαίρους γέλωτας. ὁ δὲ, Ἡράκλεις ἔφη. εἰ γὰρ δυνήσῃ με ἐλέγξαι, θεραπείην θεραπεύσεις οἵην οὐδένα πώποτε Ἱππόκρατες. καὶ πῶς οὐκ ἐλεγχθείης ἔφην ὦ ἄριστε. ἢ οὐκ οἶσθα, ἄτοπός γε εἶναι γελῶν θάνατον ἀνθρώπου. ἢ νοῦσον, ἢ παρακοπὴν, ἢ σφαγὴν, ἢ ἄλλο τι χέρειον. ἢ τοὔμπαλιν γάμους, ἢ πανηγύριας, ἢ τεκνογονίην, ἢ μυστήρια, ἢ ἀρχὰς, ἢ τιμὰς, ἢ πᾶν ὅλως ὄνομα ἀγαθόν. καὶ γὰρ ἃ δέον οἰκτείρειν, γελᾷς. καὶ ἐφ' οἷσιν ἥδεσθαι χρὴ, καταγελᾷς τούτων. ὥστε μήτε ἀγαθὸν μήτε κακὸν παρὰ σοὶ διακεκρίσθαι. ὁ δὲ, ταῦτα μὲν εὖ λέγεις Ἱππόκρατες. ἢ γε οὐκ οἶσθά πω ἡμετέρου γέλωτος αἰτίην. μαθὼν δὲ, εὖ οἶδ' ὅτι κρείσσονα τῆς πρεσβείας ἀντιφροντισάμενος, ἀποίσῃ θεραπείην τὸν ἐμὸν γέλωτα τῇ πατρίδι. καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἄλλους δυνήσῃ σωφρονίζειν. ἀνθ' ὧν ἴσως κἀμὲ διδάξεις ἰητρικὴν ἀμοιβηδόν. γνοὺς οἵην σπουδὴν περὶ τὰ ἀσπούδαστα φιλοτιμούμενοι πρήσσειν τὰ μηδενὸς ἄξια πάντες ἄνθρωποι, τὸν βίον ἀχρήστως ἀναλίσκουσι, γελώτων ἄξια διοικοῦντες. ἐγὼ δέ φημι, λέγε πρὸς θεῶν. μήποτε γὰρ διαλανθάνει νοσέων πᾶς ὁ κόσμος, καὶ οὐδὲ ἔχει ὅκου διαπέμψηται πρεσβείην πρὸς θεραπείην; τί γὰρ ἂν εἴη ἔξω αὐτοῦ. ὁ δὲ, ὑπολαβὼν, πολλαί γέ φησιν ἀπειρίαι κόσμων εἰσὶν ὦ Ἱππόκρατες. καὶ μηδαμῶς ἑταῖρε κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἔφην ὦ Δημόκριτε διδάξεις ἐν ἰδίῳ καιρῷ. εὐλαβέομαι δὲ μήκως καὶ τὴν ἀπειρίην διεξιὼν, γελᾷν ἄρξῃ. ἴσθι τοίνυν περὶ τοῦ σοῦ γέλωτος τοῦ βίου λόγον δώσων. ὁ δὲ μάλα ξυνὸν ἀπιδών με, δύο φησὶ τοῦ μοῦ γέλωτος αἰτίας δοκέεις ἀγαθὰ καὶ φλαῦρα. ἐγὼ ἕνα γελῶ τὸν ἄνθρωπον. ἀνοίης μὲν γέμοντα. κενὸν δὲ πρηγμάτων ὀρθῶν, πάσαισιν ἐπιβολαῖσι νηπιάζοντα. καὶ μηδεμιῆς εἵνεκεν ὠφελείης ἀνύοντα τοὺς ἀνηνύτους μόχθους. πείρατα γῆς καὶ ἀορίστους μυχοὺς ἀμετρείῃς ἐπιθυμίῃ ὁδεύοντα. ἄργυρον τήκοντα καὶ χρυσόν. καὶ μὴ παυόμενον τῆς κτήσιος ταύτης. ἀεὶ δὲ θορυβεύμενον περὶ τὸ πλέον ὅκως αὐτὸς ἐλάσσων γένηται. καὶ οὐδὲν αἰσχύνεται λεγόμενος εὐδαίμων. ὅτι χάσματα γῆς ὀρύσσει δεσμίων χερσίν. ὧν οἱ μὲν ἐπὶ σομφῆς πιπτούσης τῆς γῆς ἐφθάρησαν. οἱ δὲ πολλῷ χρόνῳ ταύτην ἄγοντες τὴν ἀνάγκην ὡς ἐν πατρίδι τῇ κολάσει καταμένουσιν, ἄργυρον καὶ χρυσὸν μαστεύοντες. ἴχνη κόνιος καὶ ψήγματα ἐρευνῶντες, ψάμμον ἄλλην ἀλλαχόθεν ἀγείροντες καὶ γῆς φλέβας ἐκτέμνοντες εἰς περιουσίην ἀεὶ βωλοποιοῦντες ἐκ γῆς μητρός. τὴν δὲ μίην γῆν καὶ τὴν αὐτὴν ἐοῦσαν καὶ θαυμάζουσι καὶ πατέουσιν. ὅσος γέλως ἐπιμόχθου, καὶ κρυφίης γῆς ἐρῶσι. καὶ τὴν φανερὴν ὑβρίζουσι. κύνας ὠνέονται, οἱ δὲ ἵππους, οἱ δὲ χώρην πολλὴν περιορίζοντες, ἰδίην ἐπιγράφουσι. καὶ

visus fuerat. Tum ego. At verò sapientem optime Democrite (huius enim tui affectus causam deprehendere cupio) quonam tibi risu dignus visus sum, aut ea quæ dicta sunt, vt hoc cognito, causa desistam, vel tu reprehensus, importunos hos risus summoueas. Tum ille, si (mehercule) inquit, redarguere me poteris, curationem Hippocrates, qualem nullus vnquam, feceris. Et quomodo (inquam) optime, reprehensione dignus non videaris, aut te absurdũ non esse putas, si hominum mortẽ rides, aut morbum, aut dementiam, aut insaniam, aut melancholiam, aut cædem, aut quid peius? Aut cõtrà, nuptias, aut conuentuum celebritates, aut liberorum natales, aut mysteria, aut magistratus, aut honores, aut aliud quid prorsus bonum? Quæ enim commiseratione digna sunt rides, & de quibus lætari oporteat, ea etiam derides, adeò vti apud te neque boni, neq; mali vllum sit discrimen. At ille, rectè quidem dicis Hippocrates, verùm risus nostri, causam nondum nosti, quam cùm didiceris, certus sum quòd meum risum meliorem curationem pro tua legatione patriæ tibique ipsi vicissim reportabis, qua etiam alios prudentiores reddere poteris. Pro quibus fortasse me etiam Medicinam mutuò docueris, vbi cognoueris quanto studio omnes homines ad ea quæ negligenda sunt & nullius pretij facienda contendunt, & in his quæ risu digna sunt consectandis vitam consumunt. Tum ego, dic per Deos, inquã, nunquid omnis mundus se ægrotare ignorat, neque habet vnde sui curationem legatione accersat? Quid enim extra eum esse potest? Quo audito, multæ (inquit) sunt Hippocrates mundorum infinitates, nolique (amice) naturam diuitem vt paruam existimare. Sed hæc Democrite (inquam) suo tempore docebis. Vereor enim ne si quando infinitatem percensueris, ridere incipias. Nunc verò de tuo risu in vita reddendam esse tibi rationẽ puta. At ille admodum perspicuè in me intuens, Duas inquit, mei risus causas existimas, bona & mala. At ego vnum hominem rideo, amentia quidem refertum, rectè factis vacuum in omnibus consiliis pueriliter agentem, nullius vtilitatis gratia immensos labores tolerantem, terræ fines & infinitos recessus agenti & auri comparãdi gratia immoderatis cupiditatibus peragrantem, & nunquam ab his comparandis cessantem, semper verò ad copiam tumultuantem, ne si ea destituatur, pudore suffundatur, quòd felix non dicatur. Quòd in terræ hiatus inquirens eorum manibus effodiat, qui partim quidem à terra inani irruente intereunt, partim verò diutiùs hac necessitate detenti, in supplicio tanquam in patria permanent, aurum & argentum perquirentes, pulueris vestigia & ramenta peruestigantes, arenam aliam aliunde excitãtes, & terræ venas excindentes, ad opulentiam semper terram matrem tanquam hostilem in glebas proscindunt, quam eandem etiam cum admiratione calcant. Quantùm verò rideri debet quòd terram latentem cum labore amant, apertam contumelia afficiunt. Canes emunt, quidam etiam equos, quidam verò multa circumscripta regione eam sibi adscribunt, & cum

multis

multis dominari velint, sibiipsis imperare nequeunt. Vxores ducere cupiunt, quas paulò pòst repudiant, amant, deinde odio prosequuntur, cum cupiditate liberos suscipiunt, deinde eos adultos abdicant. Quodnam hoc inane studium & rationis expers, nihilque ab insania discrepans? Bellum intestinum gerunt, quietem optabilem non ducunt, regibus vicissim insidias tendunt, homines necant, defossa terra argentum inuestigant, argento reperto terram emere cupiunt, terra emta fructum diuendunt, fructibus distributis rursus argentum capiunt. Quibus mutationibus & quantis vitiis obnoxij? Cùm opes non habeant, eas expetunt, si habent, abscondunt, dissipant. Eorum res aduersas derideo, eorum infortunia intento risu excipio. Veritatis enim instituta violant, contentionis studio hostiles inter se rixas habent. Cum fratribus verò parentibus, & ciuibus mutuas cædes exercent, idque pro iis possessionibus quarum nemo post mortem dominus esse potest. Iniustam vitam consectantes, amicorum & patriæ inopiam despiciunt, indigna & inanimata diuitiarum loco habent, pro vniuersis facultatibus statuam mercantur, quòd simulachrum loqui videatur, eos verò qui verè loquuntur odio habent. Res non faciles amore prosequuntur, in continente habitantes, maritima expetunt, rursúsque insulas tenentes, continentem affectant, cunctáque in suam cupiditatem peruertunt. Et in bello quidem fortitudinem laudare videntur, at in dies à libidinum indulgentia & auaritia vincuntur, & affectibus omnibus tenentur. Thersitis autem vitam omnes referunt. Qua verò in re risum meum Hippocrates reprehendisti? Neque enim quisquam suam, sed alter alterius amentiam deridet, hi quidem ebrios, cùm ipsi sibi sobrij videantur, alij amantes, cùm ipsi grauiore morbo laborent, hi verò nauigantes, alij agriculturæ deditos. Neque enim artibus, neque operibus inter se consentiunt. Tum ego, hæc quidem, inquá vera sunt Democrite, neque alia quæpiam oratio ad conuincendam mortalium miseriam commodior esse possit. Verùm ipsæ actiones hanc necessitatem veluti decreto quodam imponunt, ad rei domesticæ dispensationem, nauium fabricationē, & reliquam Reipublicæ administrationem, in qua versari hominem oportet. Neque enim ad inertiá eum natura procreauit. Ex his rursus latè sparsa ambitio, multorum rectè sentientem animum aberrare coëgit, qui ad omnia velut sine lapsu summo studio contendunt, non tamen obscuritatem præuidere possunt. Quis enim (ô Democrite) vxorem ducens diuortium aut mortem cogitat? aut liberos educans, interitum? Sed neque in agricultura & nauigatione, regno, imperio, & omnibus quæ sunt in vita. Nemo enim se aberraturum animo antè percepit, sed quisque horum bona spe pascitur, deteriora verò ne meminit quidem. Num igitur tuus hic risus his minimè conuenit? Tum Democritus. Tardo, inquit, es admodum ingenio, procúlque à mea sententia peregrinaris Hippocrates, neque tranquillitatis, & perturbationis modum propter ignorantiam prospicis. Qui enim hæc ipsa prudenti cogitatione disponunt, ij & facilè liberantur, & meum risum subleuant. Nũc verò velut

πολλῶν ἐθέλοντες δεσπόζειν, οὐδὲ αὑτῶν δύνανται. γαμεῖν σπεύδουσιν ἃς μετ' ὀλίγον ἐκβεβλήκασιν. ἐρῶσιν, εἶτα μισοῦσι. μετ' ἐπιθυμίης τεκνοῦσιν, εἶτα ἐκβάλλουσι τελείας. τίς ἡ κενὴ σπουδὴ καὶ ἀλόγιστος, μηδὲν μανίης διαφέρουσα. πολεμοῦσιν ἔμφυλα. ἠρεμίην οὐχ αἱρετίζουσιν. ἀντενεδρεύουσι βασιλῆας. ἀνδροφονέουσι. γῆν ὀρύττοντες, ἄργυρον ζητοῦσιν. ἄργυρον εὑρόντες γῆν θέλουσι πρίασθαι. ὠνησάμενοι γῆν, καρποὺς πιπράσκουσι. καρποὺς ἀποδιδόμενοι, πάλιν ἀργύριον μεταλαμβάνουσιν. ἐν ὅσῃσι μεταβολῇσιν εἰσίν, ἐν ὅσῃ κακίῃ. οὐσίην μὴ ἔχοντες οὐσίην ποθέουσιν, ἔχοντες κρύπτουσιν, ἀφανίζουσι. γελῶ ἐφ' οἷσι κακοπραγέουσιν. ἐπιτείνω τὸν γέλωτα ἐφ' οἷς δυστυχέουσι. θεσμοὺς γὰρ ἀληθείης παραβεβήκασι. φιλονεικέοντες ἔχθρῃ πρὸς ἀλλήλους, δῆριν ἔχουσι μετ' ἀδελφεῶν καὶ γονέων καὶ πολιτέων, καὶ ταῦτα ὑπὲρ τοιούτων κτημάτων, ὧν οὐδὲ εἷς θανὼν δεσπότης ἐστί. ἀλληλοκτονέουσιν ἀθέσμα βία φονεύοντες. φίλων δὲ πατρίδων ἀπορίην ὑπερορῶσι. πλουτίζουσι τὰ ἀνάξια καὶ τὰ ἄψυχα, ὅλης τῆς οὐσίης ἀνδριάντας ὠνέονται, ὅτι δοκεῖ λαλεῖν τὸ ἄγαλμα. τοὺς δὲ ἀληθέως λέγοντας μισέουσι. τῶν μὴ ἰδίων ἐρίενται. καὶ γὰρ ἤπειρον οἰκέοντες, θάλατταν ποθέουσι. καὶ πάλιν ἐν νήσοισιν ἐόντες ἠπείρων γλίχονται. καὶ πάντα διαστρέφουσιν εἰς ἰδίην ἐπιθυμίην. καὶ δοκέουσι μὲν ἐν πολέμῳ ἀνδρίην ἐπαινέσαι. νικῶνται δὲ καθ' ἡμέρην ὑπὸ τῆς ἀσελγείης, ὑπὸ φιλαργυρίης, ὑπὸ τῶν παθέων ἁπάντων ἃ νοσέουσι. θερσῖται δέ εἰσι τοῦ βίου πάντες. τί δὲ τὸν ἐμὸν Ἱππόκρατες ἐμέμψω γέλωτα. οὐ γὰρ αὐτοὶ τῆς ἰδίης ἀνοίης, ἀλλ' ἄλλος ἄλλου καταγελᾷ. οἱ μὲν τῶν μεθυόντων ὅταν αὐτοὶ δοκέωσι νήφειν. οἱ δὲ τῶν ἐρώντων χαλεπωτέρην νόσον νοσέοντες αὐτοί. οἱ δὲ τῶν πλεόντων. ἄλλοι δὲ τῶν περὶ γεωργίην ἀσχοληθέντων. οὐ συμφωνέουσι γὰρ, οὔτε ταῖς τέχναισιν, οὔτε τοῖς ἔργοισιν. ἐγὼ δὲ ταῦτα μὲν ἔφην κρήγυα Δημόκριτε. οὐδὲ ἄλλος τις ἂν εἴη λόγος ἁρμοδιώτερος ἐξαγγέλλειν ταλαιπωρίην θνητῶν. ἀλλ' αἱ πρήξιες νομοθετέουσι τὴν ἀναγκαίην. οἰκονομίης τε ἕνεκεν καὶ ναυπηγίης καὶ τῆς ἑτέρης πολιτείης, ἐν ᾗ χρεὼν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. οὐ γὰρ εἰς ἀργίην αὐτὸν ἡ φύσις ἐγείνατο. ἐκ τούτων δὴ πάλιν φιλοδοξίη χυθεῖσα ἔσφηλε πολλῶν ὀρθογνώμονα ψυχήν. σπουδαζόντων μὲν ἅπαντα ὡς ἐπ' ἀδιαπτωσίην. μηκέτ' εὐτονεόντων δὲ τὴν ἀδηλότητα προορήσασθαι. ποῦ γάρ τις ὦ Δημόκριτε γαμέων, ἢ χωρισμὸν, ἢ θάνατον προσεδόκησε. τίς δ' ὁμοίως παιδοτροφέων ἀπώλειαν. ἀλλ' οὐδὲ ἐν γεωργίῃ, καὶ πλόῳ, καὶ ναυτιλίῃ, καὶ βασιλείῃ, καὶ ἡγεμονίῃ, καὶ πάνθ' ὅσα ὑπάρχει κατὰ τὸν αἰῶνα. οὐδὲ εἷς γὰρ προσέλαβε πταῖσαι. ἀλλ' ἀγαθῇσιν ἕκαστος τούτων ἐλπίσι φέρβεται. τῶν δέ γε χερειόνων οὐ μέμνηται. μή ποτ' οὖν οὗτος γέλως τούτοις ἀνάρμοστος, ὁ δὲ Δημόκριτος. μάλα νωθὴς ἔφη τὸν νόον ὑπάρχεις, μακρὰν γε τῆς ἐμῆς γνώμης ἀπόδημος Ἱππόκρατες, ἀταραξίης καὶ ταραχῆς μέτρα ἐπισκοπέων δι' ἀγνοίην. ταῦτα γὰρ αὐτὰ διανοίῃ φρενήρει διοικέοντες, αὐτοί τε ῥᾳδίως ἀπηλλάττοντο. καὶ τὸν ἐμὸν ἐλώφεον γέλωτα. νῦν δ' ὡς

ἐπ' ἀφηέρσι τούτοισιν ἐν τῷ βίῳ φρενοβλαβέες τετύφωνται. ἀσυλλογίστῳ διανοίῃ τῆς ἀτάκτου φορῆς δυσδίδακτοι. νουθεσίη γὰρ αὐτάρκης ὑπῆρχεν ἡ τῶν συμβάντων μεταβολή, ὀξείῃσι τροπῇσιν ἐμπίπτουσα αἰφνίδιον, τροχηλασίην παντοίην ἑλίσσουσα. οἱ δ' ὡς ἐὼ ἀρηρυίῃ καὶ βεβαίῃ ἐκλελησμένοι παθέων κατὰ τὸ συνεχὲς συμπιπτόντων ἄλλοτε ἄλλως, ποθέοντες τὰ λυπέοντα, διζήμενοι τὰ μὴ συμφέροντα ἐκκαλινδέονται πολλῇσι ξυμφορῇσιν. εἰ δ' ἐμερμήριζε κατὰ δύναμιν ἰδίην τὰ ξύμπαντα ἔρδειν, ἀδιάπτωτον ἐφρούρεε ζωὴν ἑωυτὸν ἐξεπιστάμενος καὶ σύγκρισιν ἰδίην σαφῶς κατανοήσας καὶ μὴ τῆς ἐπιθυμίης τὴν σπουδὴν ἀόριστον ἐκτείνων. τὴν δὲ πλουσίην φύσιν καὶ πάντων τιθήνην δι' αὐταρκείης ὁδοιπορέων. καθάπερ δὲ τῶν παθέων ἐν εὐεξίῃ κίνδυνος πρόδηλος οὕτω τὸ μέγεθος τῶν εὐτυχημάτων ἐπισφαλέστερόν ἐστιν. ἀρίσημοι δὲ ἐπὶ τῇσι κακοδαιμονίῃσι ξυνθεωρεῦνται. ἄλλοι δὲ τὰ τῶν πάλαι μηδὲν ἱστορέοντες ὑπὸ τῆς ἰδίης κακοπραγίης ἀπώλοντο. τὰ δὲ δῆλα καθάπερ ἄδηλα μὴ θεωρέοντες ὑπόδειγμα τὸν μακρὸν βίον ἔχοντες γινομένων καὶ μὴ γινομένων. ἐξ ὧν καὶ τὸ ἐσόμενον ἐχρῆν κατανοῆσαι. ταῦτα ὁ ἐμὸς γέλως. ἄφρονες ἄνθρωποι πονηρίης δίκας ἐκτίνοντες φιλαργυρίης, ἀπληστίης, ἔχθρης, ἐνεδρείης, ἐπιβουλῆς, βασκανίης. ἀργαλέον ἐξειπεῖν μηχανὴν κακῶν. ἀπειρίη γάρ τις ἐστί. κἂν τούτοισι δολοπλοκίῃσιν ἀνθαμιλλέονται σκολιόφρονες. ἀρετῆς δὲ παρ' αὐτῆς τρόπος ἐστὶ τὸ χέρειον. φιλοψευδίην γὰρ ἔχουσι. φιληδονίην κοσμεῦ νόμοισιν ἀπειθέοντας. ὁ δὲ, αὐτῶν κατακρίνει τὴν ἀπροαιρεσίην. μήτε ὁρήσιος, μήτε ἀκοῆς μετέχοντας. μούνη δ' αἴσθησις ἀνθρώπου ἀτρεκέη διανοίας τηλαυγοῦς. τό, τε ἐὸν καὶ τὸ ἐσόμενον προορεόμενοι, δυσαρεστεῦνται πᾶσι, καὶ πάλιν τοῖσιν αὐτοῖσιν ἐμπελάζονται. ἀρνησάμενοι πλόον, πλέουσι. γεωργίην ἀπωσάμενοι αὖθις γεωργοῦσιν. ἐκβάλλοντες γαμετήν, ἑτέρην εἰσάγονται. θάψαντες ἃ ἐγεννήσαν, πάλιν τρέφουσι. γῆρας εὔξαντο. εἶτα εἰς αὐτὸ ἀφικόμενοι στενάζουσιν. ἐν οὐδεμιῇ καταστάσει, βεβαίαν ἔχουσι γνώμην. ἡγεμόνες καὶ βασιλέες μακαρίζουσι τὸν ἰδιώτην. ὁ δὲ ἰδιώτης ὀρέγεται βασιλείας. ὁ πολιτευόμενος τὸν χειροτεχνέοντα ὡς ἀκίνδυνον. ὁ χειροτέχνης ἐκεῖνον ὡς εὐτονέοντα κατὰ πάντων. τὴν γὰρ ὀρθὴν κέλευθον τῆς ἐρημίης, οὐ θεωρέουσι καθαρὴν καὶ λείην καὶ ἀπρόσπταιστον. εἰς ἣν οὐδεὶς τετόλμηκεν ἐμβαίνειν. φέρονται δὲ ἐπὶ τὴν ἐναντίην καὶ σκολιὴν, τρηχοβατεῦντες καὶ καταφερόμενοι καὶ προσκόπτοντες ἀσθμαίνοντες ὡς διωκόμενοι, ἐρίζοντες, ὑστερεῦντες προηγεύμενοι. καὶ οἳ μὲν αὐτέων ἐρῶντες, ἀτασθάλοις ὑποπεπλήχασιν ἀλλοτρίης φῶρες εὐνῆς. ἀναιδίῃ πίσυνοι. οὓς δὲ τήκει φιλαργυρίη νοῦσος ἀόριστος, οἳ δὲ ἀλλήλοισιν ἀντεπιτίθενται. οἳ δὲ ὑπὸ φιλοδοξίης εἰς ἠέρα ἀναχθέντες,

in rebus vitæ conuenientibus mente capti cæcutiunt, neque mente ratiocinationis experte, inordinatum impetum facilè addiſcunt. Satis enim fuerit hæc admonitio, rerum omnium commutatio, quæ ſubitis conuerſionibus incidens, repentinam & omnimodam rerum velut rotarum agitationem in mentis notione reponit. Illi verò tanquam hæc adaptata ſit & firma, affectionum continentèr incidentium obliti, aliter alius quæ triſtitiam adferunt expetentes, quæ ſunt incommoda inquirentes, in multis calamitatibus aſſiduè verſantur. Quòd ſi quis omnia quæ facit pro viribus mente verſaret, vitam ab omni caſu immunē ſeruaret, ſe ipſe probè noſcens, & ſuam ipſius concretionem aperrè intelligens, cupiditatis ſtudium in infinitum non extēderet, ſed naturam diuitem & omnium alumnam, per ea quæ abundè ſuppetunt ſequeretur. Quemadmodum optimus corporis habitus affectionum periculum denunciat, ſic magnus rerum ſucceſſus lubricus eſt. Rebus autem in aduerſis inſignes conſpiciuntur. Alij verò antiquorum res minimè oculis ſubiicientes prauis ſuis actionibus pereunt, manifeſta velut obſcura non prouidentes, cùm tamen longam vitam exemplum habeant eorum quæ fiunt & non fiunt, ex quibus quod futurum eſt cognoſcere oportebat. Hæc eſt mei riſus materia, homines imprudentes, improbitatis ſuæ pœnas dantes auaritiæ, inexplebilis cupiditatis, inimicitiarum, inſidiarum, ſubdolorum conſiliorum, inuidentiæ. Difficile eſt multorum malorum machinatricem ſolertiam verbis exprimere, cùm eorum ſit infinitas quædam, & in his cùm doloſis commentis praua mente inter ſe conuerſentur. Apud eos autem virtutis modus habetur, quod eſt deterius. Mendacia enim amant, & in his ſe exercent, voluptatis ſtudium extollunt, legibus minimè parentes. Hic autem meus riſus quæ ab his nullo propoſito conſilio fiunt, condemnat, cùm neque viſionis, neque auditionis participes ſint. At ſolus hominis ſenſus recta intelligentia eminus ſplendeſcens, quod præſens & futurum eſt præuidet. Omnia deteſtantur, ac rurſus ad eadem ſe adiungunt, nauigationem auerſantes, nauigant: agricultura propulſata, rurſus agrum colunt, abdicata vxore, aliam inducunt: ſuſceptos liberos ſepeliunt, & his ſepultis alios procreant, & rurſus educant, ſenectutem exoptant, cúmque eò peruenerint, gemunt, nullóque in ſtatu firma mente perſiſtunt. Principes ac reges priuatum beatum prædicant, priuatus regium imperium affectat. Qui Rempublicam regit artificem tanquam periculi expertem laudat, artifex verò illum velut in omnia potentiam exercentem. Rectam enim virtutis viā puram, miniméque aſperam, ac inoffenſam non cernunt, per quam nullus incedere ſuſtinet. Per inacceſſam autem & tortuoſam feruntur & per aſpera delati incedunt & offendunt, plærique etiam decidunt, velut ſi quis perſequatur anhelantes, partim ſequētes, partim præcedētes contēdunt. Et eorū quoſdam impudentia fretos, nefandi alieni cubilis corrūpendi amores ſuccendūt, quoſdā etiā inordinat⁹ auaritiæ morb. tabefacit, alij mutuas inſidias ſtruūt. Alij verò ambitionis ſtudio in aëra ſubuecti, ſcele-

cti, sceleris grauitate in exitij profundum præcipites feruntur, diruunt, deinde ædificant, beneficium conferendo gratiam demerentur, deinde pœnitentia ducti, amicitiæ iura violant, maléque afficiendo ad inimicitias deueniunt, & cognationis iura bello appetunt, horúmque omnium auaritia causa est. Quanam in re ab infantibus ludibundis discrepant? quos, cùm mens iudicio careat, quicquid sese fortè obtulit, delectat. Quòd ad cupiditates attinet, non multùm à brutis animantibus differunt, nisi quòd feræ in eo quod satis est se continent. Quinam enim leo aurum defossum in terram abdidit? Quinam taurus alienum vsurpandi cupiditate, ad prælium impetu quodam delatus est? Quæ pardalis inexplebilem auiditatem admisit? Sitit quidem aper, sed quantùm aquæ appetit. Lupus verò dilaniato quod sese obtulit necessario alimento, quiescit. At si dies iungantur noctibus, hominem non capit comessandi satietas. Et anniuersariorum temporum ordo, brutis quidem animantibus coitus finem adfert, hic vero insano libidinis stimulo continenter agitatur. Quomodo Hippocrates, eiulantem ob amorem quod suo commodo priuetur, non derideam? præcipuéque si quis nullo habito periculorum delectu per præcipitia & alta maria feratur, intenso risu nõ excipiam? Non ridebo eum qui nauem multis mercibus onustam demersit, deinde mare incusantem quòd eam plenam submerserit? Equidem hæc minimè ridicula duco, verùm in eos aliquid molesti excogitare cuperem. Sed neque pro his medicinam esse oportuit, neq; aliquẽ qui Pæonia medicamẽta conficeret. Cuius rei te admonere debeat tuus ille progenitor Æsculapius, qui pro seruatis hominibus, gratam beneficij recordationem fulminis ictus reportauit. Non vides me quoque huius vitij participem esse, dum in insaniæ causam inquirens, animantia macto ac reseco, quam in hominibus perscrutari oportuit? Nonne vides mundum ipsum humanitate redundare, & infinitas aduersus hominem affectiones cumulare? Totus homo ab ipso ortu morbus est. Dum educatur inutilis, auxilium supplex implorat; dum increscit, improbus & demens est, institutione puerili indigens; in ætatis vigore constitutus, audax; ætate marescens, miserabilis, suos labores per imprudentiam excolens. Talis enim ex materno cruore sanie permixto prorumpit. Propereáque hi quidem indignabundi & immodica ira referti in calamitatibus & pugnis, alij in adulteriis & stupris perpetuò versantur, alij in ebrietatibus, alij in rerum alienarum cupiditatibus, alij in suis perdendis. Quòd si possemus nullo intus relicto velamento omnium habitationes detegere, deinde ita quæ intus aguntur inspicere hos quidem edere videremus, illos verò vomere, alios indignis verberibus torquere, alios venena miscere, alios insidias struere, alios rationibus studere, hos gaudere, illos plorare, hos amicorum accusationem meditari, illos verò nimia ambitione desipere. Et certè quædam sunt in animis altiùs reconditæ actiones. Et in his partim quidem iuuenes, partim verò senes, petentes, denegantes, pauperes, rebus affluentes, fame oppressi. Hi luxu grauati, sordidi, vincti illi verò deliciis gestientes, multos alentes. Alij iugulantes, alij sepelientes, ea quæ habent pro nihilo habentes

βρίθει κακίης, εἰς βυθὸν ἀπωλείης καταφέρονται. κατασκάπτουσιν ἐποικοδομέοντες. χαρίζονται εἶτα μετανοοῦσι καὶ ἀφαιρέονται τὰ φιλίης δίκαια. κακοπραγέοντες εἰς ἔχθρην, τὰ συγγενείης πολεμοῦσι. καὶ τούτων αἴτιον ἡ φιλαργυρίη. τίνι νηπίων ἀθυρεόντων διαφέρουσι. παρ' οἷσιν ἄκριτος μὲν ἡ γνώμη, τὸ δὲ προσπεσὸν, τερπνόν. ἐν δὲ τοῖσι θυμοῖς, τί πλεῖον ζώοις ἀλόγοισι παραλελοίπασι. πλὴν ὅτι ἐν αὐταρκείῃ μένουσιν οἱ θῆρες. τίς γὰρ λεόντων εἰς γῆν κατέκρυψε χρυσόν. τίς ταῦρος πλεονεξίην ἐκορύξατο. τίς πάρδαλις ἀπληστίην κεχώρηκε. διψᾷ μὲν ἄγριος σῦς ὅσον ὕδατος κορεσθῇ. λύκος δὲ διαρψάας τὸ προσπεσὸν τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, ἀναπέπαυται. ἡμέρῃσι δὲ καὶ νυξὶ συναπτομένῃσιν οὐκ ἔχει κόρον ὁ ἄνθρωπος. χρόνων μὲν ἐνιαυσίων τάξις, ὀχείης ἀλόγων ἐστὶ τέρμα. ὁ δὲ τὸ διηνεκὲς οἰστρομανίην ἔχει τῆς ἀσελγείης Ἱππόκρατες. μὴ γελάσω τὸν κλαίοντα δι' ἔρωτα ὅτι συμφερόντως ἀποκέκλεισται. μάλιστα δ' αὖ ῥιψοκινδυνῇ καὶ φέρηται κατὰ βυθῶν ἢ κρημνῶν πελάγεος, ἐπιτείνω τὸν γέλωτα. μὴ γελάσω τὸν τὴν νῆα πολλοῖσι φορτίοισι βαπτίσαντα, εἶτα καὶ μεμφόμενον τῇ θαλάσσῃ, ὅτι κατεβύθισε τὴν πλήρη. ἐγὼ μὲν οὐκ ἀξίως δοκέω γελᾶν. ἐξευρεῖν δὲ κατ' αὐτῶν ἠθέλοντι λυπηρόν. ἀλλ' οὐδὲ ἰατρικὴν ὑπὲρ τούτων ἐχρῆν εἶναι μὴ τεχνωμένην παιώνια φάρμακα. ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκληπιὸς νουθεσία σοι γενέσθω. σώζων ἀνθρώπους, κεραυνοῖσιν εὐχαριστεῖται. οὐχ ὁρᾷς ὅτι κἀγὼ τῆς αὐτῆς μοίρης εἰμὶ, μανίης διζήμενος αἰτίην καὶ ζῶα κατακτείνω καὶ ἀνατέμνω. ἐχρῆν δὲ ἐξ ἀνθρώπων τὴν αἰτίην ἐρευνῆσαι. οὐχ ὁρᾷς ὅτι ὁ κόσμος μισανθρωπίης πεπλήρωται καὶ ἄπειρα κατ' αὐτοῦ πάθεα συνήθροισεν. ὅλος ἄνθρωπος ἐκ γενετῆς νοῦσός ἐστι τρεφόμενος, ἄχρηστος ἱκέτης βοηθείας. αὐξανόμενος ἀτάσθαλος. ἄτεχνος διὰ χειρὸς παιδαγωγίης. θρασὺς ἀκμάζων, παρακμάζων, οἰκτρός. τοὺς ἰδίους χρόνους ἀλογιστίῃ γεωργήσας. ἐκ μητρώων γὰρ λύθρων ἐξέθορε τοιοῦτος. διὰ τοῦτο καὶ οἱ μὲν θυμικοὶ, καὶ ὀργῆς ἀμέτρου γέμοντες. οἱ δ' ἐν φθορῇσι καὶ μοιχείῃσι διὰ παντός. οἱ δ' ἐν ἐπιθυμίῃσι τῶν ἀλλοτρίων. οἱ δ' ἐν ἀπωλείῃ τῶν σφετέρων, ὤφελε δύναμις ὑπῆρχε τὰς ἁπάντων οἰκήσιας ἀνακαλύψαντα μηδὲν ἀφεῖναι τῶν ἐντὸς παρακάλυμμα, εἶθ' οὕτως ὁρᾶν τὰ πρησσόμενα ἔνδον. εἴδομεν ἂν, τοὺς μὲν, ἐσθίοντας. οὓς δὲ ἐμέοντας. ἑτέρους δὲ αἰκίῃσι στρεβλοῦντας. τοὺς δὲ φάρμακα κυκέοντας. τοὺς δὲ συννοεῦντας ἐπιβουλήν. τοὺς δὲ, ψηφίζοντας. ἄλλους χαίροντας. τοὺς δὲ, κλαίοντας. οὓς δὲ ἐπὶ κατηγορίην ἑῶν φίλων συγγράφοντας. οὓς δὲ διὰ φιλοδοξίην ἐκφρενέας. καίτοι γε βαθύτεραι πρήξιες τῶν κατὰ ψυχὴν κευθομένων. καὶ τούτων ὁκόσοι μὲν νέοι, ὁκόσοι δὲ πρεσβῦται αἰτεῦντες, ἀρνεύμενοι, πενόμενοι, πλουσιάζοντες, λιμῷ θλιβόμενοι. οἱ δὲ ἀσωτίῃ βεβαρημένοι, ῥυπόωντες, δέσμιοι. οἱ δὲ τρυφῇσι γαυριῶντες, τρέφοντες. ἄλλοι δὲ θάπτοντες, ὑπερορέοντες ἃ ἔχουσι πρὸς τὰς

ἐλπιζομένας πρήξιας ὁρμώμενοι. οἱ μὲν ἀναίσχυντοι, οἱ δὲ φειδωλοὶ, οἱ δὲ ἄπληστοι, οἱ δὲ μὴ φρονέοντες, οἱ δὲ τυπτόμενοι, οἱ δὲ ὑπερηφανέοντες, οἱ δὲ ἐπαιρόμενοι κενοδοξίῃ. καὶ οἱ μὲν, ἵπποισι παρεστῶτες, οἱ δὲ ἀνδράσιν, οἱ δὲ κυσὶν, οἱ δὲ λίθοισιν ἢ ξύλοισι. καὶ οἱ μὲν πρεσβείῃσιν, οἱ δὲ στρατηγίῃσιν, οἱ δὲ ἱερωσύνῃσιν, οἱ δὲ στεφανηφορέοντες, οἱ δὲ ἐν ὅπλοισιν, οἱ δὲ ἀποκτιννύμενοι. φέρονται δὲ τούτων ἕκαστοι, οἱ μὲν ἐπὶ ναυμαχίην, οἱ δὲ ἐπὶ στρατηγίην, οἱ δ᾽ ἐπ᾽ ἀγροικίην. ἕτεροι δὲ, ἐπὶ νῆας. οἱ δὲ ἐπ᾽ ἀγορὴν, οἱ δὲ ἐπ᾽ ἐκκλησίην, οἱ δὲ ἐπὶ θέητρον, οἱ δὲ ἐς φυγαδείην. ἄλλοι ἀλλαχόσε. οἱ μὲν ἐς φιληδονίην καὶ ἡδυπαθείην καὶ ἀκρασίην. οἱ δὲ ἐς ἀργίην καὶ ῥαθυμίην. τὰς ἀναξίους οὖν καὶ τὰς δυστήνους σπουδὰς τοιαύτας ὁρῶντες καὶ τοσαύτας, πῶς μὴ χλευάσωμεν τὸν ἀκρασίην ἔχοντα βίον αὐτῶν. κάρτα γὰρ ἔλπομαι, μηδὲ τὴν σὴν ἰατρικὴν ἀνδάνειν αὐτοῖς. δυσαρεστεῦνται γὰρ ἀκρησίῃ, καὶ μανίην τὴν σοφίην νομίζουσιν. ἤκουσα γὰρ ὑπὸ νοσεύντων σαφέως λωβάζεσθαί σου τὰ πολλὰ τῆς ἐπιστήμης, ἢ διὰ φθόνον, ἢ δι᾽ ἀχαριστίην. οἱ γὰρ νοσέοντες ἅμα τῷ σώζεσθαι, τὴν αἰτίην ἢ θεοῖσιν ἢ τύχῃ προσνέμουσι. πολλοὶ δὲ τῇ φύσει προσψαύσαντες, ἐχθραίνουσι τὸν εὐεργετήσαντα μικροῦ δεῖν προσαγανακτέοντες, εἰ νομίζονται χρεωφειλέται οἱ πολλοὶ τὸ τῆς ἀτεχνίης ἐν ἑαυτοῖς ἔχοντες. ἀνίδριες τοῦ ὄντος, ἐχθαίνουσι τὸ κρεῖσσον. ἐν ἀγαθητοῖσι γάρ εἰσιν αἱ ψῆφοι. οὔτε δὲ οἱ πάσχοντες ἐξομολογέειν ἐθέλουσιν, οὔτε οἱ ὁμοτεχνέοντες μαρτυρεῖν. φθόνος γὰρ ἐνίσταται. οὐκ ἄπειρος οὖν τῶν τοιούτων λεσχέων ταῦτα σαφέως εἰδὼς, ἐν ἀναξιοπαθείῃσί σε πολλάκις γυμνηθέντα καὶ δι᾽ ὑσίην τε καὶ βασκανίην φιλοτάθασον. ἀρεσκίης γὰρ οὐδεμιῆς γνῶσις, οὔτε μαρτυρίη. λέγων ταῦτα, ἐπεμειδία. καί μοι δαμάγητε θεοειδής τις κατεφαίνετο καὶ τὴν προτέρην αὐτοῦ μορφὴν ἐξελελήσμην. καί φημι, ὦ δημόκριτε μεγαλόξενε. μεγάλας γὰρ τῶν σῶν ξενίων δωρεὰς εἰς κῶν ἀποίσομαι. πολλοῦ γάρ με τῆς σοφίης θαυμασμοῦ πεπλήρωκας. ἀπονοστέω τε σεῦ κῆρυξ ἀληθείην ἀνθρωπίνης φύσιος ἐξιχνεύσαντος καὶ νοήσαντος καὶ λαλήσαντος. θεραπείην τε λαβὼν παρὰ σεῦ τῆς ἐμῆς διανοίης, ἀπαλλάττομαι. τῆς ὥρης τοῦτ᾽ ἀξιούσης καὶ τῆς τοῦ σώματος τημελείης. αὔριον δὲ καὶ τὸ ἑξῆς ἐν ταὐτῷ γενησόμεθα. ἀνιστάμην ταῦτ᾽ εἰπών. καὶ ὃς, ἕτοιμος ἦν ἐπακολουθεῖν. προσελθόντι δέ τινι, οὐκ οἶδ᾽ ὅθεν, ἐπεδίδου τὰ βιβλία· κἀγὼ συντονώτερον ἐπείξας, πρὸς τοὺς ὄντας ἀβδηρίτας ἐπὶ τῇ σκοπῇ ἀναμένοντάς με, ἄνδρες ἔφην. τῆς πρὸς ἐμὲ πρεσβείης, χάρεις πολλοί. δημόκριτον γὰρ εἶδον ἄνδρα σοφώτατον, σωφρονίζειν ἀνθρώπους μόνον δυνάμενον. ταῦτα ἔχω σοι περὶ δημοκρίτου δαμάγητε φράζειν, γηθόσυνος πάνυ. ἔρρωσο.

Δημόκριτος Ἱπποκράτει.

Ἐπῆλθες ἡμῖν ὦ ἱππόκρατες, μεμηνόσιν ἐλλέβορον δώσων πεισθεὶς ἀνοήτοις ἀνδράσι παρ᾽ οἷς ὁ πόνος μανίη κρίνεται. ἐτυγχάνομεν δὲ περὶ κόσμου διαθέσιος καὶ πολογραφίης ἔτι τε ἄστρων

ſperatas poſſeſſiones captantes, alij quidem impudentes, alij parci, alij inexplebiles, alij quidem interficientes, alij verberibus afflicti, alij ſuperbè ſe iactantes, alij inani gloria attoniti. Et hi quidem equis addicti ſunt, alij hominibus, alij nauibus, alij lapidibus aut lignis, alij ſtatuis ex ære, alij picturis. Et alij quidem legationib. alij rei militaris adminiſtrationibus, alij rebus ſacris. Alij coronas geſtāt, alij armati ſunt, alij interficiuntur. Et horum ſinguli partim quidem in pugna nauali verſantur, partim in militari officio, partim verò in agricultura: Alij verò in nauibus onerariis, alij in foro, alij in concionibus, alij in theatro, alij in fuga, alij verò aliis quibuſdam rebus. Et alij quidem ad voluptatis ſtudium mollitiem & intemperantiam feruntur, alij ad otium ac deſidiam. Cùm igitur tot indignas & miſeras animas videamus, quomodo eorum vitam eiuſmodi intemperantiæ deditam ludibrio non habeamus? Valde quoq; metuo ne artem tuam Medicam ipſi non probent. Propter intemperantiam enim implacidè ſe habent ad omnia, & ſapientiam inſaniam exiſtimant. Et certè ſuſpicor plæraque in arte tua, aut per inuidiam, aut per ingratitudinem, palam contumelia affici. Ægrotantes enim ſimul ac ſeruati ſunt, cauſam diis vel fortunæ attribuunt. Plærique verò hoc ſuæ naturę aſſignantes, bene merentem odio proſequuntur, parúmque abeſt quin indignentur, ſi eis operam debeāt. Multi etiam artis imperitiam præ ſe ferentes, cùm ſint ignorantes, quod melius eſt damnant. Calculorum enim ſuffragia ſtupidis attribuuntur, neque ægrotantes ſimul approbare volunt, neque eiuſdem artis ſocij teſtimonio confirmare, cùm inuidia obſtet. Neque tu huiuſmodi contumelias non expertus es, cùm probè ſciam hæc quæ in memorabilibus affectionibus fiunt, te per cauſam aut inuidiam nunquam lubenter conuitiis inſectatum. Veritatis enim nulla eſt cognitio, neque teſtimonij confirmatio. Quæ cùm diceret ſubridebat mihíque Damagete diuina quadam ſpecie priorémque formam oblitus eſſe videbatur. Tum ego, Democrite præſtantiſſime, magna hoſpitalitatis tuæ munera mecum in Co reportabo, cùm multa me ſapientiæ tuæ admonitione compleueris. Præco enim tuarū laudum reuertor, quòd naturæ humanæ veritatem inueſtigaſti & mente complexus es. Accepta autem à te mentis curatione diſcedo, cùm id tempus poſtulet, vt corpori conſulatur. Cras verò ac deinceps, ad eundem locum reuertemur. Quæ cùm dixiſſem ſurrexi, ille verò me comitari paratus erat, cúmq; quidam, haud ſcio vnde, accederet, libros tradidit. Et ego ad Abderitas qui me ſpeculantes expectabant concitatiore greſſu redij. Viri, inquam, Abderitæ, pro veſtra ad me legatione magnas habeo gratias Democritum enim virum ſapientiſſimum vidi, qui ſolus homines ad ſanam mentem reducere poteſt. Hæc habui Damagete quæ de Democrito tibi læto admodum animo narrarem. Vale.

Democritus Hippocrati. S.

AD nos veniſti Hippocrates, vt tanquam inſanis veratrū exhiberes, à ſtultis hominib. perſuaſ᾽, quib. virtutis labor inſania reputatur. Tū autē fortè de orbis ornatu, polorū, ac inſup de aſtrorū cæleſtium

cælestium deſcriptione ſcribebamus. Cùm autem horum naturam cognouiſſes, quàm valde aptè eſſent fabricata, & quàm procul ab inſania ac dementia eſſent poſita, naturam quidem meam laudaſti, illos verò amentes, immites, & inſanos iudicaſti. Quæ enim permutata per inane feruntur, & ſimulachris nos decipiunt, quæ ſanè mũdus eſſe conſpiciuntur, & viciſſitudine quadam ſibi ſuccedentia fabricata ſunt, ea mens noſtra dum naturæ veritatem indagatur, in lucem produxit. Harum rerum teſtes ſunt libri à me conſcripti. Minimè igitur Hippocrates cum huiuſmodi viris, quorum mens in ſummo fluctuat & inconſtans eſt, te congredi aut conuerſari oportet. Nam ſi ab his perſuaſus, mihi tanquam inſano veratrum propinaſſes, prudentia in inſaniam euaſiſſet, artémque tuam velut dementiæ cauſam increpauiſſent. Veratrum enim ſatis exhibitum, menti tenebras offundit, inſanis verò multùm prodeſſe conſueuit. Exiſtimo enim quòd ſi non me ſcribentem, ſed recũbentem, aut fortè deambulantẽ offendiſſes & me cum cogitantem, modò quidem ea quæ animo agitarem implacidè ferentem, modò etiam ridentem & me conuenientibus familiaribus mentẽ non adhibentem, ſed ſtupendum in modũ mente & cõtẽplatione in rem aliquam incumbentẽ, ex his ſane quæ vidiſſes, Democritum inſaniæ imaginem præ ſe ferre oculis tuis iudicaſſes. Medicum igitur non ſolùm ex aſpectu, ſed ex re ipſa affectus iudicare decet & modulos vt plurimùm, & num morbus incipiat, aut in medio ſit, aut in fine, diſcernere, & conſiderata temporis & ætatis differentia, ac vniuerſa totius corporis natura affectus curare. Ex his enim omnibus facilè morbum deprehendas. Tuum autem de inſania ſcriptum ad te remiſi. Vale.

Hippocrates Democrito. S.

IN arte Medica quæ rectè fiunt, plærunque quidem hominum vulgus non admodum laudat, ſæpe verò diis attribuit. At ſi in aliquo repugnans natura eum qui curatur interemerit, tamen prætermittens, Medicos incuſat. Et ego ſanè plus reprehenſionis quàm honoris ex arte mihi conſecutus videor. Neque enim quantumuis iam ſenex, ad artis Medicæ ſummam perueni: neque etiam ipſius inuentor Æſculapius, ſed & ipſe à ſeſe in multis diſſenſit, velut eorum qui ſcripſerunt libri nobis tradiderunt. Tua ſanè quidem ad nos miſſa epiſtola, per veratrum medicationem reprehendebat. Accitus igitur ſum Democrite, velut inſanientem veratro purgaturus, cùm conijcere non poſſem, qualis tandem eſſes. Poſtquam verò tecum verſatus, non per Iouem deſipientiæ opus, ſed omni prope fauore proſequendum cognoui, magnopere ingenium tuum laudaui, téque præſtantiſſimum naturæ & mundi interpretem iudicaui, eos verò qui me acciuerunt, tanquam inſanos accuſaui, cùm ipſi medicatione indigerent. Quandoquidem igitur caſu contigit vt nos vnà conueniremus, rectè feceris ſi ad nos crebriores literas dederis, & à te cõſcripta commentaria ad nos tranſmiſeris. Miſi autem etiam ad te de veratri vſu libellum. Vale.

οὐρανίων συγγράφοντες. γνοὺς δὲ τὴν τούτων φύσιν, ὡς ἀτρεκέως κάρτα εἶηδε δημιουργημένα, καὶ ὡς τηλοῦ μανίης καὶ παραφροσύνης καθεστήκοι, ἐμέο μὲν φύσιν ἐπήνεσας. ἀπηνέας δὲ καὶ μεμηνότας ἐκείνους ἔκρινας. ὁκόσα γὰρ ἰνδαλμοῖσι διαλλάσσοντα ἀνὰ τὸν ἠέρα, πλάζει ἡμέας, ἃ δὴ κόσμῳ συνορᾶται, καὶ ἅμα μοίρης μιῆς ἐόντα τετεύχαται, ταῦτα νόος ἐμὸς φύσιν ἐρευνήσας ἀτρεκέως ἐς φάος ἤγαγε. μάρτυρες δὲ τούτων βίβλοι ὑπ᾽ ἐμέο γραφεῖσαι. χρὴ οὖν καὶ σὲ ὦ Ἱππόκρατες μὴ τοιουτοτρόποισιν ἀνδράσι συνέρχεσθαι καὶ συνομιλέειν ὧν νόος ἀκείπλοος καὶ ἀβέβαιος καθέστηκεν. εἰ γὰρ πεισθεὶς τούτοισιν ὡς μεμηνότα με ἐπότισας, ἡ πινυτὴ μανίη ἂν ἐγεγόνει. καὶ σέο τέχνην ἂν κατεμέμψαντο ὡς παραίτιον παρακοπῆς γεγενημένην. ἐλλέβορος γὰρ ὑγιαίνουσι μὲν δοθεὶς ἐπισκοτεῖ διάνοιαν. μεμηνόσι δὲ δοθεὶς κάρτα ὠφελεῖ. γνῶθι γάρ, ὡς εἰ μὴ καταλελαβήκεις με γράφοντα, ἀλλ᾽ ἀνακεκλιμένον ἢ σχέδην περιπατεῦντα καὶ προσομιλεῦντα ἑωυτῷ, καὶ πολλάκις ὁτὲ μὲν δυσχεραίνοντα, ὁτὲ δὲ μειδιῶντα, ἐπὶ τοῖσιν ἐννοουμένοισιν ὑπ᾽ ἐμέο, καὶ τοῖσι μὲν προσομιλεῦσι τὴν γνώμην οὐ προσέχοντα, ἐφιστάνοντα δὲ τὴν διάνοιαν καὶ σκεπτόμενον ἱκανῶς, ἔγνως ἂν Δημόκριτον κατὰ τὴν ὄψιος κρίσιν ἐκ τῶν ὁρεομένων μανίης εἰκόνι ἐοικέναι. χρὴ οὖν τὸν ἰατρόν, μὴ μόνον ὄψει τὰ πάθεα κρίνειν, ἀλλὰ καὶ πράγμασι. τούς τε ῥυθμοὺς ἀνακρίνειν ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον. καὶ πότερον ἄρχοιτο τὸ πάθος, ἢ μεσάζοι, ἢ λήγοι, καὶ διαφορήν, καὶ ὥρην, καὶ ἡλικίην παρατηρέειν. εἶτα ἰατρεύειν τὸ πάθος ὁλομελίην τε τοῦ σκήνεος. ἐκ γὰρ τουτέων ἁπάντων εὐχερέως ἂν τὰς νούσους εὑρήσεις. ἀπέσειλα δέ σοι τὸν περὶ μανίης λόγον.

Ἱπποκράτης Δημοκρίτῳ.

Ἰητρικῆς τέχνης ὦ Δημόκριτε κατορθώματα μὲν οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων οὐ παντάπασιν ἐπαινέουσι. θεοῖσι δὲ πολλάκις προσαρτῶσι. κἂν δέ τι ἡ φύσις ἀντιπράξῃ καὶ ἀπολέσῃ τὸν θεραπευόμενον, τὸν ἰητρὸν καταμέμφονται παρέντες τὸ θεῖον. καὶ ἐγὼ δοκέω πλείονα μεμψιμοιρίην ἢ τιμὴν κεκλῆσθαι τῆς τέχνης. ἐγὼ μὲν γὰρ ἰητρικῆς εἰς τέλος οὐκ ἀφῖγμαι. καίπερ ἤδη γηραλέος καθεστώς. οὐδὲ γὰρ ὁ ταύτης εὑρετὴς Ἀσκληπιός. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διεφώνησε, καθάπερ ἡμῖν συγγραφέων βίβλοι παραδεδώκασιν. ἡ μὲν οὖν ὑπὸ σέο ἐπισταλεῖσα ἡμῖν ἐπιστολή, κατεμέμφετο τῆς φαρμακείης τοῦ ἐλλεβόρου. εἰσήχθην μὲν οὖν ὦ Δημόκριτε ὡς μεμηνότα ἐλλεβορίσων. οὐ καταμαντευσάμενος, ὅστις ποτ᾽ εἴης. ὡς δὲ ἐντυχὼν εἶδον οὐ μὰ Δία παραφροσύνης ἔργον, ἀλλὰ σχεδὸν ἀποδοχῆς πάσης, κάρτα τὴν φύσιν ἐπήνεσα. ἄριστόν τε ἑρμηνέα φύσιος καὶ κόσμου ἔκρινα. τοὺς δὲ εἰσαγαγόντας με ἐμεμψάμην ὡς μεμηνότας. φαρμακείης γὰρ αὐτοὶ δέονται. ἐπειδὴ τοίνυν ταὐτόματον ἡμέας εἰς ταὐτὸ ξυνήγαγεν, ὀρθῶς ποιήσεις ἐπιστέλλων ἡμῖν πυκνότερον. καὶ μεταδιδοὺς τῶν ὑπὸ σέο γεγραμμένων συνταγμάτων. ἀπέσειλα δέ σοι καὶ αὐτὸς τὸν περὶ ἐλλεβορισμοῦ λόγον. ἔρρωσο.

ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

HERACLITI EPISTOLAE.

Βασιλεὺς Δαρεῖος Ἡράκλειτον ἐφέσιον ἄνδρα σοφὸν προσαγορεύω.

Καταβέβλησαι λόγον γραπτὸν περὶ φύσεως δυσνόητόν τε καὶ δυσεξήγητον. ἔν τισι μὲν οὖν ἑρμηνευόμενος κατὰ λέξιν σὴν, δοκεῖ μοι δύναμίν τινα προφέρεσθαι θεωρίας κόσμου τοῦ σύμπαντος. καὶ τῶν ὑπὸ τούτου συμβαινόντων, ἅπερ ἐστὶν ἐν θειοτάτῃ κείμενα κινήσει. τῶν δὲ πλείστων ἐποχὴν ἔχοντα, πρὸς ζήτησιν καὶ μάθησιν. ὥστε καί τοὺς ἐπὶ πλεῖον μετεσχηκότας γραμμάτων ἑλληνικῶν, καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀσχολουμένους περὶ τὴν τῶν μετεώρων προσοχὴν καὶ φιλομαθίαν, ἀπορεῖσθαι τῆς ἐν ὀρθῇ γνώμῃ παρὰ σοὶ δοκούσης καταγεγράφθαι διηγήσεως. βασιλεὺς οὖν δαρεῖος ὑστάσπου βούλεται τῆς ἀκροάσεως μεταλαβεῖν καὶ παιδείας λογικῆς. ἔρχου δὴ συντόμως πρὸς ἐμὴν ὄψιν καὶ βασίλειον οἶκον. ἕλληνες γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον ἀνεπισήμαντοι σοφιζομένοις ἀνδράσιν ὄντες, παρορῶσι τὰ καλῶς ὑπ᾽ αὐτῶν ἐνδεικνύμενα πρὸς καλὴν ἀγωγὴν καὶ δίαιταν. παρ᾽ ἐμοὶ δὲ ὑπάρξει σοι πᾶσα μὲν προεδρία. καθημέραν δὲ καλὴ καὶ σπουδαία προσαγόρευσις, καὶ βίος εὐδόκιμος, ταῖς σαῖς παραινέσεσιν.

Ἡράκλειτος Δαρείῳ βασιλεῖ πατρὸς ὑστάσπεως χαίρειν.

Ὁκόσοι τυγχάνουσιν ἐπιχθόνιοι τῆς μὲν ἀληθείης καὶ δικαιοσύνης ἀπέχονται. ἀπληστίῃ δὲ καὶ δόξῃ τεῇ προσέχουσι κακῆς εἵνεκεν ἀνοίης. Ἐγὼ δὲ ἀμνηστίην ἔχων πάσης πονηρίης, καὶ κόρον φεύγων παντὸς οἰκειούμενον φθόνου διὰ τὴν ὑπερηφανίην, οὐκ ἂν ἀφικοίμην εἰς περσικὴν χώρην. ὀλίγοις ἀρκεόμενος κατ᾽ ἐμὴν γνώμην.

Βασιλεὺς Δαρεῖος Ἐφεσίοις.

Ἀνὴρ ἀγαθὸς, μέγα ἀγαθὸν πόλει. λόγοις καλοῖς καὶ νόμοις, ψυχὰς ἀγαθὰς ποιεῖ, καιρίως ἄγων εἰς ἀγαθά. ὑμεῖς δὲ Ἑρμόδωρον οὐ μόνον αὐτῶν βέλτιστον, ἀλλὰ καὶ ἰώνων πάντων, ἐξεβάλετε ἐκ πατρίδος, αἰσχρὰς αἰτίας ψυχῇ ἀγαθῇ προσάπτοντες. εἰ μὲν οὖν διεγνώκατε βασιλεῖ πολεμεῖν δεσπότῃ ἑτοιμάζεσθε. ἀποστελῶ γὰρ στρατιὰν, ᾗ ὑμεῖς οὐ δυνήσεσθε ἀντιτάσσεσθαι. αἰσχρὸν γὰρ βασιλεῖ μεγάλῳ μὴ ἀρκεῖν φίλοις. εἰ δὲ μηδὲν τούτου ἐγχειρήσετε, κατάξατε ἑρμόδωρον. ἀπόδοτε αὐτῷ πατρῴαν κτῆσιν μνημονεύοντες ἃ ὑμᾶς ἐκείνου εὐνοίᾳ εὐεργέτησα φόρους ἐλάττους τάξας ὧν ἐφέρετε. καὶ γῆν πολλὴν δοὺς πρὸς ἣν ἐκέκτησθε. ἣν οὐκ ἐοίκατε χάριν ὀφείλειν. οὐ γὰρ ἄν ποτε ἑρμόδωρον φίλον βασιλέως ἐφυγαδεύσατε. ἀποστείλατε οὖν ἄνδρας τοὺς

Rex Darius Heraclitum Ephesium Sapientem virum saluto.

EMisisti scriptum sermonem de Natura intellectu quidem & explicatu difficilem. In quibusdam igitur tuam dictionem referens, videtur mihi quandam facultatem polliceri de totius mundi contemplatione, & eorum quæ ab hoc pendent, quæ sunt in diuinissimo motu posita, & plurimis, quæstionibus ac doctrinis occasionem dare, vt etiam his qui Græcorum literarum erant periti, & aliis Meteororum studio ac scientiæ deditis, incertum esset de libelli vera sententia qui videretur apud te scriptus. Rex itaq; Darius Hystaspi filius particeps auscultationis & sapientis doctrinæ cupit fieri. Fac igitur vt breui in meum conspectum & regiã domũ venias. Græci enim vt plurimùm, sapiẽtib. viris pro nihilo habitis, contemnunt ea quæ ad rectam disciplinam & educationem ab illis præcipiuntur. Apud me verò dignabaris omni honore præcipuo, & erit tibi quotidie honesta & studiosa congressio, & tuis adhortationibus vita celebris.

Heraclitus Dario Regi filio Hystaspis salutem.

QVotquot sunt terreni, à veritate iustitiáque abhorrent, gulæ verò & gloriæ tuæ mentes attendunt, malæ beneuolentiæ caussa. Ego verò expers omnis malitiæ & luxum fugiens, plenam omni inuidia propter superbiam, in regionem Persicam haud venero, paucis contentus mea sententia.

Rex Darius Ephesiis.

VIr bonus, maximum bonum Reipublicæ, sermonibus honestis ac legibus, mentes bonas efficit, vtiliter & tempestiuè ad bona impellẽs. Vos autem Hermodorum non modò vestrum optimum sed & vniuersorum Ionum, eiecistis è patria turpésque calumnias in bonum animum confertis. Si igitur constituistis bellum aduersus regem dominum suscipere, paramini. Mittam enim copias, quibus resistere vos non possitis. Turpe nanq; esset regi magno, non opem amicis ferre. Sin tale nihil conati estis, Hermodorum reducite, & paternam ei possessionem restituite, recordantes, quanta in vos illius amore beneficia contulerim, leuius tributum efficiendo, quàm pendere solébatis multámque terram vobis ad illam adijciendo, quam antea tenebatis pro quibus nullam habere gratiam videmini. Alioquin enim, non in exilium Hermodorum amicum regis pepulissetis. Mittite igitur viros, qui me doceant,

quam

quam contra Hermodorum accusationem afferatis, vt si coarguatur ille sceleris aut criminis pœnas dependat: sin vos, quod optimum factu est, in animum inducam, & in posterum caueam, ne peccetis in viros bonos & honestos. Etenim hoc & regi vestro & vobis est emolumento.

Heraclitus Hermodoro.

NOn est nunc Hermodore, quod tuis ampliùs irascaris. Euthycles Nycophontis, qui sacrilegium admiserat filius, mihi impietatis diem dixit, hominum sapientia præstanti imperitia facilè omnes vincens, quod inscripto in altari, cui astiti meo nomine deum ex homine memetipsum fecerim. Sic ab impio, in impiis iudicabor. Quid censes? Videbor eis impius esse, qui diuersam ab illis de diis opinionem habeam. Si etiam excæcatum visum iudicarent, cæcitatem dicerent visum. Sed ô homines imperiti, docete nos primùm quid sit Deus, vt ex sermone vestro impietatis manifesto coarguamini. Vbi verò Deus est in delubris ac tẽplis conclusus. O pios, qui Deum in tenebris statuistis. Homo conuitium facit lapideus, si dicatur. Deus autem verè prædicatur vt hoc Euoninum. Ex præcipitiis nascitur. Indocti nescitis Deum non manifestum esse, neque à principio vestigium habet, neque circuitum vllum habet, sed totus mundus ei domus est, animalibus, plantis & astris decoratus. Herculi Ephesio inscripsi aram, in vestrorum ciuium numerum Deum referens, non Heraclito. Sin vos literas non intelligitis, non mihi impietati vertenda est impericia vestra. Discite sapientiam & intelligite, sed non vultis, neque ego cogo. Senescitis cum inscitia, & vestris malis lætamini. Hercules autem non fuit quemadmodum Homerus mẽtitus est, hospitum interfector. Sed quid ipsum in deorum consortium extulit? Integritas ipsius & probitas, & facta fortissima, quibus tot confecerit certamina ac labores adiit. Ego igitur ô homines non ipse sum bon⁹? Errau qui vos interrogarim. Nã tametsi contrariũ respondistis, attamẽ sum bonus, & me multa difficillimáq; certamina rite cõfecta sũt: vici voluptates, vici pecunias, vici ambitionẽ, profligaui, timiditatẽ profligaui adulationem. Non contradicit mihi met⁹ Nihil mihi loquitur temulẽtia. Metuit me tristitia, metuit me ira. Contra hos aduersarios etiam ipse coronã obtinui, mihimetipsi imperans, non ab Eurytheo. Non desinetis iniuria sapientiam afficere, qui vestra peccata, vestra crimina nobis impingitis. Si possetis post annos quingẽtos regenerati reuiuiscere, depræhenderetis adhuc viuentem Heraclitum, vestrorum verò nominis, ne vestigium quidem. Vrbium & nationum vitã propter doctrinam æquabo. Nunquam silebo etiamsi ciuitas Ephesiorum distracta fuerit, & arę destructę omnes, hominum animi meam memoriam vt loci continebunt. Ducam & ipse in vxorem Hebem, nõ illam Herculis: Nam ipse cum sua perpetuò est. Alia verò in nostrũ coniugium veniet, multas virtus gignit, & aliam elocauit Homero, aliam Hesiodo, & quotquot existunt boni singulis despõsat, eruditionis celebritatẽ & dedec⁹. Nũquid nõ sum sapiẽs,

ἐρουῦντας πρός με τὸ δίκαιον ὑπὲρ ὧν ἐγκαλεῖτε ἑρμοδώρῳ. ἵν' ἐὰν μὲν ἐκεῖνος ἐπιδειχθῇ κακοφρονῶν, ἐπιτιμηθῇ. ἐὰν δὲ ὑμᾶς, ὅπως νῦν βέλτιον θῶμαι καὶ εἰς τὸ λοιπὸν ἁμαρτάνειν κωλύσω εἰς ἀγαθοὺς ἄνδρας. καὶ γὰρ βασιλεῖ ὑμετέρῳ συμφέρει ταῦτα καὶ ὑμῖν.

Ἡράκλειτος Ἑρμοδώρῳ.

ΗΔη μηκέτι τοῖς ἑαυτοῦ χαλέπαινε ἑρμόδωρε. εὐθυκλέης ὁ νικοφῶντος τοῦ συλήσαντος τὴν θεὸν, ἀσεβείας με γέγραπται: ἄνδρα σοφίᾳ προύχοντα ἀπαιδευσίᾳ νικῶν. ὡς ὅτι ἐπέγραψα τῷ βωμῷ οὗ ἐπέστησα τὸ ἐμὸν ὄνομα. θεοποιῶν ἄνθρωπον ὄντα ἐμαυτόν. εἶτα κριθήσομαι ὑπὸ ἀσεβοῦς ἐν ἀσεβέσι. τί οἴει; δόξω αὐτοῖς ἀσεβὴς εἶναι, ἐναντία φρονῶν οἷς αὐτοὶ περὶ θεῶν νομίζουσιν. εἰ καὶ πεπηρωμένην ἔκρινον ὄψιν, τυφλότητα ἂν ἔλεγον τὴν ὅρασιν; ἀλλ' ὦ ἀμαθεῖς ἄνθρωποι διδάξατε πρῶτον ἡμᾶς, τί ἐστιν ὁ θεός. ἵνα ἀσεβεῖς λέγοντες πιστευθῆτε. ποῦ δ' ἐστὶν ὁ θεὸς ἐν τοῖς ναοῖς ἀποκεκλεισμένος. εὐσεβεῖς γε οἱ ἐν σκότει τὸν θεὸν ἱδρύετε. ἄνθρωπος λοιδορίαν ποιεῖται λίθινος εἰ λέγοιτο. θεὸς δὲ ἀληθεύεται, ὡς τοῦτο τὸ εὐώνυμον, ἐκ κρημνῶν γεννᾶται. ἀπαίδευτοι οὐκ ἴστε ὅτι οὐκ ἔστι θεὸς χειρότμητος. οὐδὲ ἐξ ἀρχῆς βάσιν ἔχει. οὐδὲ ἔχει ἕνα περίβολον, ἀλλ' ὅλος ὁ κόσμος αὐτῷ ναός ἐστι ζώοις καὶ φυτοῖς καὶ ἄστροις πεποικιλμένος. Ηρακλεῖ ἐπέγραψα τῷ ἐφεσίῳ τὸν βωμὸν, πολιτογραφῶν ὑμῖν τὸν θεὸν οὐχ ἡρακλείτῳ. ἂν δὲ ὑμᾶς ἀξυνετῆτε γράμματα, οὐκ ἐμὴ ἀσέβεια τὸ ὑμῶν ἀπαίδευτον. μανθάνετε σοφίαν καὶ συνίετε. ἀλλ' οὐ θέλετε. οὐδ' ἐγὼ ἀναγκάζω. γηρᾶτε σὺν ἀπαιδευσίᾳ χαίροντες ἰδίοις κακοῖς. ἡρακλῆς δὲ οὐκ ἄνθρωπος ἐγεγόνει. ὡς μὲν ὅμηρος ἐψεύσατο καὶ ξενοκτόνος. ἀλλὰ τί αὐτὸν ἐθεοποίησεν. ἡ ἰδία καλοκαγαθία, καὶ ἔργων τὰ γενναιότατα τοσούτοις ἐκτελέσαντα ἄθλοις. εἶτ' οὖν ὦ ἄνθρωποι οὐκ αὐτὸς ἀγαθός εἰμι. ἥμαρτον ἐρόμενος ὑμᾶς. καὶ γὰρ εἰ τὰ ἐναντία ἀπεκρίνασθε, ὅμως ἀγαθός εἰμι. καὶ ἔμοιγε πολλοὶ καὶ δυσχερέστατοι ἆθλοι κατώρθωνται, νενίκηκα ἡδονάς, νενίκηκα χρήματα, νενίκηκα φιλοτιμίαν, κατεπάλαισα δειλίαν, κατεπάλαισα κολακείαν. οὐκ ἀντιλέγει μοι φόβος. οὐκ ἀντιλέγει μοι μέθη. φοβεῖταί με λύπη, φοβεῖταί με ὀργή. κατὰ τούτων αὐτῶν καὶ αὐτὸς ἐστεφανώμαι. ἐμαυτῷ ἐπιτάττων οὐχ ὑπ' εὐρυσθέως. οὐ παύσεσθε σοφίαν ὑβρίζοντες καὶ ἴδια ἁμαρτήματα, καὶ ἴδια ἐγκλήματα ἡμῖν περιτριβόμενοι, εἰ ἐδύνασθε μετ' ἐνιαυτοὺς ἐκπαλιγγενεσίας πεντακοσίους ἀναβιῶναι, κατελάβετε ἂν ἡράκλειτον ἔτι ζῶντα. ὑμῶν δὲ οὐδ' ἴχνος ὀνόματος. ἰσοχρονήσω πόλεσι καὶ χώραις διὰ παιδείαν. οὐδέποτε σιγώμενος. κἂν ἡ ἐφεσίων ἀναρπασθῇ πόλις καὶ οἱ βωμοὶ διαλυθῶσι πάντες, αἱ ἀνθρώπων ψυχαὶ τῆς ἐμῆς ἔσονται χωρία μνήμης. ἄξομαι καὶ αὐτὸς γυναῖκα ἥβην οὐ τὴν ἡρακλέους. ἐκείνας ἀεὶ ἔσται μετὰ τῆς ἑαυτοῦ. ἑτέρα δ' ἡμῶν γενήσεται. πολλὰς ἀρετὴ γεννᾷ, καὶ ὁμήρῳ ἔδωκεν ἄλλην, καὶ ἡσιόδῳ ἄλλην, καὶ ὅσοι ἀγαθοὶ γίνονται, ἑνὶ ἑκάστῳ συνοικίζει παιδείας κλέος. ἆρ' οὐκ εἰμὶ εὐσεβὴς

Εὐθύκλεις ὃς μόνος οἶδα θεόν, σὺ δὲ καὶ θρασὺς εἶναι οἰόμενος καὶ ἀσεβὴς τὸν μὴ ὄντα δοκῶν. ἐὰν δὲ μὴ ἱδρυθῇ θεοῦ βωμὸς οὐκ ἔστι θεός. ἐὰν δὲ ἱδρυθῇ μὴ θεοῦ, θεός ἐστιν. ὥστε λίθοι θεῶν μάρτυρες. ἔργα δεῖ μαρτυρεῖν οἷα ἡλίου. νὺξ αὐτῷ καὶ ἡμέρα μαρτυροῦσιν. ὧραι αὐτῷ μάρτυρες. γῆ ὅλη καρποφοροῦσα μάρτυς. σελήνης ὁ κύκλος ἐκείνου ἔργον. οὐράνιος μαρτυρία.

Ἡράκλειτος Ἀμφιδάμαντι.

Νόσου μὲν ἀμφιδάμα νόσον ὕδρωπα. ὥστε ὅσα ἐν ἡμῖν, ἑκάστου τὸ κράτος νόσημα. ὑπερβολὴ θερμοῦ. πυρετὸς ὑπερβολὴ ψυχροῦ παράλυσις ὑπερβολὴ πνεύματος πνῖγος, ἡ νῦν ἐμὴ ὑγρὰ νόσος. ἀλλὰ θεῖόν τι ψυχὴ ἡ ἁρμόζουσα αὐτά. ὑγεία ἐστὶ τὸ πρῶτον ἰατρικώτατον, φύσις. οὐ γὰρ εἰκάζει ἡ πρώτη ἀτεχνία τὸ παρ' αὐτήν, ἀλλὰ ὕστερον. ἀλλὰ μιμούμενοι οἱ ἄνθρωποι ἐπιστήμας καὶ ἀγνοίας ἐκάλεσαν. Ἐγὼ εἰ οἶδα κόσμου φύσιν, οἶδα καὶ ἀνθρώπου. οἶδα νόσους, οἶδα ὑγείαν. ἰάσομαι ἐμαυτόν, μιμήσομαι θεόν, ὃς κόσμου ἀμετρίας ἐπανισοῖ ἡλίῳ ἐπιτάττων. οὐχ ἁλώσεται νόσῳ Ἡράκλειτος. νόσος Ἡρακλείτου ἁλώσεται γνώμῃ καὶ ἐν τῷ παντὶ ὑγρὰ αὐαίνεται. θερμὰ ψύχεται. οἶδεν ἐμὴ σοφία ὁδοὺς φύσεως. οἶδε καὶ νόσου παῦλαν. ἐὰν δὲ φθάσαν ὑπέραντλον γένηται τὸ σῶμα, δύσεται εἰς τὸ εἱμαρμένον. ἀλλὰ οὐ ψυχὴ δύσεται. ἀλλὰ ἀθάνατον οὖσα χρῆμα εἰς οὐρανὸν ἀναπτήσεται μετάρσιος. δέξονται δέ με αἰθέριοι δόμοι. καὶ Ἐφεσίους συκοφαντήσω. πολιτεύσομαι οὐκ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐν θεοῖς. καὶ οὐχ ἱδρύσω ἄλλων βωμούς, ἀλλ' ἐμοὶ ἄλλοι, οὐ δὲ ἀπειλήσει μοι ἀσέβειαν Εὐθυκλῆς. ἀλλ' ἐγὼ ἐκείνῳ χολήν. θαυμάζουσι πῶς ἀεὶ σκυθρωπὸς Ἡράκλειτος· οὐ θαυμάζουσι πῶς ἀεὶ πονηροὶ ἄνθρωποι. μικρὰ τῆς κακίας ὑπανεῖτε. κἀγὼ τάχα μειδιάσω. καίτοι πρᾳότερος ἐν τῇ νόσῳ νῦν ἐγενόμην. ὅτι οὐκ ἐντυγχάνω ἀνθρώποις, ἀλλὰ μόνος νοσῶ. τάχα καὶ ψυχὴ μαντεύεται ἀπόλυσιν ἑαυτὸν ἤδη ποτὲ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τούτου. καὶ σειομένου τοῦ σώματος ἐκκύπτουσα, ἀναμιμνήσκεται τὰ πάτρια χωρία. ἔνθεν κατελθοῦσα περιεβάλλετο ῥέον σῶμα τεθνειὸς τοῦτο. ὃ δοκεῖ τοῖς ἄλλοις ἐν φλέγμασι καὶ χολῇ, καὶ ἰχῶρι καὶ αἵματι, καὶ νεύροις, καὶ ὀστοῖς καὶ σάρκεσι πεπλημμένον. εἰ γὰρ μὴ τὰ πάθη ἐσοφίζετο τὴν κόλασιν, οὐκ ἂν ἤδη πρόπαλαι καταλιπόντες τὸ σῶμα ἐξήλθομεν ἀπ' αὐτοῦ.

Τῷ αὐτῷ.

Συνῆλθον οἱ ἰατροὶ ἀμφιδάμα καὶ πάνυ προθύμως γε ἐπὶ τὴν ἐμὴν νόσον οὔτε τέχνην οὔτε φύσιν εἰδότως. ἀλλὰ τὸ μὲν οὐδὲ ἐβούλοντο. τὸ δέ, ἐδόκουν, ἄμφω δὲ ἠγνόουν. οὐδὲν πλέον ἢ κατεμάλαξάν μου τὴν γαστέρα ταῖς ἀφαῖς ὡς ἀσκόν. οἱ δὲ καὶ θεραπεύειν ἤθελον. ἀλλ' οὐκ ἐπέτρεψα. ἀλλὰ λόγον αὐτοὺς πρότερον ᾔτουν τῆς νόσου καὶ οὐκ ἔδοσαν, οὐδὲ περιεγένοντό μου. ἀλλ' ἐγὼ αὐτῶν. πῶς ἂν οὖν ἔφην δύνασθε αὐληταὶ τεχνῖται εἶναι ὑπὸ μὴ αὐλητοῦ ἡττημένοι. ἐμαυτὸν ἰάσομαι ἢ ὑμᾶς. ἐὰν με διδάξητε, πῶς ἐξ ἐπομβρίας αὐχμὸν ποιητέον. οἱ δὲ οὐδὲ συνιέντες τὸ ἐρώτημα ἡσύχασαν ἀπορούμενοι ἐπιστήμης ἰδίου. ἔγνων ὅτι καὶ τοὺς ἄλλους οὐκ αὐτοί, ἀλλὰ τύχη ἰάσατο.

die Euthycles, qui solus Deum noui. Tu verò audacem te putas & impius eum qui non est, esse arbitraris. Et si non ædificata sit Dei ara, non est Deus. Si verò ædificata sit non Dei, est Deus: vt lapides etiam sint deorum testes. Opera testimoniũ perhibere debent, vt solis. Nox & dies de eo testantur. Quatuor anni discrimina testimonium ei ferunt terra vniuersa fructum producens testis est. Lunæ circulus illius opus, cæleste testimonium.

Heraclitus Amphidamanti.

Laboramus Amphidama Hydrope morbo, vt quicquid est in nobis vniuscuiusque victoria morbus excessus calidi, febris: excessus frigidi paralysis, excessus spiritus æstus, meus nunc ex humido morbus est. Sed diuinũ quiddam anima quę ipsa cõiũgit sanitatis est primum ἰατρικώτατον, natura. Nõ enim effingit prima ruditas quod in ipsa est. Sed posterius: imitantes homines scientias & inscitias appellauere. Ego verò noui mundi naturam, noui etiam hominis. Noui morbos, noui sanitatem. Medebor ipsemet mihi, Deum imitabor, qui mundi inæqualitatem æquat mandans soli. Non occumbet morbo Heraclitus. Morbus occumbet Heracliti consilio, & vbique humida arescunt, calida frigescunt. Nouit mea sapientia naturæ vias: nouit & morbi finem atque requiem. Quòd si corpus omnino redundarit, descendet ad fatalem locum. At animus non descendet, sed cùm sit immortalis in cælum euolabit sublimis. Eum accipient æthera domicilia & Ephesios criminabor. Versabor, non in hominibus, sed in diis, neque aliorum aras ædificabo, sed alij mihi. Neque impietatis crimen minabitur Euthycles, sed ego illi bilem & iram Mirantur perpetuam Heracliti tristitiam. Non mirantur iidem perpetuam hominum malitiam ac prauitatẽ. Paulisper à vitiis requiescite, & ego forsan subridebo. At nũc in morbo sum factus remissior, quòd cũ hominibus nõ versor, sed solus ægroto. Forsitan etiam quòd animus præsagit, se ex hoc carcere solutum iri, & è quassato corpore se porrigẽs ac prospiciens, patriam habitationem in memoriam reuocat. Inde progressa, complectebatur fluxum hoc & mortuum corpus, quod videtur aliis pituita, bile, sanie, sanguine, neruis, ossibus & carnibus constrictũ. Nisi enim affectiones pœnas machinarentur, non iam relicto dudum corpore exiremus ex ipso.

Eidem.

Conuenerunt Amphidama medici, summo etiam cum studio ac promptitudine ad meam ægrotationem, neq; artem tenente neq; naturam. Sed alterũ ne volebant quidem, alterum verò putabant: at vtrunq; ignorabant. Nihil equidẽ aliud quã mollierunt meum ventrem attactibus, perinde ac vtrem. Alij verò curationem etiam eius se suscepturos profitebantur, at ego non concessi, sed morbi rationem primùm ab illis petebam, nec mihi reddere poterant, neq; me superabant sed ipsos ego. Quomodo igitur aiebam possitis fistulãdi magistri esse, cùm à non fistulatore victi sitis. Citiùs ipse me quàm vos curauero, si me docueritis, quomodo sit ex humiditate siccitas efficiẽda. At illi non intellecta quęstione, quiescebant & in sua sciẽtia perplexi & ancipites hærebant. Cognoui etiã alios non illorũ arte sed à fortuna in pristinã sanitatẽ restitutos.

Hi im-

Hi impiè faciunt Amphidama, mentiti artes, quas non tenent, & curantes quæ nesciunt, atque morté hominibus afferentes artis prætextu ac nomine, qui faciunt iniuriam cùm naturæ tum arti. Turpe est, inscitiam profiteri. Turpius adhuc, artem, quam non possideas. Quam eis voluptatem adfert mentiendi ratio, nisi vt per dolum ac fallaciam opes cumulent. Meliores essent, si mendicarentur. Tribueretur enim eis misericordia. Nunc verò mentiendo & lædendo in odium hominum incurrunt. Fæliciores reliquæ sunt artes. Statim arguuntur. Difficiliùs arguuntur quæ sunt præstantiora. Huiusmodi in ciuitate moti sunt erga me misericordia. Nemo illorum medicus. Omnes quadruplatores & impostores, qui artis sophismata vendunt argento. Heracleodorum auunculum meum hi mercede accepta necauerunt, qui non poterant caussam mei morbi proferre, neque quemadmodum ex humoris redundantia, siccitas efficeretur. Nesciunt in mundo Deũ magna corpora curare, dum inæqualitatem eorum ad exæquationem reuocat fracta in integrum restituit, labentia priusquam concidant reprimit, sparsa in vnum corpus redigit. Indecora expolit & ornat, capta custodiæ mandat, fugientia persequitur. Lumine tenebricosum illustrat, infinitum certis finibus terminat, informatis formam addit, quæ non sentiunt, visu imbuit. per omnem enim naturam commeat rumpendo, concinnando, soluendo, iungendo, fundendo, Aridum liquefacit, & illud soluit, guttas euaporat, condensat laxatum aërem, & continenter superna quidem summouet, inferiora verò stabilit. Hæc ægrotantis mundi curatio. Hunc egomet imitabor in meipso. Reliquis vale dico.

Hermodoro.

AVdio Ephesios legem contra me laturos iniquissimam & ab omnibus legibus abhorrentissimam. Lex enim nulla duntaxat in vnum statuitur sed iudicium. Nesciunt Ephesij quo discrimine inter iudex & legislator distincti sint. Et hoc quidē melius siquidem incertum est, quisnam sit facturus. Iudex verò conspicit ob oculos in iudicium adductum, cui pœna constituitur. Sciunt Hermodore me tibi legum ferendarum adiutorem ac sociũ esse, & me volunt in exilium mittere. Sed non antè, quàm ipsas redarguerint, adhuc malè statuunt, vt qui non ridet, & omnia humana ducit infesta, ante solem exortum egrediatur ex vrbe. Hoc lege decernere in animo fuit. Nemo est Hermodore qui non rideat præter Heraclitum. Itaque me exilio mulctant. O homines, non vultis discere, quam ob caussam à risu me abstineam? non quòd homines mihi sint odio, sed ob eorum malitiam ac scelera. Sic scribite legem. Si quis oderit malitiam, exeat ex vrbe & primus exibo. Non patriæ sed malitiæ solum libenter vertam. Trāscribite decretum. Sin in Ephesiis nequitiā ac flagitia cōceditis esse. & vos odio prosequor, cur ego non iustiorem legē ponā, vt qui propter flagitia in caussa sunt, quamobrē Heraclitus nō rideat, è vita exeāt. immò infinita pecunia mulctētur, si maior ad vos cruciatus ex argēti mulcta peruenit. Hoc vestrum est exilium. Hoc mors. Iniuriā mihi intulistis, qui quod Deus mihi cōcessit, id ademeritis. & me per iniuriā in exiliũ pellitis. Aut idcirco vos primũ diligā quòd hilaritatē mihi excussistis, neq; desistitis quin ampliùs legib. & exiliis me cōficiatis. Nam dũ in ciuitate maneo,

οὗτοι ἀσεβοῦσιν Ἀμφιδάμα, καταψευδόμενοι τεχνῶν ἃς οὐκ ἔχουσι, καὶ θεραπεύοντες ἃ μὴ ἴσασι. καὶ ἀποκτιννύντες ἀνθρώπους διʼ ὀνόματος τέχνης, ἀδικοῦντες καὶ φύσιν καὶ τέχνην. αἰσχρόν ἐστιν ὁμολογεῖν ἄγνοιαν. αἴσχιον ἐπιστήμην οὐκ ἔχοντα. τί ἡδὺ αὐτοῖς τὸ ψεύδεσθαι ἢ ἵνα διʼ ἀπάτης χρηματίσωνται. ἀμείνους ἂν ἦσαν μεταιτοῦντες. ἠλεοῦντο γὰρ ἄν. νῦν δὲ μισοῦνται καὶ βλάπτοντες καὶ ψευδόμενοι. εὐτυχέστεραι αἱ ἄλλαι τέχναι. ταχέως ἐλέγχονται. δυσελεγκτότερα τὰ κρείττω. ἐλελήθεσάν με οἱ τοιοῦτοι ἐν τῇ πόλει. οὐδεὶς αὐτῶν ἰατρός. ἀλλὰ πάντες ἀπατεῶνες καὶ φένακες. σοφίσματα τέχνης ἀργυρίου πιπράσκοντες. Ἡρακλεόδωρον τὸν ἐμὸν θεῖον οὗτοι ἀπέκτειναν καὶ μισθὸν ἔλαβον. οἳ οὐκ ἐδυνήθησαν ἐμῆς νόσου λόγον εἰπεῖν. οὐδὲ διʼ ἐπιμβείας, πῶς ἂν αὐχμὸς γένοιτο. οὐκ ἴσασιν ὅτι θεὸς ἐν κόσμῳ μεγάλα σώματα ἰατρεύει ἐπανισῶν αὐτῶν τὸ ἄμετρον, τὰ θρυπτόμενα ἑνοποιεῖ. τὰ ὀλισθήσαντα ὑποφθὰς πιέζει. συνάγει τὰ σκιδνάμενα. φαιδρύνει τὰ ἀπρεπῆ. καθείργει τὰ ληφθέντα. διώκει τὰ φεύγοντα. φωτὶ μὲν ἀναλάμπει τὸ ζοφερόν. περατοῖ δὲ τὸ ἄπειρον. καὶ μορφὴν μὲν ἐπιβάλλει τοῖς ἀμόρφοις. ὄψεως δὲ ἀναπίμπλησι τὰ ἀναίσθητα. διὰ πάσης γὰρ ἔρχεται τῆς οὐσίας, πλήττων, ἁρμοζόμενος, διαλύων, πηγνύς, χέων. τὸ μὲν ξηρὸν εἰς ὑγρὸν τήκει καὶ εἰς λύσιν αὐτὸ καθίστησι. καὶ λιβάδας μὲν ἐκθυμιᾷ. παχύνει δὲ χαλασθέντα τὸν ἀέρα καὶ συνεχῶς τὰ μὲν ἄνωθεν διώκει. τὰ δὲ κάτωθεν ἱδρύει. ταῦτα κάμνοντος κόσμου θεραπεία. τοῦτον ἐγὼ μιμήσομαι ἐν ἐμαυτῷ. τοῖς δʼ ἄλλοις χαίρειν λέγω.

Ἑρμοδώρῳ.

ΠΥνθάνομαι Ἐφεσίους μέλλειν εἰσηγεῖσθαι νόμον κατʼ ἐμοῦ ἀνομώτατον. οὐδεὶς γὰρ νόμος ἐφʼ ἑνός, ἀλλὰ κρίσις. οὐκ ἴσασιν Ἐφέσιοι ὅτι ἕτερος δικαστὴς νομοθέτου. καὶ τόδε ἄμεινον, ἐπεὶ ἀμαθέστερον πρὸς ἄδηλον τὸν μέλλοντα πράξειν. ὁ δικάζων δὲ ὁρᾷ τὸν κρινόμενον ᾧ συνάπτεται τὸ πάθος. ἴσασί με Ἑρμόδωρε συντεχνήσαντά σοι τοὺς νόμους καὶ με ἐλάσαι βούλονται. ἀλλʼ οὐ πρότερόν γε ἢ ἐλέγξαι αὐτούς. ἔτι ἄδικα ἐγνώκασι τὸν μὴ γελῶντα καὶ πάντα μισανθρωποῦντα πρὸ ἡλίου δύναντος ἐξιέναι τῆς πόλεως. τοῦτο νομοθετεῖν βούλονται. οὐδεὶς δʼ ἐστὶν ὁ μὴ γελῶν Ἑρμόδωρε ἢ Ἡράκλειτος, ὥστε με ἐλαύνουσιν. ὦ ἄνθρωποι οὐ θέλετε μαθεῖν διὰ τί ἀεὶ ἀγελαστῶ. οὐ μισῶν ἀνθρώπους, ἀλλὰ κακίαν αὐτῶν. οὕτω γράψατε τὸν νόμον. εἴ τις μισεῖ κακίαν ἐξίτω τῆς πόλεως καὶ πρῶτος ἔξειμι. φυγαδευθήσομαι οὐ πατρίδος, ἀλλὰ πονηρίας ἄσμενος. μεταγράψατε τὸ διάταγμα. εἰ δὲ ὁμολογεῖτε Ἐφεσίοις κακίαν εἶναι, καὶ ὑμᾶς μισῶ, πῶς οὐκ ἂν ἐγὼ δικαιότερος νομοθέτης εἴην, τοὺς ποιήσαντας Ἡράκλειτον διὰ πονηρίαν ἀγέλαστον ἐξεῖναι τοῦ ζῆν. μᾶλλον δὲ μυρίαις ζημιοῦσθαι, εἰ πλέον ἀνιᾶσθε ἀργυρίῳ κολαζόμενοι. τοῦτο ὑμῖν ἐστι φυγή. τοῦτο θάνατος. ἠδικήκατέ με ἀφελόμενοι, ὃ θεὸς ἔδωκε. καὶ φυγαδεύετέ με ἀδίκως. ἢ τοῦτο ὑμᾶς πρῶτον ἀγαπήσω ὅτι μου τὸ ἥμερον ἐξεκόψατε. καὶ οὐ παύεσθε ἐπαγωνιζόμενοι νόμοις καὶ φυγαδείαις. ἐν γὰρ τῇ πόλει μένων

NOn petij abs te quæ poſſides, verùm quæ non poſſides. Quoniam verò non vis, vt quæ minimè tu poſſides, hæc alius poſſideat, habe ſanè, quæ non habes.

Euſagenus Limenarcho.

NOn ad coruos eiicietur ſpeculator Lesbius. Glacie congelatum ex aliqua parte mare proclamauit, non aliter quàm ſi omnis turba veniret, Thynnorum & Pelamidum. Nos autem freti verriculo, ferè totum ſinum circumdedimus. Dein indignabamur, & põdus erat grauius quàm pro piſcium onere. Spe igitur etiam ex proximis aliquot vocabamus, promittentes nos partes eis daturos, ſi nobis opẽ ferrent & labore iuuarent. Poſtremò magno niſu ſub veſperam ſerò, maximam Camelum extraximus, fœtentem iam & vermibus ſcatentem. Hanc piſcationem, nõ vt rideres tibi facere planam volui, ſed vt cognoſceres, quibus & quot machinis fortuna me infortunatum impugnet.

Euplous Thalasseroti.

SVpra offam. Num insanis? Etenim audio te in amorem contentiosæ mulierculæ venisse, & ab illa perdi, piscationem quotidianam omnem persoluere. Attulit enim hoc ad me nuncium Sosias Vacinorum optimus, qui sanctè veritatem colit neque is vnquam in mendacium lapsus est. Is ipse Sosias qui bonum suaue liquamen coquit, ex tenuioribus piscibus, quos verriculo insinuat. Vnde igitur dic mihi Musices tibi aut extentũ aut coloratiuum aut concinnum carmen est, quemadmodum ipse nunciauit. Nam vnà cum elegantia puellæ amasti quoque instrumenta musica. Desine in hæc sumptus impendere, ne pro mari terra naufragio te afficiat, & pecuniis spoliet, atque psaltriæ ludus tibi sit Calydonius sinus aut mare Thrrenum, cùm non poteris Cratæïn inuocare, si secundò appellis.

Talasseros Euploo.

FRustra ad me cohortationem instituis Euploe. Nam ego nõ facilè reliquerim fœminam quippe qui Deo autori ignigero atque sagittifero morem geram, & alioqum nobis fautor ex cognatione est, cùm dea marina puellam hanc pepererit. Noster igitur à matre proficiscitur amor, & ob eam rem corde vulneratus, puellã in mari seruo, méque vel cum Panopa aut Galatea laudatissima forma Nereidibus consuetudinem habere.

Thermolepyrus Ocymoni.

MIserandum malum patimur. Nam aliis vber & matrices & Epar rori simile, propter qualitatis subtilitatem apponuntur. Nobis verò ex farinis confecta massa pro epulis sunt, & alij Chalybonium bibunt, nos vappam & acetum. Sed ô fatales dij, fatorúmq; principes dæmones. Detis cõuersionẽ huius iniustæ fortunę, neque alios in perpetua fœlicitate, custodite, alios ad pestem destinate. Etenim fati tractus eiusmodi coëgit. Iniuria nobis ab eo fit, qui tenui angustáque fortuna vtimur.

Conoposphrantes Ischolimo.

VEntosam spem & inanem habui de adolescente Polycrito. Arbitrabar enim eum aut diem suum obiisse, aut ei patrem magnam possessionis copiam parasse, & lurcationibus atque libidinibus nobiscum & cum scortis, quotquot formæ elegantia præstant, exhausturum aut totam aut certè maximam partem facultatum. At ille, postquam patre censore vtitur, serò quidem epulatur, & in die semel idque eo tempore, cùm iam sol est in occasu. Nihil verò quod opiparum sit epulatur, sed panem de foro, & obsonium, si quando fœlicem diem egerit Dorypetes aut oleastros. Frustratus igitur hac egregia spe incertus sum quid faciam, si enim qui alit, opus habet altore, quo loco ille fuerit, qui ali debet. Cum esuriente verò conuersari, duplex est incommodum. Vale.

Εὔπλοος Θαλασσέρωτι.

ὙΠερμαζᾷς ἢ μέμηνας· ἀκούω γάρ σε λοιδόρου γυναικὸς ἐρᾶν. καὶ ὡς ἐκείνης φθειρόμενον, πᾶσαν τὴν ἐφήμερον ἄγραν καταπίπτεσθαι· ἀπήγγελλε γάρ μοι τοῦτο γειτόνων ὁ βέλτιστος Σωσίας. ἔστι δὲ τῶν ἐπιεικῶς τὴν ἀλήθειαν τιμώντων, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἐκεῖνος εἰς ψευδηγορίαν ὠλίσθησεν. οὗτος ἐκεῖνος Σωσίας ὁ τὸ χρηστὸν καὶ ἡδὺ γάρον ἕψων ἐκ τῶν λεπτοτέρων ἰχθύων οὓς ἐγκολπίζεται τῇ σαγήνῃ. πόθεν οὖν εἰπέ μοι μουσικῆς σοι διάτονον καὶ χρωματικὸν, καὶ ἐναρμόνιον μέλος ἐστὶν ὡς αὐτὸς ἔφασκεν. ἀπαγγέλλων· ὁμοῦ γὰρ τῇ ὥρᾳ τῆς παιδίσκης ἠράσθης καὶ τοῖς κρούμασι. πέπαυσο εἰς ταῦτα δαπανώμενος μή σε ἀντὶ τῆς θαλάττης ἡ γῆ ναυηγὸν ἀποφήνῃ ψιλώσασα τῶν χρημάτων, καὶ γένηταί σοι τὸ τῆς ψαλτρίας καταγώγιον ὁ Καλυδώνιος κόλπος ἢ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος οὐκ ἔχοντί σοι Κραταιῒν ἐπικαλεῖσθαι, εἰ δεύτερον ἐφορμᾷ.

Θαλασσέρως Εὐπλόῳ.

ΤΗν ἄλλας ποιεῖς τὴν πρός με νουθεσίαν ὦ Εὔπλοε. ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν ἀποσταίην τῆς ἀνθρώπου θεῷ μυσταγωγοῦντι πυρφόρῳ καὶ τοξοφόρῳ πειθόμενος, καὶ ἄλλως ἡμῖν τὸ ἐρᾶν συγγενές· τῆς θαλαττίας θεοῦ τεκούσης τοῦτο τὸ παιδίον· ἡμέτερος οὖν πρὸς μητρὸς ὁ ἔρως. καὶ ὑπὸ τούτου βληθεὶς τὴν καρδίαν, ἔχω πρὸς θαλάττῃ τὴν κόρην πανόπην νομίζων ἢ γαλατείαν τὰς καλλιστευούσας τῶν Νηρηΐδων συνεῖναι.

Θερμολέπυρος Ὠκίμωνι.

ΣΧέτλια πεπόνθαμεν. τοῖς γὰρ ἄλλοις οὖθαρ καὶ μῆτραι καὶ ἧπαρ δρόσῳ προσεοικὸς διὰ τὴν ἐκ τῆς ποιότητος λεπτότητα παρέκειτο. ἡμῖν δὲ ἔτνος ἦν τὸ βρῶμα καὶ οἱ μὲν χαλυβώνιον ἔπινον. ἐκτεσπίαν δὲ ἡμεῖς καὶ ὀξίνην, ἀλλ' ὦ μοιραῖοι θεοὶ καὶ μοιραγέται δαίμονες. δότε παραῤῥοπὴν τῆς ἀδίκου ταύτης τύχης, καὶ μὴ τοὺς μὲν διηνεκεῖ φυλάττετε εὐτυχίᾳ, τοὺς δὲ τῷ λοιμῷ συνοικίζετε. ἡ γὰρ φορὰ τῆς εἱμαρμένης τὰ τοιαῦτα κατηνάγκασεν. ἄδικα πάσχομεν πρὸς αὐτῆς οἱ λεπτῇ καὶ στενῇ κεχρημένοι τύχῃ.

Κανοποσφράντης Ἰχολίμῳ.

ἈΝεμιαίους ἐλπίδας εἶχον ἐπὶ τῷ μειρακίῳ Πολυκρίτῳ. ᾤμην γὰρ αὐτὸν ἢ τεθνάναι ἢ αὐτοῦ τὸν πατέρα χύσιν ἐργάσασθαι τῆς οὐσίας πολλήν. καὶ ἀδηφαγοῦντα καὶ καθηδυπαθοῦντα μετά τε ἡμῶν μετά τε τῶν ἑταιρῶν ὅσαι κατὰ τὴν ὥραν προφέρουσιν ἐξαντλοῦντα ἢ τὸ πᾶν ἢ τὸ πολὺ τῆς οὐσίας. ὁ δὲ, ἐπειδὴ κείνων αὐτῷ ὁ γεννήσας ἐγένετο, σιτεῖται μὲν ὀψὲ τῆς ἡμέρας ἅπαξ, καὶ τοῦτο τῆς ὥρας ἡλίου λοιπὸν ἀμφὶ δύσιν ἔχοντος· σιτεῖται δὲ οὐδὲν τῶν πολυτελῶν, ἀλλ' ἄρτον τὸν ἐξ ἀγορᾶς καὶ ὄψον εἴ ποτε εὐημερίας ἡμέραν ἐπιτελοίη δορυπετεῖς ἢ φαυλίας. διαμαρτὼν οὖν τῆς θαυμαστῆς ταύτης ἐλπίδος οὐκ οἶδ' ὅτι καὶ δράσαιμι. εἰ γὰρ ὁ τρέφων δεῖται τοῦ θρέψαντος, τί ἂν εἴη ὁ τρέφεσθαι ὀφείλων. λιμώττοντι δὲ συνεῖναι διπλοῦν τὸ βάρος. Ἔρρωσο.

Εὔβουλος γεμέλλῳ.

Παρέκειτο μὲν ἡμῖν ὦ Γέλλων ὀστοῦ σικελιώτου πλακοῦς ἐπώνυμος. ἐγὼ δὲ καὶ τῇ θέᾳ μόνον πρὸς τὰς καταπόσεις ἐξεπιζόμενος ηὐφραινόμην· μέλλησις δὲ ἦν πολλὴ προσεισφερόντων τραγημάτων τὰ πέμματα. ἦν δὲ ὁ καρπὸς τῆς πιστάκης καὶ βάλανοι φοινίκων καὶ κάρυα τῶν ἐλύτρων ἐξῃρημένα. ἐγὼ δὲ πρὸς ταῦτα ἕκαστα ἐχθρὰ βλέπων ἀνέμενον ἐπαφήσειν ἐμαυτὸν ἐγχανὼν τῷ πλακοῦντι· οἱ δὲ καὶ τὸ ἐντραγεῖν ἐπιμήκιστον ἐξέτειναν. καὶ κύλικος συνεχὲς προσσοβουμένης διατριβὰς καὶ μελισμοὺς ἐνεποίουν· τέλος ὥσπερ ἐκ συνθήματος τὴν ἐμὴν ἀναρτῶντες ἐπιθυμίαν, ὁ μέν τις κάρφος λαβὼν ἐξεκάθαιρε τὰ ἐνιζάνοντα τῶν βρωμάτων τοῖς ὀδοῦσιν ἰνώδη. ὑπτιάσας ἑαυτὸν οἷος ἦν ὕπνῳ κατέχεσθαι μᾶλλον ἢ τῆς τραπέζης φροντίζειν. εἶτα ἄλλος ἄλλῳ διελέγετο καὶ πάντα μᾶλλον ἐπράττετο, ἢ ὁ ἡδὺς ἐκεῖνος καὶ ποθητὸς ἡμῖν πλακοῦς εἰς ἀπόλαυσιν ἤρχετο· τέλος οἷα εἰκὸς οἱ θεοὶ κατοικτείραντες τὸ κατάξηρον τῆς ἐμῆς ἐπιθυμίας, μόλις ποτὲ ἱμείροντά με τοῦ πλακοῦντος ἀπογεύσασθαι παρεσκεύασαν. ταῦτά σοι γράφω οὐ τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς ἥδεσιν ἡσθεὶς, ὅσον ἐπὶ τῇ παρολκῇ τῆς βραδυτῆτος ἐκτακείς.

Πλατύλαιμος ἐρεβινθολέοντι.

Οὔ πώποτε ἐγὼ κατὰ τὴν ἀττικὴν ὑπέμεινα τοιοῦτον χειμῶνα. οὐ γὰρ μόνον ἐκ παραλλήλων φυσῶντες μᾶλλον δὲ φύρδην φερόμενοι κατεκτύπουν ἡμῶν οἱ ἄνεμοι, ἀλλ' ἤδη καὶ χιὼν πυκνὴ καὶ ἐπάλληλος φερομένη, πρῶτον μὲν τοὔδαφος ἐκάλυπτεν. ἔπειτα οὐκ ἐπιπολῆς, ἀλλ' εἰς ὕψος ἤρετο τῆς νιφάδος χῶμα πάμπολυ, ὡς ἀγαπητὸν εἶναι τὸ θύριον ἀνοίξαντα τῆς οἰκίας τὸν στενωπὸν ἰδεῖν· ἐμοὶ δὲ οὔτε ξύλον οὔτε ἄσβολος παρῆν. πῶς γὰρ ἢ πόθεν. ὁ κρυσμὸς δὲ εἰσεδύετο μέχρι μυελῶν αὐτῶν καὶ ὀστέων. ἐβουλευσάμην οὖν ὀδύσσειον βούλευμα δραμεῖν εἰς τοὺς θόλους ἢ τὰς καμίνους τῶν βαλανείων· ἀλλ' οὐδὲ ἐκεῖσε συνεχώρουν οἱ τῶν ὁμοτέχνων περὶ ταῦτα κυλινδούμενοι. καὶ γὰρ αὐτοὺς ἡ παραπλησία θεὸς ἠνώχλει πενία· ὡς οὖν ᾐσθόμην οὐκ εἶναί μοι εἰς ταῦτα εἰσιτητὸν, δραμὼν ἐπὶ τὸ θρασύλλου βαλανεῖον ἰδιωτικῆς οἰκίας, εὗρον τοῦτο κενόν. καὶ καταβαλὼν ὀβολοὺς δύο καὶ τὸν βαλανέα τούτοις ἵλεων καταστήσας ἐθερόμην ἄχρις οὗ τὸν νιφετὸν μὲν πηγυλὶς διεδέξατο καὶ ὑπὸ τοῦ κρύους τοῦ μεταξὺ διεροῦ παγέντος πρὸς ἀλλήλους ἐδέδεντο οἱ λίθοι· μετὰ δὲ τὸ ἀποβράσαι τὸ δριμὺ, προσηνὴς ὁ ἥλιος ἐλευθέραν μοι τὴν πρόσοδον καὶ περιπάτους ἀνειμένως ἀπέφηνεν.

Ἀμνίων φιλομόσχῳ.

Ἀπέκειρεν ἡμῶν ἡ χάλαζα βαρέως ἐμπεσοῦσα τὰ λήϊα. καὶ λιμοῦ φάρμακον οὐδέν· ὠνεῖσθαι ἡμῖν ἐπακτοὺς πυροὺς οὐχ οἷόν τε διὰ σπάνιν κερμάτων· ἔστι δέ σοι ὡς ἀκούω τῆς πέρυσι εὐετηρίας λείψανα. δάνεισον οὖν μοι μεδίμνους εἴκοσι ὡς ἂν ἔχοιμι σώζεσθαι αὐτὸς καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ παιδία· καρπῶν δὲ εὐφορίας γενομένης, ἐκτίσομεν αὐτὸ τὸ μέτρον καὶ λῷον ἐάν τις εὐθηνία γένηται. μὴ δὲ περιίδῃς ἀγαθοὺς γείτονας εἰς στενὸν τοῦ καιροῦ φθειρομένους.

Eubulus Gemello.

APponebatur nobis ô Gellon, placēta eiusdem, cū osse Siculo nominis. Ego verò spectaculo solùm ad deuorādum paratus oblectabar. Magnam moram adferebant, circum coronantibus bellariis pemmata. Fructus autem erat Pistaces, & glandes, palmarum & nuces putaminibus exemptæ. At ego in hæc infesta singula circumferens oculos, expectabam vt meipsum immitterem inhians placentæ. Verùm illi bellariorum esum in quàm longissimum extenderunt, & calice continenter circumuoluto, morabantur ac diuidebant. Tandem quasi de industria meam cupiditatem suspendentes, quidam arrepta stipula ciborum sordes quæ resedissent in dentibus, expurgabat, resupinās seipsum vt somno magis teneri, quæ mēsæ curam videretur habere. Dein alius cum alio sermones miscebat, & quiduis potiùs agebat, quàm vt suauem illā ac desideratam nobis placentam ad vescendum aggrederetur. Postremò quemadmodum opinor dij miserantes ariditatem meæ cupiditatis, vix tandem effecerunt, vt qui tanto desiderio tenebar, placentam degustarem. Hæc tibi scribo, non tantùm suauitate delectatus, quantū tarditatis cunctatione cōfectus.

Platylæmus Erebintholeonti.

NVnquam ego tantam tempestatem in Attica sustinui. Nō solùm enim ex aduerso spirātes, immò confusè ruentes venti nos iactabant, sed iam etiā nix frequens & alia ex alia cadens, primò terræ faciem tegebāt. Deinde nō in superficie, sed in altū planè tollebatur copiosa nimiū defluentiū, moles, vt satis esset, siquis aperta ianua dom⁹, posset angiportū noscere. Mihi verò neq; lignū neq; fuligo suppetebat. Quomodo enim aut vnde suppeterent? Frigus penetrabat vsq; ad ipsas medullas & ossa. Captaui igitur quoddā Vlyssium cōsiliū, vt currerē in Tholos & caminos balnearū. Sed ne ibi quidē permittebāt, qui eam rem exercebant. Etenim eadē illis dea oberat paupertas. Cùm igitur sensissem, non esse mihi ad hæc aditum, ad Thrasylli balneū me cōtuli priuatarum ædiū, & illud vacuum inueni, atq; solutis duobus obulis balneatorem his placans, calefaciebā me donec niuem glacies exciperet, & frigore vehementissimo congelato lapides inuicem compingerentur. Postquam verò glacies incessit, sol exoptatus mihi liberum accessum, & deambulationes affatim suppeditabat.

Amnion Philomoscho.

ABrasit nostras fruges grauissimo impetu grādo, & famis nullū remedium est. Aduectitium triticum nobis emendi non est facultas, propter nummorum paucitatē. Sunt autem tibi vt audio, de copia annonæ, quæ fuit anno præterito, reliquię. Quare mutuos da mihi viginti modios, vt salu⁹ esse possim cum coniuge ac liberis. Quòd si fertilis extiterit iterum frugum prouentus, repēdemus eadem mensura seu etiam meliore, si quę fuerit vbertas. Ne verò committas, vt in curia tua boni vicini in angustias vitæ coacti perdantur & extinguantur.

Eustolus

Eustolus Elationi.

CVm terra nihil dignum laboribus adferat ac rependat, statui meipsum committere mari ac fluctibus. Etenim vita simul & mors fato nobis cōstitutæ sunt. Neque effugi lex fati potest, etiamsi aliquis inclusum se domi contineat. Nam illa dies efficax est, & quod fato descriptum est, id est ineuitabile. Itaque non ab his vita ponderatur, sed à fortuna regitur & administratur. Sunt enim, quibus in terra citò moriturіs. In mari quàm maximè diuturna vita contingit. Quare cùm sciam ita hæc esse, ad naues agendas accedam, & inter ventos fluctúsque versabor. Melius enim est reuerti è Bosporo & Propontide nouis diuitiis auctum, quàm sedentem in extremis plagę littoralis partibus ieiunum palustres sordes ac cænum eructare.

Agelarchides Pytholao.

MAximum amice malum sunt vrbani fœneratores. Ego enim nescio quid passus, cùm ad te aut ad alium habitantem ruri vicinum ire necesse esset, cùm opus haberem pecuniis, volens propter iugum, emere prædium, ducente me quodam vrbano ad Martij domum veni. Deinde inuenio senem aspectu curuum, cōtractis superciliis vetustā quandam chartam, & putridam à vermibus & tineis semiesam in manu tenētem. Statim igitur vix me allocutus est iacturam existimans si me appellasset. Deinde cùm intercessor me pecuniis egere diceret, quot talentis interrogauit. Cùm autem ad tantam summam ego obstupescerem, statim despuit, & perspicuis notis suam indignationem significauit. Attamen dabat & literas petebat. Imposuit igitur summæ grauem vsuram, & intra mensem totum caput exegit. Magnum quoddam malum sunt qui in calculis & digitorum flexionibus versantur. Ne mihi contingat ô præsides agrestium dæmones, vt lupum aut fœneratorem videam.

Anicetus Phœbianæ.

FVgis me ô Phœbiana fugis, ídque cùm nuper totum agrum abstuleris. Quid enim ex meis bonis non accepisti aut non habes, non ficus, nō caseum ex corbibus: non duæ gallinæ, non reliquæ tibi delitiæ omnes sunt à me? Adeò me totum tu iuxta prouerbium euersum sub iugum coëgisti. Tu verò nullam habes formam me medullitus ardente. Sed vale, & abi. Ego verò grauiter quidem feram, ac feram tamen ignominiam.

Phœbiana Aniceto.

PArturiens me nuper, vt ad se venirem, vxor vicini accersiuit atque vt quæ ad artem pertinēt adferrem. Tu verò confestim exurgens conabare fracto collo partum elicere. Non desines Tricure ac Talentarie senex florentes ætate nos puellas sollicitare, perinde ac si iam pubesceres? Non ab rusticis in agro laboribus abdicatus es velut inutilis, & cum senibus comparatus? Non è culina & foco quasi effœtus expulsus es? Quid igitur miserabilem vultum assumis & respiras? Desine miser Cecrops & tecum ipse versare ô senex.

Εὔστολος Ἐλατίωνι.

ΟΥδέν με τῆς γῆς ἀμειβομένης τῶν πόνων ἄξιον, ἔγνων ἐμαυτὸν ἐπιδοῦναι θαλάττῃ καὶ κύμασι. ζῆν μὲν γὰρ καὶ τεθνάναι μεμοίραται ἡμῖν. καὶ οὐκ ἔστι τὸ χρέος φυγεῖν κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις καθείρξας αὐτὸν τηρῇ. ἐνεργὸς γὰρ ἡ ἡμέρα ἐκείνη καὶ τὸ πεπρωμένον ἄφυκτον. ὥστε τὸ ζῆν οὐχ ὑπὸ τούτων ταλαντεύεται. ἀλλ᾽ ὑπὸ τῇ τύχῃ βραβεύεται. ἤδη γὰρ τινὲς μὲν ἐπὶ γῆς ὠκύμοροι. ἐπὶ θαλάττης δὲ μακρόβιοι κατεβίωσαν. ὥστε εἰδὼς ταῦθ᾽ οὕτως ἔχειν, ἐπὶ ναυτιλίαν βαδιοῦμαι καὶ ἀνέμοις ὁμιλήσω καὶ κύμασι· κρεῖττον γὰρ ἐπανήκειν ἐκ Βοσπόρου καὶ προποντίδος νεόπλουτον, ἢ καθήμενον ἐπὶ τοῖς τῆς ἀττικῆς ἐσχατιαῖς λιμώδες καὶ αὐχμηρὸν ἐρυγγάνειν.

Ἀγελαρχίδης Πυθολάῳ.

ΜΕγα ὦ φίλε κακὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι. ἐγὼ γὰρ οὐκ οἶδα τί παθὼν, δέον παρὰ σὲ ἢ παρά τινα ἄλλον τῶν κατ᾽ ἀγρὸν γειτόνων ἐλθεῖν, ἐπεὶ κατέστην ἐν χρείᾳ χρημάτων βουλόμενος ἐπὶ κολωνῷ πρίασθαι χωρίον ἐξηγησαντός μέ τινος τῶν ἀστικῶν ἐπὶ τὰς Μαρτίου θύρας ἀφικόμην. εἶτα καταλαμβάνω πρεσβύτην ὀφθῆναι ῥικνὸν συνεσπακότα τὰ ὀφρῦς χάρτην δι᾽ ἀρχαῖά τινα, σαπρὸν δὲ τῷ χρόνῳ ὑπὸ κόρεων καὶ σητῶν ἡμίβρωτον διὰ χειρὸς ἔχοντα. εὐθὺς μὲν οὖν μόλις με προσεῖπε ζημίαν, ἡγούμενος τὴν προσηγορίαν. εἶτα τοῦ προξένου φήσαντος ὡς δεοίμην χρημάτων, πόσων ἤρετο ταλάντων. ἐμοῦ δὲ θαυμάσαντος τὴν ὑπερβολὴν, διέπτυεν εὐθέως. καὶ δῆλος ἦν δυσχεραίνων. ὅμως ἐδίδου καὶ ἀπῄτει γραμματεῖον. καὶ ἐπὶ τῷ ἀρχαίῳ τόκον βαρὺν καὶ τὴν οὐσίαν ὑποθέσει μηνὸς εἰσέ τι μοι. μέγα τι κακόν εἰσιν οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δακτύλων τὰς κάμψεις εἰλινδούμενοι· μή μοι γένοιτο ἀγροίκων ἔφοροι δαίμονες, μὴ λύκον ἔτι μὴ δανειστὴν ἰδεῖν.

Ἀνίκητος Φοιβιανῇ.

ΦΕύγεις με ὦ Φοιβιανὴ φεύγεις. καὶ ταῦτα ἀρτίως ὅλον τὸν ἀγρὸν ἀπενεγκαμένη. τί γὰρ οὐ τῶν ἐμῶν λαβοῦσα ἔχεις; οὐ σῦκα οὐ τυρὸν ἐκ ταλάρων, οὐκ ἀλεκτορίδων ζεῦγος οὐ τὰ λοιπὰ τρυφήματα πάντα ἔστι σοι ἐξ ἐμοῦ; οὕτως ὅλον με αὐτὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀναστρέψασα δουλεύειν ἠνάγκασας. σὺ δὲ οὐδεμίαν ὥραν ἔχεις ἐμοῦ διακαῶς φλεγομένου. ἀλλὰ χαῖρε καὶ ἄπιθι. ἐγὼ δὲ οἴσω βαρέως μὲν, οἴσω δὲ ὅμως τὴν ἀτιμίαν.

Φοιβιανὴ Ἀνικήτῳ.

ΩΔίνουσά με ἀρτίως ἥκειν ὡς ἑαυτὴν ἡ τοῦ γείτονος μετέπεμψε γυνή· καὶ δῆτα ἥκειν ἀραμένη τὰ πρὸς τὴν τέχνην. σὺ δὲ ἐξαπιναίως ἀναστὰς ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κῦσαι. οὐ παύσῃ τρίκορυς καὶ τάλαντον γερόντιον πειρῶν τὰς ἀφ᾽ ἡλικίας ἀνθούσας ἡμᾶς ὥσπερ ἄρτι νεάζειν ἀρχόμενος; οὐχὶ τῶν κατ᾽ ἀγρὸν πόνων ἀφεῖσαι ἀεργὸς τῶν αἰδίων προεισάμενος. οὐχὶ τοῦ πλανείου καὶ τῆς ἐσχάρας ὡς ἀδύνατος ὢν ἐξέωσαι; πῶς οὖν ταπεινὸν βλέπεις βλέμμα καὶ ἀναπνεῖς. πέπαυσο κέκροψ ἄθλιε καὶ τρέπου κατὰ σεαυτὸν ὦ πρέσβυ.

Γλυκέρα Βακχίδι.

Ὁ Μένανδρος ἡμῶν ἐπὶ τὴν τῶν ἰσθμίων θέαν εἰς τὴν κόρινθον ἐλθεῖν βεβούληται. ἐμοὶ μὲν οὐ κατὰ νοῦν. οἶδας γὰρ οἷόν ἐστιν ἐραστοῦ τοιούτου καὶ βραχὺν ὑστερῆσαι χρόνον· ἀποτρέπειν δὲ οὐκ ἐνῆν μὴ πολλάκις ἀποδημεῖν εἰωθότα. οὐδ᾽ ὅπως αὐτὸν παρεγγυήσω, μέλλοντα ἐπιδημήσειν ἔχω. οὐδ᾽ ὅπως μὴ βουλόμενον αὐτὸν σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ κἀμοί τινα φέρει φιλοτιμίαν, τοῦτο λογίζομαι. οἶδα γὰρ τὴν οὖσαν ἡμῖν ἑταιρείαν πρὸς ἀλλήλας· δέδοικα δὲ ὦ φιλτάτη οὐ σὲ τοσοῦτον. χρηστοτέρῳ γὰρ ἤθει κέχρησαι τοῦ βίου ὅσον αὐτὸν ἐκεῖνον. ἐρωτικὸς γάρ ἐστι δαιμονίως καὶ Βακχίδος οὐδ᾽ ἂν τῶν σκυθρωποτάτων τις ἀπόσχοιτο. τὸ μὲν γὰρ δοκεῖν αὐτὸν οὐκ ἔλαττον τοῦ σοὶ ἐντυχεῖν ἢ τῶν ἰσθμίων ἕνεκεν τὴν ἀποδημίαν πεποιῆσθαι, οὐ πάνυ πείθομαι. ἴσως αἰτιάσῃ με τῆς ὑποψίας· συγγνώσῃ δὲ ταῖς ἑταιρικαῖς ὦ φιλτάτη ζηλοτυπίαις. ἐγὼ δ᾽ οὐ παρὰ μικρὸν ἡγοῦμαι Μενάνδρου διαμαρτεῖν ἐραστοῦ. ἄλλως τε κἄν μοι κνισμός τις πρὸς αὐτὸν ἢ διαφορὰ γένηται, δεήσει με ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὑπὸ χρέμητός τινος ἢ διφίλου πικρῶς λοιδορεῖσθαι. ἐὰν δὲ ἐπανέλθῃ μοι οἷος ᾤχετο, πολλὴν εἴσομαί σοι χάριν. Ἔρρωσο.

Βακχὶς ὑπερίδῃ.

Πᾶσαί σοι ἴσμεν αἱ ἑταῖραι χάριν· καὶ ἑκάστη γε ἡμῶν οὐχ ἧττον ἢ φρύνη. ὁ μὲν γὰρ ἀγὼν μόνος φρύνης. ὃν ὁ παμπόνηρος εὐθείας ἐπανείλετο. ὁ δὲ κίνδυνος ἁπασῶν. εἰ γὰρ αἰτοῦσαι παρὰ τῶν ἐραστῶν ἀργύριον, οὐ τυγχάνομεν ἢ τοῖς διδοῦσιν ἐντυγχάνουσαι ἀσεβείας κριθησόμεθα, πεπαῦσθαι κρεῖττον ἡμῖν τοῦ βίου καὶ μηκέτι ἔχειν πράγματα μήτε τοῖς ὁμιλοῦσι παρέχειν· νῦν δ᾽ οὐκ ἔτι τὸ ἑταιρεῖν αἰτιασόμεθα ὅτι πονηρὸς εὐθείας ἐραστὴς εὑρέθη. ἀλλ᾽ ὅτι ἐπιεικὴς ὑπερίδης ζηλώσομεν· πολλὰ τοίνυν ἀγαθὰ γένοιτό σοι τῆς φιλανθρωπίας. καὶ γὰρ ἑταίραν χρηστὴν σεαυτῷ περιεσώσω. καὶ ἡμᾶς ἀμειψομένας σε κατ᾽ ἐκείνης παρεσκεύασας, εἰ δὲ δὴ καὶ τὸν λόγον γράψαις τὸν ὑπὲρ τῆς φρύνης, τότε ἂν ὡς ἀληθῶς χρυσοῦν αἱ ἑτεραί σε στήσαιμεν ὅπη ποτὲ βούλει τῆς ἑλλάδος.

Βακχὶς φρύνῃ.

Οὐ τοσοῦτόν σοι τοῦ κινδύνου συνηχθέσθην φιλτάτη ὅσον ὅτι πονηροῦ μὲν ἀπηλλάγης ἐραστοῦ, χρηστὸν δὲ εὗρες ὑπερίδην συνήσθην. τὴν γὰρ δίκην σοι καὶ πρὸς τὴν εὐτυχίαν γεγονέναι νομίζω· διαβόητον γάρ σε οὐκ ἐν ταῖς Ἀθήναις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἑλλάδι ἁπάσῃ ὁ ἀγὼν ἐκεῖνος πεποίηκεν· εὐθείας μὲν γὰρ ἱκανὴν τιμωρίαν δώσει τῆς σῆς ὁμιλίας στερούμενος. ὑπὸ γὰρ ὀργῆς μοι δοκεῖ κινηθεὶς διὰ τὴν ἔμφυτον ἀμαθίαν ὑπεράραι τὸ μέτρον τῆς ἐρωτικῆς ζηλοτυπίας· καὶ νῦν ἐκεῖνον ἐρῶντα μᾶλλον εὖ ἴσθι ἢ ὑπερίδην. ὁ μὲν γὰρ διὰ τὴν τῆς συνηγορίας χάριν δῆλός ἐστι σπουδάζεσθαι βουλόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν. ὁ δὲ, τῷ ἀποτεύγματι τῆς δίκης παρώξυνται. προσδέχου δὴ πάλιν δι᾽ αὐτοῦ δεήσεις καὶ λιτανείας, καὶ πολὺ χρυσίον. μὴ δὴ καταδιαιτήσῃς ἡμῶν ὦ φιλτάτη τῶν ἑταιρῶν. μὴ δ᾽ Ὑπερίδην κακῶς δόξαι βεβουλεῦσθαι ποιήσῃς, τὰς εὐτυχίου ἱκεσίας

(προσιεμένη.)

Glycera Bacchidi.

Menander noster ad spectãdos ludos Isthmios Corinthum proficisci voluit, non id quidem ex mea sententia. Scis enim, quanta res sit, eiusmodi amasio pauxillùm etiã temporis carere. Deterrere autem non licebat, quippe qui non sæpe peregrinari solitus esset, neque quemadmodũ eum instruã & adhorter, cùm sit iter ingressurus, inuenio, neque quemadmodum si velit à te amari, mihi non adferat æmulationem, id mihi curæ est. Noui enim mutuam nostram societatem. Nec verò ô amicissima, te tantùm metuo. Etenim meliùs vitam & probiùs instituisti, quàm is ipse. Amatorius est enim omnino, & à Bacchide ne seuerissimus quidẽ facilè abstineat. Nã quòd videtur non minus vt te conueniret, quã Isthmiorum caussa profectionẽ suscepisse, non planè, vt credã, adducit. Fortasse me suspicionis argues. At da veniam ó amicissima, amatoriis Zelotypiis. Ego verò nõ exiguum iudico, Menandri amorem perdere ac amittere. Et alioquin si mihi contentio cum eo vel cõtrouersia incidat oportebit me in Scena ab aliquo Chremete, seu Diphilo acerbis cõuitiis proscindi. Quòd si talis redierit quẽadmodum discessit, magnam tibi gratiam habebo. Vale.

Bacchis Hyperidæ.

Omnia nos scorta tibi gratias habemus, & vnũquodque nostrûm, non minùs quàm Phryne. Certamen enim ad solam Phrynen spectabat, quod pessimus omniũ Eutheias susceperat. Periculũ verò ad omnes. Etenim si petentes ab amatoribus argentum, non impetramus, aut cũ in dantes inciderimus impietatis condemnabimur, satius nobis est hanc vitam relinquere, neque ampliùs negotium habere, vel his qui nobiscum consuetudinem habent facessere. Nunc verò non ampliùs scortationem accusabimus, quoniam malus Euthias in amore deprehensus est. At quoniam æquus ac iustus Hyperides, laudabimus. Multa itaque tibi bona obueniãt, propter istam humanitatem. Etenim bonum tibi scortum seruabo, & fecisti vt pro illa nos tibi gratiã reddituri simus. Sin etiam orationem quam pro Phryne habuisti, scripseris, tum reuera tibi aureã statuã nos scorta erigemus, vbicunque volueris in Grçcia.

Bacchis Phrynæ.

Non tantum dolorem ex tuis miseriis percepi amicissima, quantum quòd à malo amatore liberata bonum nacta es Hyperidem gaudio sum ex tuo commodo affecta. Nam tibi iudicium etiam ad fœlicitatem cessisse arbitror. Celebrem enim te nõ solùm Athenis, verumetiam in tota Græcia, certamen illud fecit. Euthias enim satis pœnarum dederit cùm tua consuetudine priuabitur. Etenim ira mihi videtur commotus propter insitam inertiam excessisse modum amatoriæ Zelotypiæ. Et nunc sat scias illum maiore amore flagrare quàm Hyperidem. Hic enim propter patrocinii gratiam videtur velle amari, & sese amatorem præbere. Ille verò malo iudicij successu, exasperatus est. Expecta rursus ab eo preces, supplicationes & magnam vim auri. Nec condemnabis ô amicissima, nos scorta, neque committes vt Hyperides malè cõsuluisse videatur, & Eutychij precibus

locum

Id cùm dabis, neque sermonibus eorum qui tibi dicunt, nisi veste dilacerata mammillas iudicibus ostendisses, nihil oratorem opis allaturum fuisse, fidē habebis. Etenim vt hoc ipsum commodè & opportunè fieret, eius defensione ac patrocinio effectum est.

Bacchis Myrrhinæ

NE melior quidem ac præstantior amator tibi contingat. Domina Venus, sed cum Eutychio, quē nunc foues, vitam exigas. Infœlix amentia mulier, quòd eiusmodi formæ credidisti. Etenim ad Phrynes amorem neglecta Myrrhyna se applicabit. Sed videris Hyperiden pungere voluisse, quòd minùs nunc te curet. Et ille aliam habet se dignam, & tu amatorem tibi conuenientem. Pete quippiam ab eo, mox videbis te in temetipsam aut in naualia flámas iniecisse, aut leges violare. Sic igitur tibi persuadeas, te nobis omnibus, qui Venerem humaniorem colimus, odio & infensam esse.

Thais Thessale.

NVnquam credidissem fore, vt ex tanta familiaritate mihi aliqua cum Euxippe controuersia nasceretur. Et quidem cætera quibus ei meam operam accommodaui, cùm à Samo nauigaret non exprobro. Sed Pamphilo quod te non latet, quátùm nobis argenti numerante, quòd hac via sibi adolescens aliquando copiam fore putabat, non admittebar. Sed egregiè pro his nobis repēdit pessimè pereuntem Megaram volēs gratum facere. Erga illam verò peruetusta mihi quædam erat Stratonis caussa, suspicio. Sed hanc nihil arbitrabar admirādum aut nouum facere, si mihi malè loqueretur. Erat autem Aloæ festum & totam noctem, vniuersæ apud nos manebant. Mirabar verò Euxippen. Primùm enim deridendo ac illudendo declarabat odium. Deinde manifestò, quædam poëmata canebat in eum qui olim noster Amasius desciuisset, & ex his quidē minùs hauriebā doloris. At summum mihi pudorem attulit, cùm in fucum pederotémoue conuitia iaceret. Videbatur autem mihi malè agere, quòd ne speculum quidem possideret. Si enim sciuisset se colore Sandaraches tinctam esse, non sanè in nostrā deformitatem cōuitiis esset inuecta. Me itaque parùm hæc sollicitam habent. Amatoribus enim placere, nō Megarę & Euxippæ similis volo. Tibi verò planū faciendum censui, ne me accusares ampliùs. Vlciscar enim eas nō scōmatis neq; blasphemiis, & his rebus quæ maximam sunt eis molestiam creaturæ. Adoro autem vltionis deam.

Thais Euthydemo.

EX quo ad philosophiā animū adiecisti, grauitatem quandā assumpsisti & supercilia supra tempora extulisti. Sic forma composita librúmq; in manibus tenens, in Academiā ruis. Nostrā verò domū, quasi nunquā antea cōspexeris, ita præteris. Insanis Euthydeme, neque scis cuiusmodi sit sophista ille, qui tantā seueritatē pręse fert, & egregias quasdam disputationes nobis commemorat. Sed mihi negotiū, quàm dudum putas esse, cùm facesseret, & mecū coire vellet. Cōsumitur autē ac perditur, apud Herpyllidem ancillam Megaræ. Tunc igitur eum non admittebam. Etenim in tuo complexu dormire,

μὴ δὲ τοῖς λέγουσί σοι ὅτι εἰ μὴ τὸν χιτωνίσκον περιρρηξαμένη τὰ μαστία τοῖς δικασταῖς ἀπέδειξας, οὐδὲν ὁ ῥήτωρ ὠφέλει, πείθου. καὶ γὰρ αὐτὸ τοῦτο ἵνα ἐν καιρῷ γένηταί σοι ἡ ἐκείνου παρέσχε συνηγορία.

Βακχὶς Μυρρίνῃ.

ΜΗ δὲ κρείττονος εἴη σοι τυχεῖν ἐραστοῦ δέσποινα Ἀφροδίτη, ἀλλ' Εὐθυκλεῖ συγκαταβιώῃς ὃν νῦν περιέπεις. τάλαινα γυνὴ τῆς ἀνοίας, ἥτις τῷ τοιούτῳ κάλλει πεπίστευκας. Φρύνην γὰρ στέρξει δηλονότι Μυρρίνην ὑπεριδών. ἀλλ' ἔοικας κνίσαι τὸν Ὑπερίδην βεβουλῆσθαι ὡς ἔλαττόν σοι νῦν προσέχοντα. κἀκεῖνος ἑταίραν ἔχει ἀξίαν ἑαυτοῦ, καὶ σὺ ἐραστήν σοι πρέποντα. αἴτησόν τι παρ' αὐτοῦ καὶ ὄψει σεαυτὴν ἢ τὰ νεώρια ἐμπεπρηκυῖαν ἢ τοὺς νόμους καταλύουσαν. ἴσθι γοῦν ὅτι παρὰ πάσαις ἡμῖν ταῖς τὴν φιλανθρωποτέραν Ἀφροδίτην προτιμώσαις μεμίσησαι.

Θαῒς Θεττάλῃ.

ΟΥκ ἄν ποτ' ᾠήθην ἐκ τοσαύτης συνηθείας ἔσεσθαί μοι τινὰ πρὸς Εὐξίππην διαφοράν. καὶ τὰ μὲν ἄλλα ἐν οἷς αὐτῇ χρησίμη γέγονα ὑπὸ τὸν ἀπὸ τῆς Σάμου κατάπλουν, οὐκ ὀνειδίζω. ἀλλὰ Παμφίλου, γινώσκεις τοῦτο καὶ σὺ ὅσον ἡμῖν διδόντος ἀργύριον ὅτι ταύτῃ ποτὲ ἐντυγχάνειν ἐδόκει τὸ μειράκιον οὐ προσσίεμην. ἀλλὰ καλῶς ἡμᾶς ἀντὶ τούτων ἠμείψατο τῇ κάκιστα ἀπολουμένῃ Μεγάρᾳ χαρίζεσθαι θέλουσα. πρὸς ἐκείνην δ' ἦν τις παλαιά μοι διὰ Στράτωνα ὑπόνοια. ἀλλὰ ταύτην μὲν οὐδὲν ᾤμην ποιεῖν παράλογον κακῶς λέγουσάν με. Ἀλῷα δ' ἦν· κἀπὶ τὴν παννυχίδα πᾶσαι ὥσπερ ἦν εἰκὸς παρ' ἡμῖν· ἐθαύμαζον δὲ τὴν Εὐξίππης. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον κιχλίζουσα μετ' ἐκείνης καὶ μωκωμένη τὴν δυσμένειαν ἐνεδείκνυτο· εἶτα φανερῶς ποιήματα ᾖδεν εἰς τὸν οὐκ ἔθ' ἡμῖν προσέχοντα ἐραστήν. κἀπὶ τούτοις μὲν ἧττον ἤλγουν. ἀπαναισχυντήσασα δὲ εἰς τὸ φῦκός με καὶ τὸν παιδέρωτα ἔσκωπτεν. ἐδόκει δέ μοι πάνυ κακῶς πράττειν ὡς μηδὲ κάτοπτρον κεκτῆσθαι. εἰ γὰρ οἶδεν ἑαυτὴν χρῶμα σανδαράχης ἔχουσαν, οὐκ ἂν ἡμᾶς εἰς ἀμορφίαν ἐβλασφήμει. ἐμοὶ μὲν οὖν βραχὺ μέλει περὶ τούτων. ἀρέσκειν γὰρ τοῖς ἐρασταῖς οὐχὶ Μεγάρᾳ καὶ Εὐξίππῃ βούλομαι ταῖς πιθήκοις. δεδήλωκα δέ σοι ἵνα μή μ' ἔτι μέμψῃ· ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὰς οὐκ ἐν σκώμμασιν οὐδ' ἐν βλασφημίαις, ἀλλ' ἐν οἷς μάλιστα ἀνιάσονται. προσκυνῶ δὲ τὴν Νέμεσιν.

Θαῒς Εὐθυδήμῳ.

ΕΞ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας σεμνός τις ἐγένου καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας. εἶτα σχῆμα ἔχων καὶ βυβλίδιον μετὰ χεῖρας εἰς τὴν Ἀκαδημίαν σοβεῖς. τὴν δὲ ἡμετέραν οἰκίαν ὡς οὐδὲ ἰδὼν πρότερον παρέρχῃ. ἐμάνης Εὐθύδημε, οὐκ οἶδας οἷός ἐστιν ὁ σοφιστὴς οὗτος ὁ ἐσκυθρωπακὼς καὶ τοὺς θαυμαστοὺς τούτους διεξιὼν πρὸς ὑμᾶς λόγους. ἀλλ' ἐμοὶ μὲν πράγματα, πόσος ἐστὶν οἴει χρόνος ἐξ οὗ παρέχει βουλόμενος ἐντυχεῖν. προσφθείρεται δὲ Ἑρπυλλίδι τῇ Μεγάρας ἄβρᾳ. τότε μὲν οὖν αὐτὸν οὐ προσίεμην· σὲ γὰρ περιβάλλουσα κοιμᾶσθαι μᾶλλον ἐβουλόμην.

ἢ τὸ παρὰ πάντων σοφιστῶν χρυσίον· ἐπεὶ δέ σε ἀποτρέπειν ἔοικε τῆς μεθ' ἡμῶν συνηθείας ὑποδέξομαι αὐτόν. καὶ εἰ βούλει τὸν διδάσκαλον τουτονὶ τὸν μισογύνην ἐπιδείξω σοι νυκτὸς οὐκ ἀρνούμενον τὴν συνήθη ἡδονῆς. λῆρος ταῦτα εἰσὶ καὶ τῦφος καὶ ἐργολάβεια μειρακίων ὦ ἀνόητε. οἴει δὲ διαφέρειν ἑταίρας σοφιστήν; τοσοῦτον ἴσως ὅσον οὐ διὰ τῶν αὐτῶν ἑκάτεροι πείθειν. ἐπεὶ ἕν γε ἀμφοτέροις τέλος πρόσκειται τὸ λαβεῖν. πόσῳ δὲ ἀμείνους ἡμεῖς καὶ εὐσεβέστεραι· οὐ λέγομεν θεοὺς οὐκ εἶναι). ἀλλὰ πιστεύομεν ὀμνύουσι τοῖς ἐρασταῖς ὅτι φιλοῦσιν ἡμᾶς. οὐδ' ἀξιοῦμεν ἀδελφαῖς καὶ μητράσι μίγνυσθαι τοὺς ἄνδρας, ἀλλ' οὐδὲ γυναιξὶν ἀλλοτρίαις, εἰ μὴ ὅτι τὰς νεφέλας ὁπόθεν εἰσί, καὶ τὰς ἀτόμους ὁποῖαι, ἀγνοοῦμεν. διὰ τοῦτο ἥττους δοκοῦμέν σοι τῶν σοφιστῶν· καὶ αὐτὴ παρὰ τούτοις ἐσχόλακα καὶ πολλοῖς διείλεγμαι. ὁ δ' εἰς ἑτέρας ὁμιλῶν τυραννίδας ὀνειροπολεῖ καὶ στασιάζει τὰ κοινά· ἀλλὰ σπάσας τὸν ἑωθινὸν καὶ μεθυσθεὶς εἰς ὥραν τρίτην ἢ τετάρτην ἠρεμεῖ. παιδεύομεν δὲ οὐ χεῖρον ἡμεῖς τοὺς νέους. ἐπεὶ σύγκρινον εἰ βούλει Ἀσπασίαν τὴν ἑταίραν καὶ Σωκράτην τὸν σοφιστὴν καὶ πότερος ἄμεινον αὐτῶν ἐπαίδευσεν ἄνδρας λόγισαι· τῆς μὲν γὰρ ὄψει μαθητὴν Περικλέα. τοῦ δὲ Κριτίαν. κατάβαλε τὴν μωρίαν ταύτην καὶ ἀηδίαν. ὁ ἐμὸς ἔρως εὐθύδημε οὐ πρέπει σκυθρωποῖς εἶναι τοιούτοις ὄμμασι. καὶ πρὸς τὴν ἐρωμένην ἧκε τὴν ἑαυτοῦ οἷος ἐπανελθὼν ἀπὸ λυκίου πολλάκις τὸν ἱδρῶτα ἀποψώμενος ἵνα μικρὰ κραιπαλήσαντες ἐπιδειξώμεθα ἀλλήλοις τὸ καλὸν τέλος τῆς ἡδονῆς. καὶ σοὶ νῦν μάλιστά γε φανοῦμαι σοφή. οὐ μακρὸν δίδωσιν ὁ δαίμων χρόνον τοῦ ζῆν. μὴ λάθῃς τοῦτον εἰς αἰνίγματα καὶ λήρους ἀναλώσας. Ἔρρωσο.

Σιμαλίων πετάλῃ.

Εἰ μὲν ἡδονήν σοί τινα φέρειν ἢ φιλοτιμίαν πρός τινας τῶν διαλεγομένων οἴει, τὸ πολλάκις ἡμᾶς ἐπὶ τὰς θύρας φοιτᾶν καὶ τοῖς πεμπομένοις πρὸς τοὺς εὐτυχεστέρους ἡμῶν θεραπαινιδίοις ἀποδύρεσθαι, οὐκ ἀλόγως ἡμῖν ἐντρυφᾷς. ἴσθι μέντοι, καίτοι ποιῶν οἶδα πρᾶγμα ἀσύμφορον ἐμαυτῷ, οὕτω μεν διακείμενον, ὡς ὀλίγοι τῶν ἐντυγχανόντων σοι νῦν ἀμεληθέντος ἂν διατεθεῖεν. καίτοι γε ᾤμην τὸν ἄκρατον ἔσεσθαί μοι κατηγόρημα ὃν παρ' εὐφρονίῳ τρίτην ἑσπέραν πολλὴν τινα ἐφορησάμην ὡς δὴ τὰς παρὰ τὴν νύκτα φροντίδας διωσόμενος· τότε δὲ ἄρα ἐναντίως ἔσχεν· ἀνερρίπισε γάρ μου τὴν ἐπιθυμίαν, ὥστε κλαίοντά με καὶ βρυχώμενον, ἐλεεῖσθαι μὲν παρὰ τοῖς ἐπιεικεστέροις· γέλωτα δὲ τοῖς ἄλλοις παρέχειν. μικρὰ δ' ἔνεστί μοι παραψυχὴ καὶ μαραινόμενον ἤδη παραμύθιον. ὅ μοι ὑπὸ τὴν λυπρὰν τοῦ συμποσίου μέμψιν προσέρριψας ἀπὸ αὐτῶν περισπάσασα τῶν πλοκάμων. ὡς δὴ πᾶσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν πεμφθεῖσιν ἀχθομένη εἰ δή σοι ταῦτα ἡδονὴν φέρει, ἀπόλαυε τῆς ἡμετέρας μερίμνης. κἂν ᾖ σοι φίλον διηγοῦ τοῖς νῦν μακαριωτέροις ἡμῶν, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ ἂν ὥσπερ ἡμεῖς ἔχουσιν ἀνιασομένοις· εὔχου μέντοι μηδέν σοι νεμεσῆσαι ταύτης τῆς ὑπεροψίας τὴν ἀφροδίτην. ἕτερος ἂν λοιδορούμενος ἔγραφε καὶ ἀπειλῶν· ἀλλ' ἐγὼ δεόμενος καὶ ἀντιβολῶν.

maioris faciebam quàm omne ſophiſtarum aurum. Poſtquam verò te noſtram conſuetudinem nunc arbitror refugere, recipiam illum. Et ſi vis, hunc magiſtrum oſorem mulierũ oſtendã tibi noctu, vt negare non poſſit cõſuetas voluptates. Hæc nugæ ſunt & faſtus, & mercedis ab adoleſcẽtibus: emunctio ô demens, num putas aliquid à ſcorto differre ſophiſtam? Hoc fortaſſe, quòd non iiſdem vtrique perſuadent. Nam finis vnus eſt vtriſque propoſitus, accipere. Quanto verò meliores nos & pientiores? Non dicimus non eſſe Deos: ſed credimus iurantib. amatoribus, quòd amore nos proſequantur, neque volumus vt cum ſororibus & matribus viri rem habeãt, ſed ne cum alienis quidem fœminis: niſi fortè quoniã nubes vnde exiſtant, & atoma qualia ſint ignoramus, ob eam cauſſam ſophiſtis deteriores eſſe videmur. Et ipſa cum his verſata ſum, & cum multis diſſerui: ille verò aliis ſe Tyrannidibus admiſcens, ſomniat, & motus in Republica concitat. ſed manè ſorbens, & inebriatus ad horam tertiam aut quartã quieſcit. Nos verò non peius adoleſcentes inſtituimus. Etenim contende ſi vis inter ſe ſcortum Aſpaſiam & Socratem ſapientiæ doctorem, & vter ſuos melius erudierit conſidera. Illius enim videbis diſcipulum Periclẽ. Huius Critiam. Depone ineptias has & ſeueritatem. Meus amor, ô Euthydeme non decet tam rigidos & tetricos aſpectus, & ad amatam tuam veni, quemadmodum cùm à Lycio ſæpè ſudorem abſterſurus venires, vt cùm pauxillùm vino indulſerimus, demonſtremus nobis mutuò pulcherrimum voluptatis exitum. Et tibi nunc equidem ſapientiſſima videbor. Non longum vitæ tempus fortuna concedit, ne imprudens illud in ænigmata & nugas impendas. Vale.

Simalion Pepalæ.

SI tibi voluptatem aliquam adferre, aut ambitionem apud aliquos colloquentes exiſtimas, quòd frequenter ad ædes tuas accedimus, & miſſis ad eos qui fortunatiores nobis ſunt famulis, lugemus, nõ equidẽ immeritò nos ludificaris. Verũ ſcias quãquã nõ ſim neſcius me rem mihi inutilem facere, ſic me affectum eſſe, vt pauci, qui tuo conſortio fruuntur, nũc deſpectui habiti affecti eſſent. Atqui arbitrabar merum mihi vitio datum iri, quod apud Euphronũ tertio veſpere larga copia ſumpſi, vt nocturnas curas fugarem atque repellerem. Tunc verò contrarium accidit: excitauit enim meam cupiditatem, vt lachrymans ac rugiens, apud æquiores miſericordiam inirem, reliquis riſum mouerem. Exigua verò mihi ſuppetit recreatio, & areſcens iam ſolatium, quod mihi ſub mœſtam in conuiuio conqueſtionem tu fregiſti ex ipſis capillis auellens, vt omnibus quæ à nobis miſſa fuiſſent infeſta videreris. Quòd ſi tibi voluptatem hæc adferunt, fruere noſtra ſollicitudine, & ſi tibi ſic videtur, narra illis qui nunc ſunt nobis beatiores: non multò verò pòſt, cùm illis vt nobis res ciciderit, dolorem percipient. Verùm tu vota facito, ne quid ob hanc ſuperbiam Venus tibi ſuccenſeat. Alius literas conuitiis & minis plenas miſiſſet: ego contrà precibus ac ſuppplicationibus

Amo enim ô Petala malè, vereor autem ne peius habens imiter aliquem ex his quibus amatoriæ cō-questiones infœliciter successerunt.

Petala Simalioni.

VEllem meretricis familiam lachrymis ali ac sustentari. Etenim splendidè mecum ageretur, cùm affatim his abs te finerer. Nunc verò auro nobis est opus, vestibus, ornatu, ancillis. Hinc pēdet omnis vitæ ratio atque cura. Non est mihi in Myrrhinunte paternum prædiolum, neque in argento aut ære metallum, sed stipendiola & hæc infœlicia, deplorataq; væcordiū amatorum munera. Tecum verò annum nunc consuetudinem habens, molestia afficior, & sordidum habeo caput, quòd toto hoc tempore ne viderit quidē vnguentū. Veteribus autē & laneis Tarantinidiis me vestitā pudet apud amicas. Ita mihi bonū aliquod obueniat, & tu putas me tibi assidentē alicunde quæsituram? Sed lachrymaris? At Breui desines. Ego verò nisi quis donum adferat, pulchritudinem desiderabo. Admiror autem tuas etiam lachrymas. Nihil enim proficiunt. Domina Venus, amas homo dicis & vis Amasiam tecum loqui. Nā sine illa viuere nō posse: cur igitur non sunt pocula in ædibus vobis, non aurum matris, non æs patris allaturus. Beata Philotes, fauentioribus oculis illam aspexerunt Charites, qualem amatorē habet Meneclidem, qui quotidie dat aliquid. Melius est enim quàm flere. Nam ego misera lugubrem cantorem non amatorē habeo. Coronulas mihi & rosas importuno stupore mittit, & se totam noctem lachrimando dicit consumere. Si quid attuleris, veni sine lachrymis. Sin minùs, teipsum non etiam nos mœrore affliges.

Myrrhina Nicippæ.

NOn meo amori vacat Diphilus, sed totum ad impurissimam Thettalen se inclinauit, & vsque ad Adonia quandoq; commessabundus ad nos & dormiturus veniebat. Nunc verò quasi tergiuersatur & Amasium seipsum facit, & vt plurimum cū inebriatus est, ab Helice ducitur. Nam ille Herpyllidis amori deditus apud nos tempus & otium terere solebat. Iam verò perspicuum est eum omnino nos conuenturum. Quatuor enim ex quo die in Lysidis horto cum Thettala & perditissimo Strongilione, qui hanc Amasiam ei præparauit, mihi inimicus, commessatur. Literæ verò & famularum discursationes frustrà fuerunt, neq; quicquam emolumenti pepererunt. Immo videtur mihi potiùs ob hæc animum extulisse & nobis illudere. Reliquum est igitur vt excludamus, etiamsi domitum ad nos venerit, siquidem in illius amore velit persistere. Etenim superbia contempta atque neglecta frangitur. Quòd si ne sic quidem aliquid effectum fuerit, vehementiore nobis; vt pote grauiter laborantibus, remedio est opus. Minimè enim ferendū est non solùm, si priuabimur stipendiis quæ ab eo proficiscuntur, verùm etiam si Thettalæ ridendi nos materiā præbebimus. Est tibi probatum, vt ais, persæpe in adolescentia Philtrum. Eiusmodi quodam indigemus auxilio, quòd nimium eius fastum, atque etiam temulentiam tollat atque extinguat.

ἐρῶ γὰρ ὦ Πετάλη κακῶς· φοβοῦμαι δὲ μὴ χεῖρον ἔχων μιμήσωμαί τινα τῶν περὶ τὰς ἐρωτικὰς μέμψεις ἀτυχεστέρων.

Πετάλη σιμαλίωνι.

Ἠβουλόμην μὲν ὑπὸ δακρύων ἑταίρας τρέφεσθαι οἰκίαν. λαμπρῶς γὰρ ἂν ἐπέπραττον ἀφθόνων τούτων ἀπολαύουσα παρὰ σοῦ. νῦν δὲ δεῖ χρυσίου ἡμῖν· ἱματίων. κόσμου. θεραπαινιδίων· ἡ τοῦ βίου διοίκησις ἅπασα ἐντεῦθεν. οὐκ ἔστιν ἐν μυρρινοῦντι πατρῷον ἐμοὶ κτημάτιον, οὐδ' ἐν τοῖς ἀργυρείοις ἐμοὶ μέταλλον, ἀλλὰ μισθωμάτια καὶ αἱ δυστυχεῖς αὗται καὶ κατεστεναγμέναι τῶν ἀνοήτων ἐραστῶν χάριτες. σοὶ δὲ ἐνιαυτὸν ἐντυγχάνουσα ἀδημονῶ· καὶ αὐχμηρὰν μὲν ἔχω τὴν κεφαλὴν μηδὲ ἰδοῦσα τὸν χρόνον τοῦτον μύρον· τὰ δὲ ἀρχαῖα καὶ τρύχινα περιβαλλομένη ταραντινίδια αἰσχύνομαι τὰς φίλας. οὕτως ἀγαθόν τί μοι γένοιτο· εἶτα οἴει μέ σοι παρακαθημένην πόθεν ζήσειν; ἀλλὰ δακρύσεις; πεπαύσῃ μετὰ μικρόν· ἐγὼ δὲ ἂν μή τις ὁ διδοὺς ᾖ, πεινήσω τὸ καλόν. θαυμάζω δέ σου καὶ τὰ δάκρυα ὡς ἔστιν ἀπίθανα. δέσποινα ἀφροδίτη. φιλεῖς ἄνθρωπε φὴς, καὶ βούλει σοι τὴν ἐρωμένην διαλέγεσθαι· ζῆν γὰρ χωρὶς ἐκείνης μὴ δύνασθαι. τί οὖν οὐ ποτήρια ἔστιν ἐπὶ τῆς οἰκίας ὑμῖν, μὴ χρυσία τῆς μητρὸς, μὴ δάνεια τοῦ πατρὸς κομιούμενος· μακαρία Φιλώτης, τοῖς εὐμενεστέροις ὄμμασιν εἶδον ἐκείνην αἱ χάριτες; οἷον ἐραστὴν ἔχει μενεκλείδην, ὃς καθ' ἡμέραν δίδωσί τι· ἄμεινον γὰρ ἢ κλάειν· ἐγὼ δὲ ἡ τάλαινα θρηνῳδὸν οὐκ ἐραστὴν ἔχω. στεφάνιά μοι καὶ ῥόδα ὥσπερ ἀώρῳ τάφῳ πέμπει. καὶ κλάειν δι' ὅλης φησὶ τῆς νυκτός. ἐὰν φέρης τι ἧκε μὴ κλάων, εἰ δὲ μή, σε αὐτὸν οὐχ ἡμᾶς ἀνιάσεις.

Μυρρίνη Νικίππῃ.

ΟΥ προσέχει μοι τὸν νοῦν ὁ δίφιλος, ἀλλὰ ἅπας ἐπὶ τὴν ἀκάθαρτον θετταλὴν νένευκε, καὶ μέχρι μὲν τῶν ἀδωνίων καὶ ἐπὶ κῶμός ποτε πρὸς ἡμᾶς καὶ κοιμησόμενος ἐφοίτα· ἤδη μέντοι ὡς ἄν τις ἀκκιζόμενος καὶ ἐρώμενον ἑαυτὸν ποιῶν καὶ τά γε πλεῖστα ὑπὸ τῆς ἕλικος ὁ πότε μεθυσθείη ὁδηγούμενος. ἐκεῖνος γὰρ τῆς ἑρπυλλίδος ἐρῶν τὴν παρ' ἡμῖν ἠγάπα σχολήν. νῦν μέντοι δῆλός ἐστι μηδ' ὅλως ἡμῖν ἐντευξόμενος. τέσσαρας γὰρ ἐξ ἧς ἡμέρας ἐν τῷ λύσιδος κήπῳ μετὰ θετταλῆς καὶ τοῦ κάκιστ' ἀπολουμένου στρογγυλίωνος, ὃς ταύτην αὐτῷ προὐμνηστεύσατο τὴν ἐρωμένην ἐμοί τι προσκρούσας, κραιπαλᾷ. γραμματίδια μὲν οὖν καὶ θεραπαινιδίων διαδρομαὶ καὶ ὅσα τοιαῦτα μάτην ἀνύσαι καὶ οὐδὲν ἐξ αὐτῶν ὄφελος· δοκεῖ δέ μοι μᾶλλον ὑπὸ τούτων τετυφῶσθαι καὶ ὑπερεντρυφᾶν ἡμῖν. λοιπὸν οὖν ἀποκλείειν· κἂν ἔλθῃ ποτὲ πρὸς ἡμᾶς κοιμηθησόμενος εἰ δὴ κνίσαι ποτὲ ἐκείνην βουληθείη διασώσασθαι. εἴωθε γὰρ ἡ βαρύτης τῇ ἀμελείᾳ καταβάλλεσθαι. ἐὰν ᾖ μὴ δ' οὕτως ἀνύοιμεν, θερμοτέρου τινὸς ἡμῖν ὥσπερ τοῖς σφόδρα κάμνουσι φαρμάκου δεῖ· δεινὸν γὰρ οὐ τοῦτο μόνον εἰ τῶν παρ' αὐτοῦ μισθωμάτων στερησόμεθα, ἀλλ' εἰ θετταλῇ γέλωτα παρέξομεν. ἔστι σοι πειραθὲν ὡς φὴς πολλάκις ἐφ' ἡλικίας φίλτρον· τοιούτου τινὸς βοηθήματος δεόμεθα, ὃ τὸν πολὺν αὐτοῦ τῦφον ἀλλ' οὖν καὶ τὴν κραιπάλην ἐκκορήσει.

ἐπικηρυκευσόμεθα δὴ αὐτῷ καὶ δακρύσομεν πιθανῶς καὶ τὴν νέμεσιν δεῖν αὐτὸν ὁρᾶν εἰ οὕτως ἐμὲ περιόψεται ἐρῶσαν αὐτοῦ, καὶ τοιαῦτα ἄλλα ἐροῦμεν καὶ πλασόμεθα. ἥξει γὰρ ὡς ἐλεῶν δή που με καιομένην ἐπ' αὐτῷ. μεμνῆσθαι γὰρ τοῦ παρελθόντος χρόνου καὶ τῆς συνηθείας ἔχειν καλῶς ἐρεῖ, φυσῶν ἑαυτὸν ὁ λάσταυρος. συλλήψεται δὲ ἡμῖν καὶ ὁ Ἕλιξ. ἐπ' ἐκεῖνον γὰρ ἡ ἑρπυλλὶς ἀποδύσεται. ἀλλ' ἀμφιβάλλειν εἴωθε τὰ φίλτρα καὶ ἀποσκήπτειν εἰς ὄλεθρον, βραχύ μοι μέλει. δεῖ γὰρ αὐτὸν ἢ ἐμοὶ ζῆν ἢ τεθνάναι Θετταλῇ.

Denunciabimus autem ei & lugebimus ad veritatem aptissimè, & vltionē oportere eū videre, si me sic negliget sui amantem, aliáque id genus dicemus atque fingemus. Veniet nimirum adductus misericordia, quæ tātopere eū deperеam. Meminisse enim præteriti temporis & consuetudinis, æquū & honestum esse dicit inflans seipsum Lastaurus. Accommodabit etiā suā operā nobis Elix. Ad illum enim Herpyllis ibit. At solēt includere Philtra & cōcere in interitum. Id parùm curo. Oportet enim eum aut mihi viuere, aut Thettalæ mori.

Μενεκλείδης Εὐθυκλεῖ.

Οἴχεται Βακχὶς ἡ καλὴ Εὐθύκλεις φίλτατε οἴχεται. πολλά τέ μοι καταλιποῦσα δάκρυα καὶ ἔρωτος ὅσον ἡδίστου τὸ τέλος οὐ πονηρᾶς μνήμην. οὐ γὰρ ἐκλήσομαι ποτὲ Βακχίδος. οὐχ οὗτος ἔσται χρόνος. ὅσην συμπάθειαν ἐνεδείξατο. ἀπολογίαν ἐκείνην καλῶν οὐκ ἄντις ἁμαρτάνοι τοῦ τῶν ἑταιρῶν βίου. καὶ εἰ συνελθοῦσαι ἅπασαι πανταχόθεν εἰκόνα τινὰ αὐτῆς ἐν Ἀφροδίτης ἢ Χαρίτων θεῖεν, δεξιὸν αὗται μοι ποιῆσαι δοκοῦσιν. τὸ γὰρ θρυλλούμενον ὑπὸ πάντων, ὡς πονηραί, ὡς ἄπιστοι, ὡς πρὸς τὸ λυσιτελὲς βλέπουσαι μόνον, ὡς ἀεὶ τοῦ διδόντος, ὡς τίνος γὰρ οὐκ αἴτιαι κακοῦ τοῖς ἐντυγχάνουσι, διαβολὴν ἐπέδειξεν ἀφ' ἑαυτῆς ἄδικον. οὕτω πρὸς τὴν κοινὴν βλασφημίαν τῷ ἤθει παρετάξατο. οἶσθα τὸν Μήδειον ἐκεῖνον τὸν ἀπὸ τῆς Συρίας δεῦρο καταίροντα μεθ' ὅσης θεραπείας καὶ παρασκευῆς ἐσόβει· εὐνούχους ὑπισχνούμενος καὶ θεραπαίνας καὶ κόσμον τινὰ βαρβαρικόν· καὶ ὅμως ἄκουσα αὐτὸν οὐ προσίετο· ἀλλ' ὑπὸ τοὐμὸν ἠγάπα κοιμωμένη χλανίσκιον τὸ λιτὸν τοῦτο καὶ δημοτικόν. καὶ τοῖς παρ' ἡμῶν γλίσχρως αὐτῇ πεμπομένοις ἐπα, ἔχουσα, τὰς σατραπικὰς ἐκείνας καὶ πολυχρύσους δωρεὰς διωθεῖτο. τί δὲ τὸν Αἰγύπτιον ἔμπορον ὡς ἀπεσκοράκισεν ὅσον ἀργυρίου προτείνοντα· οὐδὲν ἐκείνης ἄμεινον εὖ οἶδα ὅτι γένοιτ' ἄν· ὡς χρ. ἦθος οὐκ εἰς εὐδαίμονα βίου προαίρεσιν δαίμων τις ὑπήνεγκεν· εἶτ' οἴχεται ἡμᾶς ἀπολιποῦσα καὶ κείσεται λοιπὸν μόνη ἡ Βακχὶς ὡς ἄδικον ὦ φίλαι μοῖραι. ἔδει γὰρ αὐτῇ συγκατακεῖσθαί με καὶ νῦν ὡς τότε. ἀλλ' ἐγὼ μὲν περίειμι καὶ τροφῆς ψαύω, καὶ διαλέξομαι τοῖς ἑταίροις· ἡ δὲ, οὐκ ἔτι με φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὄψεται μειδιῶσα. οὐδὲ ἵλεως καὶ εὐμενὴς διανυκτερεύσει τοῖς ἡδίστοις ἐκείνοις κολάσμασιν. ἀρτίως μὲν οἷον ἐφθέγγετο οἷον ἔβλεπεν ὅσαι ταῖς ὁμιλίαις αὐτῆς σειρῆνες ἐνίδρυντο. ὡς δὲ ἡδύ τι καὶ ἀκήρατον ἀπὸ τῶν φιλημάτων νέκταρ ἔσταζεν ἐπ' ἄκροις μοι δοκεῖ τοῖς χείλεσιν αὐτῆς ἐκάθισεν ἡ πειθώ. ἅπαντα ἐκείνη γε τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο. ὅλαις ταῖς χάρισι τὴν Ἀφροδίτην δεξιωσαμένη. ἔρρει τὰ παρὰ τὰς πόσεις μινυρίσματα. καὶ ἡ τοῖς ἐλεφαντίνοις δακτύλοις κρουομένη λύρα ἔρρει. κεῖται δὲ ἡ πάσαις μέλλουσα χάρισι κωφὴ λίθος. καὶ σποδιά. καὶ Μεγάρα μὲν ἡ ἱππόπορνος ζῇ οὕτω Θεαγένην συλήσασα ἀνηλεῶς, ὡς ἐκ πάνυ λαμπρᾶς οὐσίας τὸν ἄθλιον χλαμύδιον ἁρπάσαντα καὶ πέλτην οἴχεσθαι στρατευσόμενον. Βακχὶς δὲ ἡ τὸν ἐραστὴν φιλοῦσα ἀπέθανε ῥᾷον

Menclides Euthycli.

Discessit Bacchys formosa Euthycles amicissime, discessit relictis mihi innumerabilibus lacrymis & amoris suauissimi fine, non mali memoria. Nunquam enim me Bacchidis capiet obliuio. Non veniet illud tempus. Quantū dolorē ostendit. Defensionem illam vitæ meretricum si quis appellet non aberrauerit. Et si conuenientes ex omnibus terrarum partibus vniuersæ, statuam quandam ei in Veneris, aut Gratiarum templo erigāt, dextrū quoddam & iustum facinus mihi facere videntur. Etenim quod vulgò iactatur. malitiosas esse, infidas, ad lucrum duntaxat respicere, semper danti adhærere, omnis denique mali caussas esse his qui cum ipsis versantur, id suo exemplo vitáque iniustam esse calumniam redarguit. Adeò suos mores infamiæ communi opponebat. Nosti Medium illum qui à Syria nauigans huc appulerat, quanta cū famulorum turba & apparatu incedebat, Eunuchos pollicebatur, & famulas, & mundum quendam Barbaricum. At tamen eū inuita admisit, sed sub mea quamuis tenui & vulgari hac veste requiescere volebat & nostris muneribus leuidensibus acquiescens, illa satrapica, & aurata dona repudiabat. Quid verò Ægyptium negotiatorem quemadmodum reiecit, quantam dij boni summam argenti promittentē. Nihil sat scio melius illa fieri potuit. Quàm bonum animum non ad fœlicem vitæ conditionem aliqua fortuna extulit. Tum discedit nobis relictis, & iacebit in posterum sola Bacchis, quàm iniqua res ô charæ parcæ. Oportebat cum illa me nunc etiam iacere, quemadmodum tunc. At ego superstes sum & victu fruor, & cum sodalibus sermones miscendo. Illa verò non ampliùs hilaritatis plenis oculis me subridens, aspiciet, neque propitia atque beneuola noctem perdet iucundissimis illis suppliciis. Nuper quidem quemadmodum loquebatur, quemadmodum vidit, quot in eius colloquiis inerant Sirenes. Quàm verò suaue & immortale nectar ab osculis manabat in summis vt mihi persuadeo eius labris suada sedit. Toto illa cestu cincta erat, totis Gratiis Venerem complexa. Euanuerunt illæ inter potandum cantationes & eburneis digitis pulsari solita Lyra euanuit. Iacet omnibus adamata gratiisque muta, lapis & cinis. Et Megara quidem immane scortum viuit, quę Theagenem ita crudeliter deprædata est, vt ex tam splendidis facultatibus miser arrepta Chlamydula & scuta in militiam profugerit. Bacchis verò suum amatorem amore prosecuta vitam obiit. Certè leuatur

leuatus sum tibi conquerendo ac deplorando Euthycles amicissime. Volupè nanque mihi est de illa loqui tum scribere, quandoquidem præter memoriam nihil relinquitur. Vale.

Megara Bacchidi.

TIbi soli amator contigit, quem ita charum habes, vt neque omnino disiungi ab illo possis. O Molestiam domina Venus vocata à Glycera tã diu. A Bacchinalibus enim nobis denunciauit, non te venire nisi propter ipsam neq; amicas fœminas videre posse. Modesta euasisti & amas amatorem, Beata hoc nomine. Nos enim & meretrices & intemperantes. Fuit & Philoni Ficulneus baculus. Irascor enim per magnam Deam. Omnes enim aderamus Thehala, Myrrhina, Chrysium, Euxippe, vbi Philomene quamuis nupta recens, & Zelo laborans pulchro viro sopito, serò quidem attamẽ aderat. Tu verò sola Adonin fouebas, necubi relictum eum à te Venere, Proserpina depræhenderet. Quale nos conuiuium agitauimus, quid enim non cor tuum pungam? quot Gratiis refertum, cantiones, scommata, compotatio vsque ad gallorum cantus, vnguenta, coronæ, bellaria, lauri obumbratæ accumbebamus. Vnum nobis solum deerat. Tu Quod ad reliqua pertinet non crebrò nos ingurgitauimus. Ita verò suauiter parcè. Quod verò maximè nos exhilarauit, grauis quædã erat inter Thryallidem & Myrrhinam de natibus controuersia, vtra meliores ac subtiliores ostenderet. Atque prior Myrrhina soluto cingulo. Bombycinum verò erat indusium, per illud trementes quasi melipectũ lac clunes ventilauit, respiciens post se ad culi agitationem. Clam verò ac furtim, quasi patrans aliquod opus meretricium, suspiria traxit, vt ego ita me Venus amet, stupuerem. Non autem recusauit Thryallis. Sed impuritate proteruitate laudem ei præripuit. Non enim inquit ego per vela certabo, neque tergiuersata, sed quasi in Gymnico. Non enim amat recusationes certamen, exuit indusium, & paulùm motatis clunibus En aspice colorem inquit, exactè ô Myrrhina, vt integrum, vt purũ, purpureum vertebrarum colorem hac parte, ad fœmora proportionem & concinnitatem, neque nimiam pinguedinem, neque macie nimium: Gelasinos in vertice. At non tremunt per Iouem vt Myrrhina: sed subridens tantam effecit agitationem ac vibrationem podicis & totum supra lumbos huc illuc quasi fluentem circumuoluit, vt omnes applauderent & victoriam Thryallidis pronunciarent. Fuerunt etiam de aliis rebus comparationes, & de mamillis certamina. Nam Philomenæ vtero nulla se opponere ausa est. Sterilis enim erat & succulentus. Cùm totam igitur noctem triuissemus, amatoribus malè loquendo, & alios optando, semper enim suauior est & gratior recens Venus, discessimus bene potæ. In via autem multũ titubantes ac per vinum ebrietatémque immoderatiùs nos gerentes, incidimus in Deximachum, in aureo angiporto, velut ad Agnam euntem, prope domum Menephronis. Malè enim Thaïs eum deperit.

γέγονα πρὸς σὲ ἀποδυρόμενος Εὐθύκλεις φίλτατε. ἡδὺ γάρ μοι τι δοκεῖ περὶ ἐκείνης καὶ λαλεῖν καὶ γράφειν. οὐδὲν γὰρ ἢ τὸ μεμνῆσθαι καταλέλειπται. Ἔρρωσο.

Μεγάρα Βακχίδι.

Τοὺς ὄρνις αἱ καλιαὶ δέχονται. τοὺς ἰχθύας αἱ πέτραι. τὰ ὄμματα τοὺς καλούς. κἀκείνων μὲν, πλάναι μεθισταμένων καὶ μετοικούντων ἄλλοτε ἐπ᾽ ἄλλοις τόποις. ἄγουσι γὰρ αὐτοὺς ὡς ἄγουσιν οἱ καιροί. κάλλος δὲ ἅπαξ ἐπ᾽ ὀφθαλμοὺς ῥυὲν, οὐκ ἔτ᾽ ἄπεισιν ἐκ τούτου τοῦ καταγωγίου. οὕτως κἀγώ σε ὑπεδεξάμην καὶ φέρω πανταχοῦ τοῖς τῶν ὀμμάτων δικτύοις. κἄν τε ἔμπορός τις ἐλθὼν ποιμαίνειν μοι δοκῇς κἂν καθῆς πείθειν τοὺς λίθους. κἄν τε ἐπὶ θάλατταν, ἀνάγει σε ἡ θάλαττα, ὥσπερ τὴν ἀφροδίτην ὁ βυθός. εἴτε ἐπὶ λειμῶνα, αὐτῶν τῶν ἀνθῶν ἐξέχεις. καίτοι, οὐδὲν τοιοῦτον ἐκεῖ φύεται. καὶ γὰρ εἰ καλὰ καὶ χαρίεντα ἄλλως, ἀλλὰ μιᾶς ἡμέρας. καὶ μὴν καὶ ποταμοῦ πλησίον γενόμενος, τὸν μὲν οὐκ οἶδα ὅπως ἠφάνισται σὲ δὲ ῥεῖν ἀντ᾽ ἐκείνου νομίζω καλὸν καὶ μέγα καὶ πολὺ μεῖζον τῆς θαλάττης. ἀπιδὼν δὲ εἰς οὐρανὸν, τὸν μὲν ἥλιον ἡγοῦμαι πεπτωκέναι, καὶ κάτω που βαδίζειν. ἀντ᾽ ἐκείνου δὲ φαίνεσθαι ὃν ἐγὼ βούλομαι. εἰ δὲ γένοιτο καὶ νὺξ, δύο βλέπω μόνους ἀστέρας τὸν ἕσπερον καὶ σέ.

Γυναικί.

Πόθεν μου τὴν ψυχὴν κατέλαβες. ἢ δῆλον ὅτι ἀπὸ τῶν ὀμμάτων. ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰ ἐρυμνὰ οἱ βασιλεῖς. καὶ τὰ ὑψηλὰ οἱ θεοὶ καταλαμβάνουσιν. οὕτω καὶ ὁ ἔρως τὴν τῶν ὀφθαλμῶν ἀκρόπολιν οὐ ξύλοις οὐδὲ πλίνθοις ἀλλὰ μόνοις βλεφάροις τειχίσας, ἡσυχῇ κατὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν εἰσδύεται. ταχέως μὲν

quemadmodum Adrastus Polynicem & Tydeum quos generos asciuit, ad regni vindicationem. Si quis excludit etiam peregrinum, volentem accendere ignem, at vrentem ac flagrantem extingue. Ne Laconisses ô vxor, neque Lycurgum imiteris. Peregrinorum expulsionem amor non patitur.

Delicijs.

Quoties tibi oculos patefeci, vt abires, quemadmodum qui retia pandunt feris, vt fugiendi potestatem habeant. Et tu manes stabilis apud iniquos & malos accolas, qui postquam semel alienā regionem inuaserunt, non possunt adduci amplius vt emigrent. Et iterum vt soleo palpebras tollo. Auola nunc tandem, & oppugnationem relinque & esto petegrinus aliorum oculorum. Nō audis, cùm etiam magis teneas eum qui ante te est, & vsque ad animum atque noua quædam est inflammatio. In summo periculo constitutus, aquā peto. Sed nemo fert, quoniam quæ flammam hanc extinguat reperiri omnino non potest, siue quis adferat ex fonte, siue quis è fluuio sumat. Nam ab amore ipsa quoque aqua sentit incendium.

Vxori.

Quodnam hoc nouum est Androlepsium? Quę Tyrannis? Ducis me aspectu, & trahis nolentem, quemadmodum nauigantes Charybdis absorbuit. Erant equidem & amoris saxa & oculorum venti, quibus si quis semel implicatus sit, demergitur. Hoc igitur ne Charybdis quidem potuit. Desinitum illud naufragium, & si quis paulisper sustineat, salutis copiam adipiscitur, ardore reperta in medio pelago. Qui verò in hoc mare semel delatus est, huic exitus in posterum non patet.

Delicijs.

Aves excipiunt nidi, pisces saxa, formosos oculi. Atque illorum quidem sunt errores, traductorum & transmigrantium aliâs in alia loca. Ducit enim illa tēporū opportunitas quocūq; venerint. At pulchritudo, si semel in oculos influxerit, non ampliùs discedit ex hoc diuersorio. Sic etiā ego te excepi & foro vndidaquaque in oculorū retibus, & siue mercaturæ causa iter ingrediar, tu mihi pascere videris atque adeò sedens lapides persuadere, siue in mare, te mare abducit, vt Venerem profunditas, siue in pratum, ipsos etiam flores superas. Atqui nihil tale ibi nascitur. Etsi enim sunt pulchri gratiosique, tamen vnius tantùm diei. Atq; etiā si prope fluuium, sim, hic quidem nescio quo pacto euanescit. Te verò illius loco fluere puto pulchrum & magnum atque multò etiam maiorē mari. Quòd si in cœlum respiciam, solem existimo decidisse, & inferius obambulare, at illius loco te apparere quem volo. Sin noctescat, duas video duntaxat stellas, Hesperum atque te.

Vxori.

Vnde meum animū cepisti, quàm nimirū ab oculis, à quib. & castella reges, & alta dij capiunt. Sic etiam amor oculorum arce nō lignis neque lateribus, sed solis palpebris firmata paulatim atque sensim in animū ingreditur, celeriter quidē,

vt volucris

vt volucris, liber verò vt nudus, pugnax vt sagittarius. Oculi verò quamprimum pulchritudinē sentiunt, ob hanc ipsam vruntur maximè, deo quodá credo volente eandem eis viam esse, cùm voluptatis ad videndum, tum ad mœrendum occasionis. Quid enim ô pessimi faciferi, amoris & corporum elegantiæ testes operosi; primi nobis pulchritudinē igneam reddidistis, primi meminisse animum docuistis, extraneæ influxionis primi coëgistis, sole præterito, alienum ignem laudare. Itaque vigilate & vrimini atque liberationem eorum quæ delegistis cogitate, quam reperire non potestis. Beatos ô dij à natiuitate cęcos, ad quos amor aditū aut accessum non habet.

Deliciis.

CLauserunt tibi oculos, quomodo tibi dicam quas portas oppugnantes, & tu clàm præsidio intus es. Dic quis te introduxit, nisi quid oculi habent amatorum atque animo repugnans, qui olim sola cogitabat quæ volebat, & in pulcherrimis philosophiæ præceptis omnem operam ac diligentiā consumebat. Atque hic eum incesserat amore, vt cœli terga contemplaretur & de substantia circa hæc minimè, falsa inquireret, & qui vniuersi circuitiones, quæque regeret hæc necessitas, quæstio videbatur iucundissima, cum sole vnà currere, & cum luna recedente quidem periclitari, completa verò gaudere, & cum reliquo syderum choro simul errare, nihilque inuium aut inconspectum relinquere ex iis quæ circa hæc sunt, mysteriis. A quo verò humano amori dedit operam & formositatis aspectu captus est, omnibus illis posthabitis atq; neglectis, in hanc vnam rem omne studium impendit, & quantùm ab exteriore forma traxerit, tantū intus concinnat & componit, atque monumenta mandit. Quòd autem intrò accesserit, lumen quidem interdiu est, nocte verò in somnium abit.

Vxori.

TVos equidem oculos, amo. Mei verò mihi sūt exosi. Nam in illis magná intelligentiam ac prudentiam animaduerti, in his nimiam ac penè sceleratam operositatem. Impudentes sunt, sed neque occultum habere quicquam possunt, quod semel viderunt. Non igitur desierunt animo meo dicere. Non vidisti illam coma excellentem formæ singulari elegantia præditam? Veni, ascende, sed & scriptis rem age, lachrymis ac precibus. At ille prōptissimè morem gerit. Morem autem gerit, quia nō potest negligere mandata cupidissimorū satellitū. Etenim nolentem extrahūt & per vim adigunt in eam sententiam, quam ipsi laudibus antea vexerūt. Equidem priusquam amor in terram deuolaret, nihil præter vnicum solem animus pulchrū nouerat. Atque in eo contemplationem omnem & admirationem ponebat. Degustata verò pulchritudine humana, ab illo studio recidit, & in acerbam seruitutem deductus est, cuius opera sunt Thyraulica, recubitiones humi, & cum æstu atque frigore certamen & ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε: aut me roga aut ego te, cum riuali contentio. Horū omnium tu es remedium, pro opere diurno, poëmata sempiterna, & pro breui corporis voluptati perpetuá memoriā adipiscens. Quę enim dabis, cōmunia sunt & facilia omni fœminæ. Quæ verò pro his cōsecutura es, ne dicédo quidē exprimere possim, quáta beneuolētia,

ὡς πτηνός. ἐλεύθερος δὲ ὡς γυμνός. ἄμαχος δὲ ὡς τοξότης. τὰ δ' ὄμματα ἐπειδὰν πρῶτα συνίησι κάλλους, διὰ τοῦτο μάλιστα καὶ καίεται. θεοῦ τινὸς οἶμαι θελήσαντος αὐτοῖς τὴν αὐτὴν ὁδὸν καὶ τῆς εἰς τὸ βλέπειν ἡδονῆς εἶναι καὶ τῆς εἰς τὸ λυπεῖσθαι προφάσεως. τί γὰρ ὦ κακοὶ δαδοῦχοι ἔρωτος καὶ τῆς σωμάτων ὥρας πάρεργοι μάρτυρες, πρῶτοι μὲν ἡμῖν τὸ κάλλος ἔπυρ σεύσατε· πρῶτοι δὲ μεμνῆσθαι τὴν ψυχὴν ἐδιδάξατε τῆς ἔξωθεν ἐπιρροῆς. πρῶτοι δὲ ἐβιάσασθε τὸν ἥλιον καταλιποῦσι, πῦρ ἀλλότριον ἐπαινεῖν· τοιγαροῦν ἀγρυπνεῖτε καὶ καίεσθε καὶ λογίζεσθε ἀπαλλαγὴν ὧν εἵλεσθε εὑρεῖν μὴ δυνάμενοι. μακαρίων ὦ θεοὶ τῶν ἐκ γενετῆς τυφλῶν ἐφ' οὓς ἔρως ὁδὸν οὐκ ἔχει.

Μειρακίῳ.

ΑΠέκλεισέ σοι τὰ ὄμματα, πῶς σοι, ὡς οἱ πολιορκοῦντες τὰς πύλας. καὶ σὺ τὴν φρουρὰν λαθὼν, ἔνδον εἶ. λέγε τίς σε εἰσήγαγεν εἰ μή τι τὰ ὄμματα, ἐρωτικὸν καὶ κατὰ τῆς ψυχῆς γενόμενον. ἥ γε πάλαι μὲν μόνα ἐνεθυμεῖτο ἃ ἤθελε καὶ περὶ τὰ κάλλιστα ἐσπουδάκει φιλοσοφοῦσα. καὶ ἦν αὐτῆς ὁ ἔρως τὰ οὐρανοῦ νῶτα ὁρᾶν. καὶ περὶ τῆς κατὰ ταῦτα ὄντως οὐσίας πολυπραγμονεῖν. καὶ τίνες αἱ τοῦ παντὸς περίοδοι καὶ τίς ἡ ταῦτα ἄγουσα ἀνάγκη. τὸ σκέμμα ἐδόκει χαριέστατον. ἡλίῳ συνδραμεῖν καὶ σελήνῃ συγκινδυνεῦσαι μὲν ἀπιούσῃ. συνησθῆναι δὲ πληρουμένῃ τῷ τε ἄλλῳ χορῷ τῶν ἀστέρων συμπλανηθῆναι καὶ μηδὲν ἄβατον μηδὲ ἀθέατον καταλιπεῖν τῶν ὑπὲρ γῆν μυστηρίων· ἀφ' οὗ δὲ ἀνθρωπίνῳ πλησιάσασα ἔρωτι ἑάλω κάλλους ὄμμασι, πάντων ἀμελήσασα ἐκείνων, περὶ ἓν τοῦτο ἐσπούδακε. καὶ ὅσον ἂν τῆς ἔξω μορφῆς σπάσῃ, τοσοῦτον ἔνδον συντίθησι καὶ μνήμῃ παραδίδωσι. τὸ δ' εἴσω παρελθὸν, φῶς μέν ἐστιν ἐν ἡμέρᾳ. νύκτωρ δὲ ὄναρ γίνεται.

Γυναικί.

ΤΑ μὲν σὰ ὄμματα, φιλῶ· τὰ δὲ ἐμαυτοῦ μισῶ. τοῖς μὲν γὰρ σύνεσιν πολλὴν συνέγνωκα. τοῖς δὲ, δεινὴν περιεργίαν. ἀναίσχυντά ἐστιν. ἀλλὰ καὶ κρύπτειν οὐδὲν δυνάμενα ὧν ἑώρακεν ἅπαξ. οὐκ ἀφέστηκε γοῦν μου τῇ ψυχῇ λέγοντα. οὐκ εἶδες τὴν εὔκομον, τὴν εὐπρόσωπον; ἧκε. ἀνάβηθι· ἀλλὰ καὶ γράφον καὶ κλαῦσον καὶ δεήθητι. ἡ δὲ, εὖ μάλα πείθεται. πείθεται δὲ παρακούειν μὴ δυναμένη λίχνων δορυφόρων. καὶ γὰρ μὴ βουλομένην, σύρουσιν ἔξω καὶ βιάζονται φρονεῖν, ὅσα αὐτοὶ προλαβόντες ἐπῄνεσαν. ἀμέλει πρὶν ἔρωτα εἰς γῆν καταπτῆναι, μόνον τὸν ἥλιον ἠπίστατο ἡ ψυχὴ καλόν. καὶ τοῦτο αὐτῇ τὸ θέαμα καὶ θαῦμα ἦν. γευσαμένη δὲ ὥρας ἀνθρωπίνης, ἐκ μὲν τῆς σπουδῆς ἐκείνης κατέπεσεν. εἰς δὲ θητείαν ὑπήχθη πικράν. ἧς ἔργα θυραυλικὰ καὶ χαμαικοιτίαι καὶ ἡ πρὸς θάλπος καὶ χειμῶνα ἀντίταξις καὶ ἢ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγώ σε. πρὸς τὸν ἀντεραστὴν μάχη. τούτων δὲ εἶ πάντων σὺ τὸ φάρμακον. ἔργου ἐφημέρου ποιήματα ἀθάνατα, καὶ βραχείας σώματος ἡδονῆς, μνήμην ἀντιλαβοῦσα ἀγήρω. ἃ μὲν γὰρ δώσεις, κοινὰ καὶ ῥᾴδια τοῦ θήλεος παντός. ἃ κτήσῃ ἀντὶ τούτων, οὐκ ἂν εἴποιμι. ὅσα εὔνοια,

καὶ μνήμη καὶ νὺξ ἀφ' ὧν καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ γίνεται.

& memoria & nox quibus mater ac pater efficitur.

Μειρακίῳ.

Ὁ Ἀγαμέμνων ὅτε μὲν ὀργῆς ἐκράτει, καλὸς ἦν καὶ οὐχ ἑνὶ θεῷ ἀλλὰ πολλοῖς ὅμοιος. ὄμματα καὶ κεφαλὴν ἴκελος Διὶ τερπικεραύνῳ. Ἄρεϊ δὲ ζώνην στέρνον δὲ Ποσειδάωνι. ὅτε δὲ ἐνησχημόνει τῇ γλυκύτητι τοῦ θυμοῦ, καὶ πρὸς τοὺς ἑταίρους ἠγριῶτο, ἔλαφος καὶ κύων ἐνομίζετο. καὶ τὰ τοῦ Διὸς ὄμματα οὐδαμοῦ. σῦς μὲν γὰρ ὀργίζεται καὶ κύνες καὶ ὄφεις καὶ λύκοι καὶ ὅσα ἄλλα οὐ χρῆται λογισμῷ θηρία. καλὸς δὲ ἄνθρωπος καὶ μὴ γελάσας μόνον λυπεῖ. μήτοι γε καὶ σκυθρωπότερος ἑαυτοῦ γινόμενος. οὐ πρέπει δὲ οὐδὲ ἡλίῳ τοῦ προσώπου νεφέλην περιβάλλεσθαι. τίς ἡ κατήφεια αὕτη· τίς ἡ νύξ. τί τὸ συγνὸν σκότος τοῦτο. μειδίασον. κατάστηθι. ἀπόδος ἡμῖν τὴν τῶν ὀμμάτων ἡμέραν.

Deliciis.

AGamemnon cùm iram vinceret, egregius extat, neque vni, sed multis diis similis. Oculis capitéque similis Ioui Terpicerauno, cingulo Mari, pectore Neptuno, cùm verò turpiter animi libidinem expleret, & se crudelem immanémque erga socios præberet, ceruus & canis putabatur, neque Iouis vultus vlibi conspici. Sus enim in iram rapitur, & canes atque serpentes lupique & quæcunque aliæ sunt rationis expertes bestiæ. Formosus autem homo & non ridens tãtùm molestia afficit, nequaquam semetipso rigidior. Non decet autem, vt solis vultus nubibus obducatur. Quæ verò rigiditas ista, quæ nox, quæ lugubris hæc caligo, subride, consiste, Redde nobis oculorum diem.

Γυναικί.

Ἐχθὲς σε ὀργιζομένην κατέλαβον καὶ ἔδοξα ἄλλην βλέπειν. τούτου δὲ αἴτιον, ἡ τοῦ θυμοῦ ἔκστασις, ἀκριβῶς σοι συγχέασα τὴν τοῦ προσώπου χάριν. νῦν δὴ μεταποίει σεαυτήν. μὴ δὲ ἄγριον βλέπε. οὐδὲ τὴν Ἀφροδίτην καλὴν ὅταν ὀργίζηται ἢ δακρύῃ. οὐδὲ τὴν Ἥραν βοῶπιν ὅταν χαλεπαίνῃ τῷ Διί. οὐδὲ τὴν θάλατταν ὅταν ταράττηται. ἡ δὲ Ἀθηνᾶ καὶ τοὺς αὐλοὺς ἔρριψεν. ὡς τὸ πρόσωπον αὐτῆς συγχέοντας. ἤδη καὶ τὰς Ἐριννῦς Εὐμενίδας καλοῦμεν ὡς τὸ σκυθρωπὸν ἀρνουμένας. καὶ ταῖς ἀκάνθαις τῶν ῥόδων χαίρομεν ὅτι ἐξ ἀγρίου θάμνου καὶ λυπεῖν καὶ κεντεῖν εἰδότος γελῶσιν ἐν τοῖς ῥόδοις. ἄνθος ἐστὶ καὶ γυναικὸς ἡ τοῦ προσώπου γαλήνη. μὴ τραχεῖα γίνου μὴ δὲ φοβερά. μὴ δὲ ἀποστεφάνου τὸ κάλλος. μὴ δὲ ἀφαιροῦ ῥόδων σεαυτήν· ἃ ταῖς καλαῖς ὑμῖν ἐν τοῖς ὄμμασι φύεται· εἰ δὲ ἀπιστεῖς οἷς λέγω, τὸ κάτοπτρον λαβοῦσα, ἴδε σου τὸ πρόσωπον ἠλλαγμένον. εὖ γ' ὅτι ἐπεστράφης. ἢ γὰρ ἐμίσησας ἢ ἐφοβήθης ἢ οὐκ ἐγνώρισας. ἢ μετενόησας.

Vxori.

HEri te commotam ira deprædhendebam atque videbar aliam videre. Huius autẽ caussa erat, mentis alienatio, quæ planè tibi perturbauerat vultus elegantiam & gratiam. Nunc verò muta temetipsam neque trucem vide, neque formosã Venerẽ cùm irascitur aut lachrymatur, neque Iunonem Boopem cùm Ioui succenset, neque mare, cùm turbatur. Minerua verò etiam tibias abiecit, quòd vultum eius deformarent. Iam etiam Erinnes Eumenides vocamus, vt toruitatẽ detrahamus, & spinis rosarum delectamur, quòd ex agresti frutice qui & tristitiam adferre & stimulare potest, rident inter rosas. Flos est etiam in muliere vultus tranquillitas. Ne sis aspera neque formidabilis, neque elegãtiæ coronam demas, neque tibi ipsi rosas eripias, quæ vobis formosis in oculis nascuntur. Quod si fides apud te eorũ quæ dico nihil valet, cape speculum & vultum immutatum contemplare. Rectè est quòd conuersa es. Aut enim odisti aut metuisti, aut non cognouisti, aut pœnitudo te cœpit.

Μειρακίῳ.

Πέπεισαι μὲν ὡς εἰκάζω. τοῦ δὲ ἔργου τὴν αἰσχύνην ὀκνεῖς. εἰς ἃ πράγματα ἀποδιδράσκεις. ἀφ' οὗ τις φίλος γίνεται. οὐκ ἐντεῦθεν ἐπληρώθη καλῶν τὰ Ὁμήρου ἔπη, τὸν Νιρέα τὸν Ἀχιλλέα εἰς Τροίαν ἄγοντος; οὐκ ἐντεῦθεν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ὅσοι φίλοι καὶ μέχρι τῶν ξιφῶν; ὁ δὲ Ἀπόλλων οὐκ Ἀδμήτῳ καὶ Βράγχῳ ἐθήτευσεν; ὁ δὲ Ζεὺς οὐ τὸν Γανυμήδην ἥρπασεν ᾧ χαίρει καὶ πρὸ τοῦ νέκταρος; μόνοι γὰρ ὑμεῖς οἱ καλοὶ καὶ τὸν οὐρανὸν οἰκεῖτε ὡς πόλιν. μὴ φθονήσῃς ἐραστοῦ σεαυτῷ δοῦναι μὲν ἀθανασίαν οὐκ ἔχοντος. τὴν δὲ αὐτοῦ ψυχὴν ἔχοντος. εἰ δὲ ἀπιστεῖς, ἕτοιμος ἀποθνῄσκειν, ἂν ἐπιτάττῃς τοῦτο νυνί. εἰ δὲ πλέκω τὸν βρόχον ἄνθρωπε οὐ καθαιρήσεις;

Deliciis.

PErsuasus es vt conjicio. Sed rei turpitudinẽ metuis. Ad quas res aufugis. Vnde tibi amicus efficitur. Non hinc pulchris referta sunt Homeri carmina, qui Nireum Achillem ad Troiam ducit. An non hanc Harmodij & Aristogitonis omnes amici fuerunt etiam vsque ad enses. Apollo verò an non Admeto & Brancho precio seruiuit? Iuppiter an nõ Ganymedem rapuit, quo plus etiam quàm Nectare delectatus? Soli enim vos pulchri cœlum quasi ciuitatem inhabitatis. Ne spernas amatorem, qui tibi dare immortalitatem non potest, suam verò animam potest. Quòd si incredibile tibi videtur, paratus sum ad obeundam mortem, si tu iubeas hoc, etiam nunc. Quòd si laqueum necto, an non occides ô homo?

Γυναικί.

Κελεύεις μοι μὴ βλέπειν, κἀγὼ σοὶ μὴ βλέπεσθαι. τίς τοῦτο κελεύει νομοθέτης. τίς δὲ ἐκεῖνο. εἰ δὲ μηδέτερον κεκώλυται, μήτε σεαυτὴν ἀφαιροῦ τῆς εἰς ἐπίδειξιν εὐδοκιμήσεως, μήτε ἐμὲ τῆς εἰς τέρψιν ἐξουσίας. οὐ δὲ πηγὴ λέγει μὴ πίῃς. οὐ δὲ ὀπώρα μὴ λάβῃς. οὐδὲ λειμὼν μὴ προσέλθῃς. ἕπου

Vxori.

IVbes mihi ne videam & ego tibi ne videaris. Quid hoc iubet legislator. Quis verò illud. Quòd si neutrum est prohibitum, neq; tu tibi metipsi laudem ostentationis adimas, neq; mihi delectationis facultatẽ, neq; fons ait, ne bibas, neq; autumnus ne capias, neq; pratum ne accedas. Sequere

mulier tu etiam leges & ſitim viatoris æſtuantis ſeda, quem tuum ſydus perdidit.

Fœminæ maritatæ.

RES quidem eſt eadẽ & vna, ſiue à marito, ſiue ab adultero contingat. Quod verò periculo eſt minus ſecurum, id gratiam habet maiorem. Non enim adeò manifeſta poteſtas exhilarat, vt illicita & arcana voluptas. Omne verò furtiuum ſolet eſſe delectabilius. Sic etiã Neptunus, pupureo fluctui ſubiit & Iuppiter auro, aquæ, boui, draconi, atque aliis integumentis vnde Bacchus & Apollo & Hercules exiſtunt ex adulterio nati dij. Dicit autem Homerus etiã Iunonem tum eũ libenter vidiſſe & cum voluptate quando cum ea clàm coit. Mariti enim poteſtatem mutauit in furtum adulterij.

Deliciis.

FAmoſus, ſi ſit crudelis & immanis, ignis eſt. Sin placidus & manſuetus lumen. Ne igitur vras, ſed ſerues, & miſericordiæ aram in animo poſitam habeas, & pro minùs diuturno munere, ſtabilẽ & cõſtantem amicũ accipias, & tempus anteuerte quod ſolùm formoſos deſtruit, quemadmodum populares Tyrãnos. Vt ſollicitus ſum (Quod ſentio enim, dicam:) ne te cunctante, morámque nectente, prima barba ſubeat, & elegãtiam vultus obũbret, quẽadmodum ſolem occultare nubium cõcurſatio ſolet. Quid timeo quæ iam eſt videre? Serpit quidem lanugo, maxillæ verò pubeſcunt. Vultus vniuerſus floret ac viget. Proh cunctando conſenuimus, tu quidem, celeriter obſequi nolens, ego verò precari atque rogare metuẽs. Antequam igitur totum vertuum abeat, & Hyems ad fores præſto ſit, da hoc per amorem, per hanc lanuginem, quæ mihi cras eſt iuranda.

Vxori.

ADulter & ſi perſuadeat, periculoſum ſumptũ facit, & mœrore plenum, ſi non impetret. Fœlicitati enim periculum lex minatur. Mœroris autẽ precium eſt amor. At ſatius eſt iis quæ quiſpiam cõcupiuit impetratis eſſe in metu ac ſollicitudine, quàm ſpretum & contemptum mœrore confici.

Deliciis.

LAudo tè qui tempus eludas technis, & lanuginem reſeces. Quod enim natura diſceſſit, id arte manet. Iucundiſſima verò eſt eorum quæ amiſſa ſunt, recuperatio. Itaque meum conſilium audi ac ſequere. Capite comam nutri, & capillorum tibi cura ſit, alij cum maxillis ſenſim conueniant. Et hanc tuam lanuginẽ, paruo negotio, cùm quis vult, auferet, alij verò cõſidant in humeris, quemadmodum Homerus aut Eubæos comam in poſteriorib. partibus alere. Nam caput florens multò iucundius eſt planta Mineruæ, ſiquidem ne hanc quidem arcem nudam videri conuenit, neque inornatam. Lanugines verò tibi ſint nudæ, neque quiſquam huic lumini officiat, neque nubes, neque caligo. Quemadmodum enim nequaquam iucundum aſpectum præbent oculi clauſi, ſic neque lanugo in formoſo comata. Siue igitur medicamẽtis, ſiue cultellis exilibus, ſiue ſummis digitis, ſiue purgationibus & herbis, ſiue alia quapiam machinatione, effice vt tibi pulchritudo ſit diuturnior. Sic enim imitaberis eos expertes ſenectutis.

γύναι καὶ σὺ τοῖς νόμοις. καὶ διψῶντα παῦσαι ὁδοιπόρον ὃν τὸ σὸν ἄστρον ἀπώλεσεν.

Γυναικὶ ὑπάνδρῳ.

ΤΟ μὲν ἔργον ἓν αὐτὸ ἐπὶ ἀνδρὸς αὐτὸ ἐπὶ μοιχοῦ γένηται. τὸ δὲ κινδύνῳ σφαλερώτερον, τῇ χάριτι μεῖζον. οὐ γὰρ οὕτως τὸ φανερὸν εὐφραίνει τῆς ἐξουσίας, ὡς τὸ ἀπόρρητον τῆς ἡδονῆς. πᾶν δὲ τερπνότερον τὸ κεκλεμμένον· οὕτω καὶ Ποσειδῶν ὑπῆλθε πορφυρῷ κύματι· καὶ Ζεὺς χρυσῷ ὕδατι καὶ βοῒ καὶ δράκοντι καὶ ἄλλοις περικαλύμμασιν. ἀφ᾽ ὧν Διόνυσος καὶ Ἀπόλλων καὶ Ἡρακλῆς οἱ ἐκ μοιχείας θεοί. λέγει δὲ Ὅμηρος καὶ τὴν Ἥραν ἰδεῖν αὐτὸν τότε ἡδέως, ὅτε αὐτῇ συνῆν λάθρα· τὴν γὰρ ἀνδρὸς ἐξετέθηκεν εἰς κλοπὴν μοιχείας.

Μειρακίῳ.

Ο Καλὸς ἂν μὲν ᾖ θηριώδης, πῦρ ἐστιν· ἂν δὲ ἥμερος, φῶς. μὴ καίε οὖν ἀλλὰ σῶζε. καὶ τὸν ἐλέου βωμὸν ἐν τῇ ψυχῇ ἔχε. ἀντιλαβὼν βέβαιον φίλον ὠκυμόρου δωρεᾶς. καὶ φθάσας τὸν χρόνον ὃς μόνος καταλύει τοὺς καλοὺς ὥσπερ οἱ δημοτικοὶ τοὺς τυράννους. ὡς δέδοικά γε, ὃ φρονῶ γὰρ εἰρήσεται, μὴ μέλλοντός σου καὶ βραδύνοντος, τὰ γένεια ἐπέλθῃ· καὶ τὴν τοῦ προσώπου συσκιάσωσι χάριν. ὥσπερ εἴωθε τὸν ἥλιον κρύπτειν ἡ νεφῶν συνδρομή. τί δέδοικα ἅπερ ἔστιν ἤδη βλέπειν. ἕρπει μὲν ὁ ἴουλος. αἱ δὲ παρειαὶ χνοάζουσι. τὸ δὲ πρόσωπον ὅλον ἀνθεῖ. φεῦ μέλλοντες ἐγηράσαμεν. σὺ μὲν θᾶττον εἰκάσαι μὴ θελήσας· ἐγὼ δὲ ὀκνήσας δεηθῆναι. πρὶν οὖν σου τὸ ἔαρ ἀπελθεῖν ὅλον καὶ χειμῶνα ἐπιστῆναι, δὸς αὐτὸ πρὸς ἔρωτος, πρὸς τούτων τῶν γενείων ἃ δεῖ με αὔριον ὀμνύναι.

Γυναικί.

Ο Μοιχὸς καὶ πείσας, σφαλερώτατον ἀνάλωμα. καὶ ὀδυνηρὸν μὴ τυγχάνων. τῆς μὲν γὰρ εὐπραγίας κίνδυνος ὁ νόμος. τῆς δὲ λύπης μισθὸς ὁ ἔρως. φοβεῖσθαι δὲ ἄμεινον τυχόντα ὧν βούλεταί τις, ἢ ἀνιᾶσθαι ἀμελούμενον.

Μειρακίῳ.

ΕΠαινῶ σε ἀντισοφιζόμενον τῷ χρόνῳ καὶ περικόπτοντα τὰ γένεια· ὃ γὰρ ἀπῆλθε φύσει, τοῦτο μένει τέχνῃ. ἡδίστη δὲ ἡ τῶν ἀπολλυμένων ἀνάκτησις. ὥς τε ἐμοὶ συμβουλεύοντι πείθοιο· τῇ μὲν κεφαλῇ, κόμα. καὶ μελέτω σοι τῶν βοστρύχων· ὡς τοὺς μὲν ταῖς παρειαῖς συγκαταβαίνειν ἠρέμα. καὶ ταῦτά σου τὰ γένειά τις ἀφαιρήσεται ῥᾳδίως ὅτε βούλεται. τοὺς δὲ τοῖς ὤμοις ἐπικαθῆσθαι καθάπερ φησὶν Ὅμηρος τοὺς εὐβοεῖς ὄπισθεν κομᾶν. κεφαλὴ γὰρ ἀνθοῦσα ἡδίων πολὺ τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς φυτοῦ. εἴπερ γε δεῖ καὶ ταύτην τὴν ἀκρόπολιν μὴ ψιλὴν ὁρᾶσθαι μηδὲ ἀκόσμητον. τὰ δὲ γένειά σοι ψιλὰ ἔστω καὶ μηδεὶς ἐνοχλείτω τῷ φωτὶ τούτῳ μήτε νεφέλη μήτε ἀχλύς. ὡς γὰρ οὐχ ἡδὺ θέαμα κεκλεισμένα ὄμματα, οὕτως οὐδὲ γένεια καλοῦ κομῶντα. εἴτε οὖν φαρμάκοις εἴτε μαχαίραις λεπταῖς εἴτε ἄκροις δακτύλοις, εἴτε ῥύμμασι καὶ πόαις, εἴτε ἄλλῃ τινὶ μηχανῇ πράττε σεαυτῷ τὸ κάλλος μακρότερον. οὕτως γὰρ ἔσῃ μιμούμενος τοὺς ἀγήρω θεούς.

Γυναικί.

Ἐχθὲς συγκλείσας τὰ βλέφαρα ὅσον ἡσυχῆ σκαρδαμύξαι πολλὴν ἡγούμην τὸν χρόνον. ἀμέλει τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς ἀνεράστοις ἐνεκάλουν. τί δὴ αὐτῆς ἐπελάθεσθε· τί δὲ τὴν φρουρὰν ἐξελίπετε. ποῦ δ᾽ ἐστὶ καὶ τί γέγονε κἂν τοῦτο αὐτὸ μηνύσατε· νομίσας δ᾽ ἀκούειν, ἀπῆλθον ἔνθα σε ὄψεσθαι ᾠόμην. καὶ τοῦτο ἐκεῖνο ἐζήτουν ὡς ἡρπασμένην. τί οὖν μέλλω ποιεῖν ἐπὰν ἐξελάσῃς εἰς ἀγρὸν ὡς πέρυσι καὶ πολλῶν ἡμερῶν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς καταλίπῃς· ἡγοῦμαι ἀναγκαῖον σαφῶς ἀπολωλέναι μηδὲν ἔχοντα ἡδὺ μήτε ἀκούειν ἔτι μήτε ὁρᾶν. ἐγὼ μὲν γὰρ ἕψεσθαί σοι νομίζω καὶ τὴν πόλιν ἐξιούσῃ καὶ αὐτοὺς τοὺς ἐν ἄστει θεοὺς ἑλκομένους ὑπὸ τῆς θέας· τί γὰρ ἐνταῦθα μόνοι ποιοῦσιν. εἰ δὲ κἀκεῖνοι κατὰ χώραν μένουσιν, ἀλλ᾽ ἔγωγε οὐκ ἀπολειφθήσομαι τοῦ ἔρωτος ἐφόλκιον. εἰ δὲ καὶ σκάπτειν δέοι, λήψομαι τὴν δίκελλαν· εἴτε κλᾶν, θεραπεύσω τὰς ἀμπέλους. εἴτε ἐπάγειν λαχάνοις ὕδωρ, ὁδοποιήσω τὸν δρόμον. τίς γὰρ οὕτω τυφλὸς ποταμὸς ὡς σὴν γῆν μὴ γεωργεῖν. ἓν ἐξόμνυμαι τῶν ἐν ἀγροῖς εἰθισμένων. ἀμέλγειν γάλα. μόνων ἡδέως τῶν σῶν μαστῶν ἅπτομαι.

Uxori.

Heri clausis palpebris tantū vt pauxillū intueri possem longum tempus existimabā præteriisse. Deinde oculos, vt rudes amoris obiurgabat. Cur eius vos cepit obliuio? cur præsidiū destituistis? Vbi sit & quid factum sit, hoc saltem ipsum significate. Arbitratus autem audire, discessi eò, vbi visurum te putabam, & hoc est illud quod quærebam vt raptam. Quid igitur sum facturus, si in agrum egressa fueris, vt anno præterito, & multis diebus vrbanam consuetudinem reliqueris? Equidem necessariò mecum actum esse arbitror, si nihil possim iucundum neque audire neq; videre. Ego enim futurum opinor vt te sequar & vrbē egredientem etiam sequantur ipsi qui sunt in vrbe dij. à dea tracti atque commoti. Quid enim hîc soli faciunt? Atque etiam illi locis suis manserint, tamen ego non relinquar amoris Epolcium. Quòd si etiam fodere oporteat sumam in manus ligonem, siue frangere, colam vites, siue olera lympha spargere, consiciā cursum. Quis enim ita cæcus fluuius, vt tuū solum non riget. Vnum deprecor ac detestor, à me quod ruri fieri solet, lac mulgere. Solas tuas mammillas libenter & cum delectatione tango.

Μειρακίῳ.

Τί μοι τὰ γένεια ὦ παῖ δεικνύεις. οὐ παύῃ καλλίων ἀλλ᾽ ἄρχῃ· τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ τῆς ὥρας παρελήλυθεν ὅσον τι πτηνὸν καὶ ἄπιστον. καὶ καθάπερ πυρὸς ὁρμὴ σβέννυται. τὸ δὲ ἑδραῖον καὶ βέβαιον μένει. χρόνος δὲ οὐκ ἐλέγχει τοὺς ἀληθῶς καλούς. ἀλλὰ δεικνύει καὶ μαρτυρεῖ μᾶλλον αὐτοῖς ἢ φθονεῖ. τὸν δὲ ὑπηνήτην καὶ Ὅμηρος λέγει χαριέστατον. ποιητής, εἰδὼς κάλλος καὶ βλέπειν καὶ ποιεῖν. οὐκ ἂν δέ ποτε τοῦτο ἀπεφαίνετο, εἰ μὴ πρότερος αὐτὸς ἐρώμενος καὶ ἥψατο γενείων καὶ κατεφίλησε. πρὶν μὲν γὰρ ἀνθεῖν, οὐδὲν ἀπεῖχον γυναικὸς αἱ σαὶ παρειαὶ οὖσαι ἁπαλαὶ καὶ διαυγεῖς. ὅτε δὲ ἤδη χνοάζεις, ἀνδρικώτερος εἶ σεαυτοῦ, καὶ τελεώτερος. ἀλλὰ τί. ἤθελες μηδὲν εὐνούχου διαφέρειν οἷς τὰ γένεια ἄκαρπα καὶ σκληρὰ καὶ λιθίνοις ὅμοια, αἰσχύνονται γοῦν οἱ ἀλιτήριοι ταύτῃ τῇ τομῇ μᾶλλον ἢ ἐκείνῃ. τὴν μὲν ἀπόρρητον νομίζοντες· τὴν δέ, σαφέστατον ἔλεγχον τῆς ὄψεως.

Τέλος.

Deliciis.

Qvid mihi lanuginem ô puer ostendis. Non relinquis elegantiam, sed incipis formosus iam fieri. Nam temporis celeritas transiit, quasi volucre quiddam & infidū, & vt ignis impetus extinguitur. Stabilitas autem ac firmitas permanet. Tempus verò non arguit eos qui reuera sunt elegantes ac formosi, sed monstrat & testimonium potiùs illis perhibet, quàm inuidet. Pubescentem etiam Homerus appellat gratiosissimum, poëta non imperitus elegantiam & contemplandi & faciendi. Non autem hoc vnquam pronūciasset, nisi priùs ipse amasij tetigisset simul lanuginem & exosculatus esset. Antequam enim florerent, nihil discreparūt à mulieris maxillis tuæ nimirum teneræ & dilucidæ. Cùm verò iam pubescis, virilior es teipso & perfectior. Sed quid? Voluisti nihil ab Eunucho differre, quibus menta sunt sterilia duráque & similia lapideis. Ignominiam igitur grauiorē accipiunt scelerati hac sectione quàm illa posteriorem secretam putantes esse & tectam, priorem verò manifestissimum in vultu argumentum.

FINIS.

EPISTO-

ΘΕΟΦΙΛΑΚΤΟΥ ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ
ΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΗΘΙΚΑΙ
Αγροικικαὶ δὲ Εταιρικαί.

THEOPHILACTI SCHOLASTICI
SIMOCATI EPISTOLÆ ETHICÆ,
agreſtes & amatoriæ.

Eth. Critias Plotino.

CICADA muſica ſimulac ver apparuit, cantandi facit initium. Promptior autem cantionibus & natura loquacior circa meridianum tempus animaduertitur, quaſi ſolaribus radiis inebriatus. Cantillat igitur Melodus arborẽ habens pro ſuggeſtu, agrum pro Theatro ac viatoribus Muſices ſpecimen exhibet. Canere igitur nos quoque tuas virtutes ſummo ſtudio conamur. Extimulant enim, & quaſi excitant ad laudem veſtros animos. Olim enim emortuos nos ſordido vitæ genere, tuis literis ad virtutem animaſti. Sic ex Critia Plotinus fieri poſſim, aut extra corpus philoſophatur, qui in terra eſt, aut philoſophia corpus aſſumẽs cum hominibus, quaſi homo verſatur.

Agr. Dorcon Moſchoni.

TRibunus ouium egregius mihi aries interiit, & paſtorio ductu oues carent. Maximum damnũ fecimus. Et mihi quidem Pan infenſus quodammodo videtur ac infeſtus. Non enim aluearum primitiis eũ venerati ſumus. Itaque ad vrbem proficiſcor, vt iratum placem, & ciuibus crudelitatem narrabo dicens, ob apiariam placẽtam mihi ducem gregis à Pane perditum eſſe.

Am. Theano Euridicæ.

NAturale tibi ornamentum præteriit & ad rugas appropinquat elegantia. Tu verò obſcurare veritatem conaris fictitio ornatu, atq; amatores pro nihilo habes. Obedias tempori anus. Non enim decent prata in autumno flores. Memineris etiam mortis cui vicina es, & modeſtiam ex neceſſitate colere diſce. Nam & ſenium & iuuentam aſſicis iniuria. Hanc enim promittens fruſtraris. Illam verò poſſidens adulteraſti.

Eth. Euagoras Antipatro.

TErminos etiam marinis fluctibus ac tempeſtatibus fabricator deſcripſit, atque littoribus pelagi vnda quaſi frenis arcetur, & arena quædam in exigua Epiro atq; mari quaſi inter duas acies intercapedo eſt. Non n. permiſsũ eſt mari vt vicinã terrã affligat. Recurrit autẽ ad ſeipsã vnda furẽs, & æſtuãs maximã & grauiſſimã impreſſionẽ telluri minata. Terminos igitur, ô Antipater animo tuo deſigna.

Ηθ. Κριτίας Πλωτίνῳ.

ΤΕΤΤΙΞ ὁ μουσικὸς ἦρος φανέντος τῆς μελῳδίας ἀπάρχεται· ᾠδικώτερος δὲ τοῖς ᾄσμασι καὶ τὴν φύσιν λαλίστερος ὥρᾳ μεσημβρίας γνωρίζεται. ἀκτίνων ὥσπερ ἡλιακῶν μεθυσκόμενος. τερετίζει γοῦν ὁ μελῳδὸς βῆμα τὸ δένδρον ποιούμενος· θέατρον τὸν ἀγρόν. καὶ τοῖς ὁδίταις τὴν μουσικὴν ἐπιδείκνυται. ᾄσαι γοῦν καὶ ἡμεῖς τὰς σὰς ἀρετὰς ἐπειγόμεθα. ἐκθάλπουσι γάρ πως καὶ ζωπυροῦσι πρὸς ἐγκώμιον τὰ ὑμέτερα. πάλαι γὰρ νεκρωθέντας ἡμᾶς τῷ ῥυπώδει βίῳ, ἐκ τῶν σῶν γραμμάτων πρὸς ἀρετὴν ἐψύχωσας. οὕτω γενοίμην ὁ κριτίας πλωτῖνος. ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ὁ ἐπὶ γῆς· ἢ φιλοσοφία σῶμα περιθεῖσα μετ' ἀνθρώπων ὡς ἄνθρωπος ἀναστρέφεται.

Αγρ. Δόρκων Μόσχωνι.

Ὁ Ταξίαρχος τῶν προβάτων ὁ θαυμαστός μοι κριὸς ἀπόλωλε. καὶ ποιμαντικῆς ἡγεμονίας χηρεύει τὰ θρέμματα. κακόν τι πεπόνθαμεν μέγιστον· καί τι μοι δοκῶ χαλεπαίνειν τὸν πᾶνα· οὐ γὰρ ταῖς σίμβλων αὐτὸν ἀπαρχαῖς ἐτιμήσαμεν. διὸ πρὸς ἄστυ χωρῶ τὴν ὀργὴν πρεσβευσόμενος. καὶ τοῖς πολίταις τὴν ἀπήνειαν διηγήσομαι. φήσας, διὰ μελιττοῦτων ὁ πὰν τῆς ποιμνίης μου τὸν ἡγεμόνα, διώλεσεν.

Ετ. Θεανὼ Εὐριδίκῃ.

Ὁ Φυσικός σοι κόσμος παρῴχηκε, καὶ ῥυτίδων ἐγγὺς ἡ εὐπρέπεια. σὺ δὲ χαράττειν ἐπιχειρεῖς τὴν ἀλήθειαν ἐπιπλάστῳ κόσμῳ τοὺς ἐραστὰς ἐκφαυλίζουσα. πειθάρχει χρόνῳ γραΐδιον. οὐ γὰρ εὐπρεπεῖς οἱ λειμῶνες ἐν μετοπώρῳ τοῖς ἄνθεσι. μέμνησο καὶ θανάτου. τούτῳ γὰρ ἐγγειτνίασας καὶ σωφροσύνην ἐξ ἀνάγκης ἀσκεῖν ἐπιτήδευε. καὶ γῆρας γὰρ ἀδικεῖς καὶ νεότητα. τὴν μὲν γὰρ ἐπαγγελλομένη διέψευσαι. τὸ δὲ κεκτημένη ἐνόθευσας.

Ηθ. Ευαγόρας Αντιπάτρῳ.

Ὅροις ὁ δημιουργὸς καὶ τὸν θαλάττιον διετάξατο κλύδωνα. καὶ τοῖς αἰγιαλοῖς τὸ πελάγιον κεχαλίνωται ῥεῖθρον· καὶ ψάμμος τις ἐπὶ μικρᾷ ἠπείρῳ καὶ θαλάσσῃ μεταίχμιον. οὐ γὰρ ἀδικεῖν ἡ θάλασσα τὴν γείτονα γῆν συγκεχώρηται παλινδρομεῖ δὲ πρὸς ἑαυτὸ τὸ ῥεῖθρον μαινόμενον. μεγάλην ἀπειλῆσαν τῇ χέρσῳ τὴν ἔφοδον. ὅροις τοιγαροῦν ὦ Ἀντίπατρε τὸν σὸν νομοθέτει θυμόν,

ὑπηρέτιν χεῖρα τῆς ὀργῆς μὴ ποιούμενος. τὸ μὲν οὖν συμφιλοσοφεῖν ταῖς χερσὶ καὶ τὴν γλῶτταν, ἐντελοῦς ἀρετῆς ὅρος ἀκρότατος· εἰ δὲ μὴ ταύτης κρατεῖν οἷός τε εἶ, ὕβρεσι τὸν θυμὸν ψυχαγώγει. εἰ κυσὶν ὑλακτοῦσιν ἐοικέναι βεβούλησαι. οὕτω γὰρ καὶ χαλεπαίνουσα θάλαττα, ἀφροῦ περαιτέρω καὶ σάλου τὰ τῆς ὀργῆς οὐκ ἐνδείκνυται.

neque ministrariæ manum suppedita. Itaque si cũ manibus coniunctim etiam lingua philosophetur, is est perfectæ virtutis extremus terminus. Quòd si hanc reprimere & compescere non potes, iniuriis animum assuefacito, & erudito, si latrantibus canibus vis comparari. Sic enim etiam indignabundum mare, vltra spumam & fluctuationes iram non effert.

Αγρ. Αἴγειρος Πλατάνῳ.

Κακὰς γείτονας ὦ φίλος τὰς γεράνους κεκτήμεθα. πόλεμον ἀθάνατον περὶ τὸ γήδιον ἔχουσιν οὔτε γὰρ τοῖς πατράσι τοῖς ἡμετέροις ἐσπείσαντο, οὔτε τοῖς μετ᾽ ἐκείνοις ἡμῖν τὸν πόλεμον διελύσαντο. καίτοι ἀπαρχαῖς τοῦ θερισμοῦ, πολλάκις αὐτὰς ἐτιμήσαμεν. ἀλλὰ καὶ μοῖραν τοῦ γηδίου τινὰ ὥσπερ ὀργάδα θεᾷ ταῖς ἀχαρίστοις δεδώκαμεν. ἀλλ᾽ οὐκ αἰδέσιμα τὰ δῶρα παρ᾽ ἐκείνοις ὡς ἔοικε τοιγαροῦν ἅπαντες τῶν ἐντεῦθεν ἀπαίρωμεν· πέτρας γὰρ ἡμῖν γεωργεῖν συμφορώτερον, ἢ πεδία καὶ γηλόφους οἰκεῖν, χαλεποὺς κεκτημένους τοὺς γείτονας.

Agr. Ægeirus Platano.

Malas vicinas ô amice Grues nacti sumus. Perpetuum bellum circa agros gerunt. Neque enim fœdus cum patribus nostris sanciuerunt, neq; nobiscum qui post eos venimus bellum composuerunt. At verò sæpè messium primitiis eas donauimus, sed & particulam quandam agelli, tanquã orgadem ingratis dedimus. At non sunt aliquo precio apud eos munera vt apparet. Quamobrem omnes hinc abeamus, suadeo. Nam saxa nobis colere præstat, quàm campos & colles habitare, cùm infestos habeamus vicinos.

Ετ. Ερατὼ Τερψιθέᾳ.

Τὸν χρυσοῦν Καλλικράτην εἰκόνα σοι γεγραφέναι φασί. τὴν δὲ γραφὴν οὐ τερψιθέαν οἶμαι δηλοῦν, ἀλλὰ τὴν λάκαιναν ἑλένην. ναὶ μὰ τοὺς ἀψευδεῖς Παρασίου πίνακας· τοιγαροῦν καὶ τὴν τέχνην καὶ τὴν φύσιν ἠδίκηκας· τὴν μὲν ἐνυβρίσασα. τὴν δὲ, σοφισαμένη. ψεύσασθαι γὰρ τὴν Παρασίου τέχνην ἠνάγκασας· καὶ τὰ μὴ προσόντα σοι διαποικίλαι τοῖς πίναξιν, ὥσπερ τὰ τῆς φύσεως καλλωπίζουσα σφάλματα. καὶ πολλὴν ἐκείνης τὴν ἀτεχνίαν δεικνύουσα. ἐγὼ δὲ καὶ τοῦ γραφέως ἐπαινέτις εἰμί. οὐ γὰρ τῆς σῆς ἀμορφίας εἶναι ζωγράφος ἠνέχετο. καὶ τῆς φύσεως τὴν σοφίαν τεθαύμακα, κακίστῃ ψυχῇ σώματος εὐπρέπειαν μὴ πιστεύσασαν.

Am. Eratho Terpsitheæ.

Aureum Callicratem, imaginem aiunt tibi pinxisse. Picturam autem non Terpsitheam existimo referre, sed Lacęnam Helenam. Equidem per certissimas Perasij tabulas. Itaque & arti, & naturæ vim attulisti, huic iniuriam inferendo, illam falsam reddendo. Nam artem Perasiij fallere coëgisti, & quæ tibi non insunt ea tabulis variare, veluti naturæ defectum ac fallacias ornans, magnámque illius inertiam ostendens. Ego verò etiam pictorem laudo. Non enim tuæ deformitatis pictor esse potuit, & naturæ sapientiam admirata sum, quę pessimæ animæ corporis elegantia non credidit.

Ηθ. Σωσίπατρος Τερπάνδρῳ.

Νόμος ἐστὶ ταῖς ἵπποις ὥς γέ μοι δοκεῖ, καὶ μάλα σοφός, ἐπαινῶ γὰρ ἐγὼ τὸ περὶ ταύτας λίαν φιλόστοργον. ἀλλὰ τίς ὁ νόμος αὐταῖς. τὴν ὑπομάζιον ἵππον ὅταν ἐνδεᾶ τῆς θρεψαμένης θεάσοιντο, καὶ πόῤῥω που τὴν τεκοῦσαν οἷα συμβαίνει τὴν τοῦ γεννήματος, δρῶσί τι γεννικόν· οὐ γὰρ τῆς ἑαυτῶν ἐπιλανθάνονται φύσεως· καὶ περιθάλπουσαι τὸ μονωθὲν κατ᾽ οὐδὲν δυσχεραίνουσαι, ὥσπερ ἔγγονα συνεχῆ τε καὶ γνήσια. καὶ φύσις μὲν ταύταις οὕτω φρονεῖν. οὐ γὰρ σόλωνος ἠνάγκασε νόμος. μετοχετεύσω τὸν λόγον πρὸς σέ. τὸν ἀδελφιδοῦν ὑπερορᾷς θύραν ἐκ θύρας ἀμείβοντα. ἀθλιώτατον τριβώνιον ἀμπεχόμενον· τῶν ἀλόγων ὄντως ἀλογώτερόν σοι τὸ φρόνημα κύνας ἀλλοτρίους σιτίζεις. οὕτω γὰρ τοὺς περὶ σὲ κόλακας εἰπεῖν οἰκειότερον. εὐνούστατοι γὰρ εἶναί σοι δόξουσι μέχρις ὅτου τοῖς σοῖς ἐπεντρυφῶσιν ὦ δείλαιος· ὑλακτήσουσι δὲ πάντως καὶ σέ, ἔτι τῆς κραιπάλης τῆς ἔναγχος ἐρευγόμενοι. κολάκων γὰρ φύσις καὶ μνημονικοὶ πρὸς κακίαν, καὶ τῶν ἀγαθῶν εὐεπίλυσον· ὀψέποτε τὸν ἀδελφιδοῦν περίθαλπε τέρπανδρε. εἰ δὲ μή, τὴν πρόνοιαν ἀκαταγώνισον ἕξεις πολέμιον τοῖς δακρύοις τῆς φύσεως τὴν ἑαυτῆς ἀκονήσασαν μάχαιραν.

Eth. Sosipater Terpandro.

Lex est equis, vt quidem mea fert opinio, sapientiæ plena. Laudo enim affectum in his naturæ vehementiorem. Sed quæ ipsis lex est. Lactentem equũ cùm indigere vident altricis, & procul matré, vt aliquando contingit, à prole abesse, generosum quiddam faciunt. Non enim obliuiscuntur suæ naturæ, atque partum relictum fouent nulla re indignantes, vt fœtum naturalem ac genuinum. Atque hunc natura ipsis sensum inseuit. Non enim Solonis lex coëgit. Transferam orationem ad te. Fratris filium negligis ianuam, ianua permutantem, miserrima tunica indutum. Reuera tibi mens est rationis carentior, quàm brutis. Canes alienos alis. Sic enim eos qui circa te sunt adulatores dicere conuenientiùs, Beneuolentissimi tibi videbuntur esse, donec in tuis luxuriam agitant ô miser. Latrabunt autem omnino etiam te, adhuc nouissimam crapulam eructantes. Addulatorum enim sic est ingenium, vt mala firma memoria complectatur, & facilè in bonorum obliuionem adducatur. Serò tandem nepotem complectere Terpander. Sin minùs, prouidentiam inuictam habebis hostem lachrymis naturæ suum gladium acuentem.

Agr. Daphnon Myroni.

QVousque excauas agellum, & depluentem aquã absorbebis ô infœlix. Forsitan hoc machinaris, vt propter ariditatẽ mei pueri famescãt. Tuus enim circumluitur agellus. Noster verò etiam naturam ignorat aquæ. Rogentur per deos nubes solo Daphnoni aquam demittãt. Homo inuidus maximum malum, quòd si sors etiam hunc vicinum tulerit inexorabile infortunium, & vix morte poterit sedari.

Ama. Euripe Dexicrati.

AD decimum calendas Augusti redituram te ad nos pollicita es, & fefellisti promissa Dexicrates. Mihi verò cor etiam exustum est amore, & instar torris, pectus inflammatum est. Quot die lachrymas cum gemitu profundebam, & tuum reditum somniabam. Ianuę pulsus semper mihi tuę præsentiæ phantasiam peperit. At tu Dexicrates aliò traducis amorem, & semper tibi peregrinum antiquius. Nam celerrima satietate ignauorum animi subigi consueuerunt. Infida res est desiderium & amores. Iacieris etiam tu aliquándo. Eorum enim qui patiuntur iniuriam, calamitates & miseriæ, ad iniuriæ autores transeunt.

Eth. Hermagoras Sopatro.

PRorsus indecorè audiui te paupertatem lugere, & diuitias probris afficere, quasi imparem apud mortales, quòd aliis impetrabile, aliis inaccessam sui possessionem præstet, quasi inuidentem in hoc hominibus naturam. Si enim Solis splendores mortalibus ex æquo & ignis copia vniuersis est promptissima, & fluminum fluenta, torrentum nixta ac perpetuorum, omnibus sunt acquisitu facilia, quid tandem aiebas aurum ita natura exactum, & exquisitum hominibus dedit, & contentiosum donum iis qui sub luna sunt, dispertiit, per quod maxima damna hominibus contingunt. Ego verò vastissimum risum cõtra tua dogmata effundo. Ipsam enim naturæ laudem, argumentum vituperii sumpsisti, idémque tibi accidit quod noctuæ. Nam illa vitij in videndo caussam putat claros ac lucidos Solis fulgores. Vtiliter esurit aurum humana gens ô Sosipater. Hinc enim & artes in vitá inductæ sunt, & vrbes conditæ, & conuentorum facilitas. Et si breuiter atque comprehensim dicendum est, omni ordine ac decore careret vita terrestris, nisi aurum homines mutuis operis indigentes fecisset. Non enim remex nauigaret, non viator proficisceretur, non bouem aratorem agricolæ possiderent. Non regij imperij sceptra ferrentur. Non magistratibus etiam vtilibus subditi in officio continerentur. Non dux exercitum duceret. Quòd si etiam arcanam rationem vis discere, virtutis & vitij lora sunt auro credita, & probatur animi cupiditas per ipsum, & Celtico fluuio, simile est. Etenim spuriæ virtutis & vitij verissimam habet explorationem.

Αγρ. Δάφνων Μύρωνι.

ΜΕχρι τίνος ἐπικοιλαίνεις τὸ γήδιον. καὶ τὸ καταμβρῆσαν ὕδωρ ἐπιρροφήσεις ὦ δείλαιος. ἢ τάχα μοι καὶ λιμώττειν τοὺς παῖδας διὰ τὸ κάταυχμον μηχανᾷ· τὸ σὸν μὲν γὰρ περιλιμνάζεται γήδιον· τὸ δ᾽ ἡμέτερον καὶ φύσιν ἠγνόησεν ὕδατος. ἐρωτάσθωσαν πρὸς θεῶν αἱ νεφέλαι, εἰ μόνῳ τῷ Δάφνωνι ἀφιᾶσι τὸ ὕδωρ. ἀνὴρ ἐπίφθονος μέγα κακόν. εἰ δὲ καὶ τὸ γείτων εἶ κεκλήρωται. ἀπαραίτητον τὸ δυστύχημα, καὶ θανάτῳ μόγις παυσόμενον.

Ετ. Εὐρίππη Δεξικράτει.

ΕΝάτη φθίνοντος ἀνθεστηριῶνος ἐπανήκειν πρὸς ἡμᾶς ἐπηγγείλω. καὶ διέψευσαι τὰς συνθήκας Δεξίκρατες. ἐμοὶ δὲ καὶ ἀπηνθρακώθησαν αἱ φρένες τῷ ἔρωτι. καὶ δαλοῦ δίκην τὸ περιστέρνιον ἐκπεφλόγισται. ἀπεκοπτίβιζον δὲ καθημέραν τὰ δάκρυα. καὶ τὴν σὴν ὠνειροπόλουν ἐπάνοδον. ὁ δὲ τῶν θυρῶν ψόφος, ἀεί μοι φαντασία τῆς σῆς παρουσίας ἐγίνετο. σὺ δὲ Δεξίκρατες μεταχετεύεις ἐφ᾽ ἕτερα τὸν ἔρωτα· καί σοι τὸ ξένον ἀεὶ τιμιώτερον. τῷ γὰρ ταχίστῳ κόρῳ αἱ τῶν ῥαθύμων ψυχαὶ δουλαγωγεῖσθαι εἰώθασιν· ἄπιστόν τι χρῆμα πόθος καὶ ἔρωτες· βληθήσῃ καὶ αὐτός ποτε. τῶν γὰρ ἀδικουμένων αἱ συμφοραὶ ἐπὶ τοὺς ἀδικήσαντας μεταβαίνουσιν.

Ηθ. Ερμαγόρας Σωπάτρῳ.

ΛΙαν ἀγεννῶς ἀκήκοά σε τὴν πενίαν ὀδύρεσθαι καὶ κακίζειν τὸν πλοῦτον ὡς ὄντα παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἀνώμαλον, τοῖς μὲν, ἐφικτὴν, τοῖς δὲ δυσέρικτον τὴν ἑαυτοῦ παρεχόμενον κτῆσιν· ὥσπερ βασκαίνουσαν ἐπὶ τούτῳ τοῖς ἀνθρώποις τὴν φύσιν. εἰ γὰρ ἡλίου λαμπηδόνες τοῖς ἀνθρώποις ἐπίσης καὶ πυρὸς ἀφθονία τοῖς ὅλοις ἐστὶ προχειροτάτη, καὶ ποταμῶν ῥεῖθρα χειμάρρων τε καὶ ἀενάων ἅπασιν ἐστὶν εὐπόριστα, τί δῆτα ἔφης τὸν χρυσὸν ἡ φύσις οὕτως ἀπηκριβωμένον τοῖς ἀνθρώποις διέθετο. καὶ φιλόνεικον δῶρον τοῖς ὑπὸ σελήνην ἀπένειμε. δι᾽ οὗ μέγιστα κακὰ τοῖς ἀνθρώποις φοιτῶσιν· ἐγὼ δὲ πλατὺν γέλωτα τῶν σῶν καταχέω δογμάτων. αὐτὸν γὰρ τὸν τῆς φύσεως ἔπαινον ὑπόθεσιν ψόγου πεποίησαι. καὶ ταὐτὸν πέπονθας τῇ γλαυκί. ἀβλεψίας γὰρ αἴτιον ἐκείνη δοκεῖ τὰς περιφανεῖς ἡλίου ἐκλάμψεις. λυσιτελῶς λιμώττει χρυσοῦ τὸ ἀνθρώπειον γένος Σωσίπατρε. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ τέχναι τῷ βίῳ εἰσήχθησαν καὶ πόλεις ᾠκίσθησαν. καὶ συναλλαγμάτων εὐμάρεια. εἰ δὲ δεῖ συλλήβδην εἰπεῖν, πάσης εὐκοσμίας ἐστέρητο ἂν τὸ περίγειον ἐν διαίτημα, εἰ μὴ χρυσὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀλλήλων ἐπιδεεῖς ἐπεκτήνατο. οὐ γὰρ ἂν πλωτὴρ ἐναυτίλλετο· οὐχ ὁδοιπόρος ἐνεπορεύετο οὐκ ἀροτῆρα βοῦν οἱ γεωργοῦντες ἐκέκτηντο. οὐ βασιλικῆς ἡγεμονίας ἐπρεσβεύετο σκῆπτρα, οὐκ ἀρχαῖς καὶ προσφόροις τὸ ὑπήκοον ἐκεκόσμητο. οὐ στρατηγὸς ἐδημαγώγει τὸ στράτευμα. εἰ δὲ καὶ ἀπόρρητον λόγον θέλεις μαθεῖν, ἀρετῆς καὶ κακίας ὁ χρυσὸς τὰς ἡνίας πεπίστευται. καὶ βασανίζεται ἔφεσις ψυχῆς δι᾽ αὐτοῦ. καὶ τῷ κελτικῷ ποταμῷ ἐστὶν ἐφάμιλλος. νόθου γὰρ ἀρετῆς καὶ κακίας ἔλεγχός ἐστιν ἀληθέστατος.

Ἀγρ. Καλλίσταχος Κυπαρίσσωνι.

Τῶν ἀκάρπων καὶ ἀνημέρων δένδρων τὴν φύσιν ὁ σιμιχίδας χθέσπου ἐνέπρησε. τοιαύτην γὰρ τὴν καταδίκην τοῖς ἀτελεσφορήτοις ἐψηφίσατο δένδροις. ἡ δὲ τοῦ παμφάγου πυρὸς φύσις τὴν ὁρμὴν εἶχεν ἀκόλαστον καὶ τοῦ ἀγροῦ γείτονος ἄφνω τὸ χωρίον ἀπώλεσεν. ὁ δὲ, τὴν διφθέραν ἀφεὶς καὶ τὴν δίκελλαν, πρὸς ἄστυ χωρεῖ ῥήτορα ληψόμενος σύμμαχον· καὶ τῷ σιμιχίδᾳ δικαστήριον συγκεκρότηται. τοῦτο κἀγὼ κυπαρίσσων κατὰ σοῦ σκευωρήσομαι. εἰ μὴ ταῖς σαῖς μελίτταις προστάξειας τῶν ἐμῶν λειμώνων ἀπέχεσθαι. καὶ μαθήσῃ ἀλλοτρίοις πόροις μὴ κεκτῆσθαι πρόσοδον ἄδικον.

Ἑτ. Μελπομένη Πραξιμίλλῃ.

Ἐπὶ τὸ λεωκόριον τὰς διατριβὰς ἡ αὐλητρὶς Χρυσογόνη πεποίηται. τάχα που καὶ τέρπειν οἴεται τοὺς ἐμοὺς ἐραστάς· καὶ φησὶν ἡμᾶς τὸ πορνίδιον ἄγαν δυσανασχετεῖν ἐπὶ τῷ πράγματι· ἐγὼ δὲ οὐ περὶ πολλοῦ πεποίημαι τὸ πραττόμενον· τοὺς γὰρ ἐραστὰς ὁποῖοι ὄντες τυγχάνουσι πρὸς ἡμᾶς τὰ τῆς Χρυσογόνης βασανίσειεν ἤθη. ἀλλ' ἀγνοῦ μοι πρὸς θεῶν ἀψευδοῦς ὑποκρίσεως σαφέστατος ἄγγελος. καὶ τῇ λακαίνῃ φράσον.. μεγίστας σοι χάριτας τούτου γε ἕνεκα Χρυσογόνῃ ὀφείλομεν. τῇ σῇ γὰρ ἀμορφίᾳ σεμνότερα δειχθήσεται τὰ ἡμέτερα. ἐπεὶ καὶ κολοιοῦ μὴ φανέντος καὶ κόραξ τοῖς εὐπρεπέσι καταλογισθήσεται ὄρνισιν.

Ἠθ. Ἀρίστων Νικίᾳ.

Φιλομαθέστατον ζῶον φασὶ τὸν ἐλέφαντα. καὶ αἰ θεραπείαν διδαγμάτων μαθητὴν ἐπιδέξιον· οὐ γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὄγκος θαυμαστὸς παρ' αὐτῷ, ὅσον ὁ τῆς παιδείας κόσμος τετίμηται· καὶ ταῦτα μὲν παῖδες περιθρυλλοῦσιν ἰνδῶν. ἐγὼ δὲ τοῦ νικίου τεθαύμακα τῶν ἀλόγων ζώων ἔχοντος τὸν λογισμὸν ἀλογώτερον. ὑπάρχων γὰρ παῖς ἀνδρὸς σοφιστοῦ τὰ πατρῷα ἐκλελάκτικας περὶ δὲ κύβους καὶ παλαίστρας τὴν τοῦ βίου σχολὴν καταναλώσας· καὶ γέγονας πέρας εὐγενείας τῷ γένει· εἰ τοίνυν παῖς ἀκούειν ἑρμαγόρου ἐθέλεις, ὀψέ ποτε πρὸς τὸν ἐκείνου βίον ἐπάνηκε. ἀγαθὸν κἂν ἐς γῆρας σοφία τε καὶ φρόνησις παρῇ. καθὰ δοκεῖ καὶ τῷ Πλάτωνι. εἰ δὲ τῶν πάλαι κακῶν δυσανασχετεῖς μεθιστάναι καὶ παῖδα σαυτὸν ἑρμαγόρου κηρύττεις, τυμβωρύχος ἴσθι τοῦ πατρῴου τάφου γινόμενος. τῇ σῇ γὰρ κακίᾳ τὰς ἐκείνου ἀρετὰς καθυβρίζεις.

Ἀγρ. Μυρωνίδης Δαμάλλῳ.

Τὸ ποίμνιον ἅπαν ὁ σὸς ἐλυμήνατο παῖς, τὸ κισσύβιον ἀεὶ πληρώσας τοῦ γάλακτος. ἐπὶ τὰς πλατάνους ὁ λωποδύτης χωρεῖ. καὶ στιβάδα ποιήσας, ἀμερίμνως ἀναπέπτωκε. καὶ τὸν ἁβροδίαιτον βίον ἀσπάζεται. εἶτα τὴν σύριγγα κομισάμενος, ὥσπερ ἐπιδείπνιον ᾠδὴν τὴν εὐθυμίαν προβάλλεται· καὶ τοὺς ἀγροικικοὺς παραχαράττει θεσμούς. τὰ δὲ θρέμματα τῇδε κἀκεῖσε διέσπαρται. καὶ πρὸς ἔφοδόν ἐστιν εὐάλωτα. ναὶ δὴ καὶ τοὺς ὀνθοὺς εὐώνως διαπιπράσκει ὁ δείλαιος· καὶ μυρωνίδην ἀδικῶν οὐκ αἰσχύνεται· εἱστίων χθὲς τὴν τρυγίαν λαμπρῶς. ἰσχάδες γὰρ ἦσαν μοι καὶ ἀκρίδες τὰ ὄψα. ὁ δὲ θεσπέσιος οὑτοσὶ νεανίας τῶν ἰσχάδων τὰ πλεῖστα ἐκβέβρωκε.

Agr. Calliſtachus Cypariſſoni.

STerilium & incultarum arborum naturam Simichidas her. flamma igníque conſumpſit. Talẽ enim pœnam ac damnationem irrogans arboribus quæ redditus non ferrent. Ignis autem omniuori natura impetum habuit effrenatum ac immoderatum, atque vicini ruris locum confeſtim perdidit. At ille ſago relicto & ligone properè ſe in vrbem confert, vt oratorem ſibi patronum deligeret, & Simichidæ iudicium applauſit. Hoc etiam ego Cypariſſon contra te moliar niſi tuis apibus mandaris, vt à meis pratis abſtineant, & diſces alienis opibus non iniuſtos redditus parare.

Ama. Melpomene Praximilli.

AD Leocorium habitationem tibicina Chryſogone inſtituit Forſitan etiam ſe meos amatores arbitratur delectare, & ait nos meretriculam illam indigniſſimè rem ferre. Ego verò non magni æſtimo factum. Amatores enim quo ſint erga nos animo, Chryſogonæ mores probabunt. Sed præbe te mihi per deos veri reſponſi nuncium euidentiſſimum, & Lacœnæ planum fac. Maximam pro hac re tibi gratiam Chryſogone debemus. Nã tua deformitate noſtra oſtendentur gratioſiora ſiquidem non apparente monedula etiam coruus in elegantium ac pulchrarum auium numero reputatur.

Eth. Ariſton Niciæ.

CVpidiſſimum diſcẽdi animal ferunt Elephantem eſſe, & humanorum dogmatum non ſiniſtrum diſcipulum. Non enim corporis moles apud eum eſt tã admirabilis, quàm precioſum eruditionis ornamentum. Et hæc quidem Indorum pueri ſermonibus circumferunt. Ego verò Niciam admiror qui Brutis animalibus inferiorem rationem habeat. Cùm enim Sophiſtę ſis filius paterna bona ſaltationibus perdidiſti. Et in talis ac palæſtra totũ vitę ocium conſumpſiſti, & tu finem nobilitatis attuliſti generi. Si igitur filius Hermagoræ vis audire, ſerò tãdem ad illius vitam reuertere bonam ac probam, & quamuis ſenectutem ſapientia ac prudẽtia accedat, quemadmodum etiam Platoni videtur. Sin ab inueterata malitia deſiſtere moleſtè pateris, & filium Hermagoræ teipſum prædicas, ſcias te paterni ſepulchri prædatorem eſſe. Nam tua nequitia virtutibus eius vim ac manus infers.

Agr. Myronides Damallo.

VNiuerſum gregem filius tuus perdidit, ſemper lacte implens vas paſtorale, & platanos ſurcapit, & compoſito ſtragulo ſine cura recumbit, & deliciosis cibis verſatur. Deinde fiſtulam adferens quaſi cœnalem cantionem animi lætitiam præfert, & agreſtes leges violat. Pecora verò hinc inde diſperguntur, & ad irruptionem ſunt captu procliuia. Certè fumum etiam vili, precio vendit infœlix, & Myronidem iniuriis afficere non pudet. Heſterno die ſplendido conuiuio Trygiam accipiebam. Caricæ enim mihi erant cibis & locuſtæ. Diuinus autem hic adoleſcens plurimas Carycas deuorabat,

& locu-

& locustas nescio quomodo absorbebat, Trygias verò inhiabat, & parte aliquam postquam saturatus est, petiit quam domum auferret. Abeat mihi in posterum de agris Clinias, Nam satiùs est longinqua mala perferre ac pati quàm domi clandestinum hostem alere.

Ama. Atalanta Corinnæ.

IN palæstra conspicata sum Augiam Corinna. Spectaculum verò neque sermo expresserint, neque pictoris manus facilè fuerint mutatæ. Erat enim iuuenis robore pollens, erectus, pectore hirsutus. Oculis damæ præditus, aspectus neque ira rubicundus, neque deliciis mollior, sed virilis & mansuetus iuxta. Color verò corporis, neque ad muliebrem elegantiam candore accedebat, neque nimio nigrore erat infectus. Capillus verò crispitudine fluctuabat, & cæruleum tranquilli maris colorem referebat, cùm & vicinam terram tenui fluento alluit, tempestatum feritate, & barbariæ prætermissa. Maxillæ verò neque rubebant. Est in muliebre, neque rursus palliditate tristitiam indecoram significabant. Naris egregiè tornabatur & insignem fabricatoris scientiam redarguebat. Oleum verò superinfusum, ad solis modum circumfulgebat, & splendoris luminibus, palæstram, instar radiorum illustrabat. Equidem Corynna affecta sum animo, & merorem acerbiorem sentio. Amatorium enim affectum cõmemorare pudet muliebre genus.

Et. Gorgias Aristidæ.

CVm mutuò sumis gaudes, at cùm exigeris doles & incidens in creditores, metus territas in horribiles & immanes aliquas bestias te incidere putans, & circumspicis triuia & ad porticus oculos coniicis, vt creditores fugias ac vites, quemadmodum qui nauigant in vehementissimis procellis, portum assequi cupiunt, sed & malo malum cumulas. Ab aliis enim mutuum sumis & aliis debitum persoluis, simile quiddam faciens his, qui mortis formidine semetipsos præcipites dant. Inspice æris alieni contractionem. Multiplex hominibus malum est, & fabulosam Hydram spontaneis pullulationibus & difficultate superat. Et in insomniis æs alienum perhorresce. Sic etiam liberè solares radios intuebere, & aërem supra terram admodum suauiter respirabis.

Agr. Lophon Pediadæ.

NE petat horam Leucippus. Malá enim nobis ager aluit bestiam iuxtà finem colliculi. Mihi & Sostrato applausit iudicium. Leucippus verò toto corde perditus erat & aureum iudicium videre cupiebat. Eiusmodi quidam amans auri cupiditas eum incesserat infœlicem. Ea re cognita Sostratus auro victoriam emit, & guttur muneribus Leucippi obturauit. Virgo Dice viriata est, & auro victoria mortalibus ponderatur. Æquippollens enim iudicium periit. Munera verò maiorem quàm iustitia fidem faciunt.

καὶ τὰς ἀκρίδας οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἐξεῤῥόφησεν. ὁ δὲ τρυγίας ἐνεχήνει. καὶ μοῖράν τινα, ᾔτει μετὰ κόρον κομίζεσθαι οἴκαδε. ἀπίτω μοι λοιπὸν τῶν ἀγρῶν ὁ κλεινίας. τῶν γὰρ πόῤῥω κακῶν αἱρετώτερόν ἐστιν ἀνέχεσθαι, ἢ πολέμιον οἴκοι τρέφειν κρυπτόμενον.

Ετ. Αταλάντη Κορίννῃ.

ΕΝ τῇ παλαίστρᾳ τὸν αὐγείαν τεθέαμαι κόριννα. τὴν δὲ θέαν οὔτε λόγος ἐκφράσειεν, οὔτε ζωγράφου χεῖρες μιμήσαιντο· ἦν γὰρ ὁ νεανίας, εὐσθενής· ὄρθιος τὸ περιστέρνιον λάσιος. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ δορκάδος αὐτῷ· τὸ δὲ βλέμμα οὔτε θυμῷ φοινισσόμενον, οὔτε μαλακώτερον τῇ ὑγρότητι. ἀλλ᾽ ἀνδρεῖον καὶ πρᾷον ὁμοῦ· ἡ δὲ χροιὰ τοῦ σώματος, οὔτε πρὸς τὸ θηλυπρεπὲς ἐλευκαίνετο, οὔτε πρὸς τὸ μελάντερον κατεσκίαστο. ἡ δὲ θρὶξ ἠρέμα πως ἐπεκύμαινε τῇ οὐλότητι. καὶ κυανίζουσαν ὥρᾳ γαλήνης τὴν θάλασσαν εἰκονίζετο. ὅτι καὶ τὴν γείτονα χέρσον ἁπαλῷ περιπτύσσεται ῥείθρῳ, τὸ μανιῶδες τοῦ κλύδωνος καὶ βάρβαρον παρεάσασα. αἱ δὲ παρειαὶ οὔτε κατέρυθροι. γυναικῶδες γὰρ οὔτε πάλιν ὠχρότητι τὴν ἀπρέπειαν ἐπεσύνναζον· ἡ δὲ ῥὶν, λίαν σεμνῶς ἐτετόρνευτο. καὶ πολλὴν τοῦ δημιουργοῦ φύσεως τὴν ἐπιστήμην ἀπήλεγχε· τὸ δὲ ἔλαιον ἐπιχεόμενον ἡλιοειδῶς περιήστραπτε. καὶ ταῖς μαρμαρυγαῖς τῶν ἐκλάμψεων, τὴν παλαίστραν ἀκτίνων δίκην ἠγλάιζε. πέπονθα κόριννα τὴν ψυχήν, καὶ δριμυτέρας τῆς ἀλγηδόνος αἰσθάνομαι. ἐρωτικὸν γὰρ διηγήσασθαι πάθος τὸ γυναικεῖον φῦλον αἰσχύνεται.

Ηθ. Γοργίας Αριστείδῃ.

ΔΑνειζόμενος γέγηθας. εἰ σπραττόμενος ἀνιᾷ. καὶ συναντῶν τοῖς δανεισταῖς καταπλήττῃ τῷ φόβῳ. ὥσπερ θηρίοις τισὶ φοβεροῖς ἐν τυγχάνειν δοκῶν. καὶ περισκοπεῖς τὰς τριόδους καὶ πρὸς τὰς στοὰς ἀφορᾷς, τοὺς δανειστὰς θεραπεύειν γλιχόμενος. ὥσπερ οἱ ναυτιλλόμενοι ἐν μεγάλῳ τῷ κλύδωνι λιμένος τυγχάνειν ὀρέγονται. ἀλλὰ καὶ κακῷ τὸ κακὸν ἐπινέμεις. δανειζόμενος γὰρ παρ᾽ ἄλλων, ἄλλοις ἀποδίδως τὸ ὄφλημα. ταυτόν τι ποιῶν τοῖς διὰ φόβον θανάτου κατακρημνίζουσιν ἑαυτούς. ἐπεὶ δὲ τὸ δανείζεσθαι. πολυχεδὲς τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ κακόν. καὶ τῆς μυθικῆς ὕδρας τοῖς αὐτομάτοις γεννήμασιν ἐστὶ χαλεπώτερον. κἂν ταῖς καθ᾽ ὕπνον φαντασίαις εὐλαβοῦ τὸ δανείζεσθαι. οὕτω γὰρ ἐλευθέρως τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας προσβλέψεις. καὶ τὸν ὑπὲρ γῆν ἀέρα λίαν προσηνῶς ἀναπνεύσεις.

Αγρ. Λόφων Πεδιάδῃ.

ΜΗ ἵκοιτο ὥρας ὁ λεύκιππος κακὸν γὰρ ἡμῖν ἔτρεφε τὸ χωρίον θηρίον περὶ τὸν ὅρον τοῦ λοφιδίου. ἐμοὶ καὶ σωστράτῳ συνεκεκρότητο δικαστήριον. ὁ δὲ λεύκιππος ὅλας τὰς φρένας διέφθαρτο. καὶ χρυσοῦν τὸ δικαστήριον θεάσασθαι ὠρέγετο. τοιοῦτον φιλόχρυσον πάθος κατεῖχε τὸν δύστηνον. τοῦτο καὶ σώστρατος ἐπιγνοὺς, χρυσῷ τὴν νίκην ὠνήσατο. καὶ τὸν λαιμὸν τοῖς δώροις τοῦ λευκίππου ἐπέβυσεν. ἡ παρθένος δίκη διέφθαρται. καὶ χρυσὸς τοῖς ἀνθρώποις τὸ νικᾷν ταλαντεύεται. ἡ γὰρ ἰσόῤῥοπος κρίσις ἀπόλωλε. δῶρα γὰρ μᾶλλον ἢ τὸ δίκαιον ἀξιόπιστον.

Ετ. Ερωτύλος Υψιπύλη.

ΟΡγῶσι καὶ φοίνικες ἔρωτι φυσικῷ. καὶ τοῦ θήλεος τὸ ἄῤῥεν ἐφίεται. καὶ περικυρτοῦται ὁ ἄῤῥην τῷ ἔρωτι καὶ τῇ κόμῃ τὴν ἐρωμένην περιπλέκεται. εἰ δὲ καὶ πόῤῥω τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενός ἐστι, ψῆνας ἐκ τῆς θηλείας αἰρόμενοι, τῷ ἄῤῥενι περιάπτουσι καὶ σοφίσματι ψυχαγωγοῦσι τὸν τούτου ἔρωτα. εἰ τοίνυν ἐπανήκειν θᾶττον οὐχ οἷά τε εἶ πρὸς ἡμᾶς, παρηγόρει μοι διὰ ζωγράφου τὸν ἔρωτα. καὶ πίναξιν ἡ γραφὴ φαντασίας τῆς σῆς παρεχέτω μοι θέαν. ἱκανὴ γὰρ καὶ δόκησις τοὺς ἄγαν ἐρῶντας σοφίσασθαι.

Ηθ. Διογένης Χρύσῃ.

ΠΛούτου σε ταμίαν, οὐ δεσπότην χρημάτων εἶναι φημί. τοιαύτην γὰρ τὴν καταδίκην οἱ σοὶ κατὰ σοῦ προσήνεγκαν τρόποι. ἀγαθοῦ γὰρ μετέχειν τινὸς τὰς ἀνοσίους οὐ θέμις ψυχάς. κατόρυττε τοίνυν τὴν γῆν καὶ τὸν χρυσὸν περιφρούρει τρισάθλιε. οὐ γὰρ σὸς ἀλλὰ παρὰ σοὶ ὁ πλοῦτος εἶναι πεπίστευται, τοῦ φρυγὸς γὰρ μίδου τὴν κακίαν ζηλώσας, λιμώττων πλουτεῖς, βρόχοις ὥσπερ, χρυσοῖς ἀπαγχόμενος.

Αγρ. Χλοάζων. Μήκωνι.

ΑΧράδας χθὲς μήκων πέπομφα τῇ ποθουμένῃ. ἡ δὲ τὴν κρόκην ἀπέῤῥιψε. καὶ τῆς ἱστουργίας εὐθὺς ἐξανίστατο. καὶ λαβοῦσα τὰ δῶρα τοῖς χοίροις διένειμε. καὶ τὸν πρέσβιν ὡς ἀπαίσιον ἄγγελον ἀπεπέμψατο. ἐγὼ δὲ κλάω. φοβερὸς γὰρ ἔρως ἡμᾶς ἀδικεῖ, ἀπρεποῦς κόρης βιαζόμενος. τυφλώττουσι τύχη καὶ ἔρωτες. οἱ μὲν τὰς ἀλγηδόνας, ἡ δὲ τὴν εὐδαιμονίαν εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχε παρεχομένη.

Ετ. Περδίκκα Ροδόπῃ.

ΑΔεις ἀμούσως καὶ λυπεῖς οὐ τέρπεις τοὺς ἐραστάς. τραγῳδίαν γὰρ ἀναμιγνύεις οὐ θελκτήριον ᾠδὴν τοῖς ἀκούουσι. καὶ δακρύουσιν οἱ ἐρασταὶ ἀνιώμενοι. σώφρονας γὰρ αὐτοὺς ἀντὶ λάγνων τὰ σὰ διδάσκουσιν ᾄσματα. οὐ γὰρ ἐπαγωγὸν τὴν μελῳδίαν πεποίησαι. φεῖσαι τοίνυν πρὸς θεῶν ἀνιωμένων ἡμῶν· οὐ γὰρ αὐλητρὶς ἀλλὰ θρηνήτρια τοῖς θεαταῖς εἶναι δοκεῖς καὶ κηρῷ τὰ ὦτα πάντες ἐμφράξοιμεν, εἰ μελῳδίαν ἀσκήσειας. σειρήνων γὰρ ἢ μουσῶν ὀδυρομένων ἀκουσαίμεν.

Ηθ. Αντισθένης Περικλεῖ.

ΟΦιλίππου παῖς Αλέξανδρος ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις οὐδαμῶς ἐτετύφωτο. ἀλλ' ἐφιλοσόφει τὰ τῆς τύχης φυσήματα μεγίσταις εὐφημίαις οὐκ εἰωθὼς δελεάζεσθαι. διά τοι τοῦτο ἐν τῇ τοῦ πολέμου ῥοπῇ θεασάμενος πεπτωκότα Δαρεῖον, τῇ χλαμύδι τὸν ἐχθρὸν περιέσκεπεν ἀρετῆς καὶ τύχης ἐνδεικνύμενος εὐγένειαν. ἐντεῦθεν ἐλοιδόρει τὸν Αλέξανδρον τὸ ὑπήκοον καὶ ἦν ἔγκλημα τῷ βασιλεῖ ἡ εὐσέβεια. ὁ μὲν οὖν Αλέξανδρος ἅτε δὴ φιλόσοφος ὤν, ἐδεδοίκει τὸ τῆς τύχης ὡς ἔοικεν ἄδηλον· διὸ καὶ πλείστων αὐτῷ ἀγγελθέντων ὑφ' ἓν εὐτυχημάτων, ἔφη, ὦ Ζεῦ, μίξον τι τοῖς ἀγαθοῖς καὶ δυσύχημα. οὕτως εὐλαβεῖτο τὰς εἰς ἄκρον εὐεξίας ἐμφρονέστατα ὁ Αλέξανδρος. εἰ μὲν οὖν γειτνιῶσαν ταῖς τροπαῖς τὴν φύσιν ἠγνόησας,

Am. Erotylus Hypsipylæ.

COncitantur etiam palmæ amore naturali, & fœminam mas concupiscit, & circumsurgit masculus amore, atque coma dilectã amplectitur. Quòd si fœmina procul à mari distet, Psenes è fœmina sublatas, mari circumplicant, & sophismate quodam huius amorem excitant. Si igitur non celeriter ad nos redire potes, mitiga mihi per pictorem vim amoris, & tabulis pictura tuæ imaginis mihi spectaculum prębeat. Sufficit enim etiam opinio ad eludendos eos qui nimio amore flagrant.

Eth. Diogenes Chrysæ.

OPum te dispensatorem, nõ pecuniarum dominum esse. Talem enim sententiam contra te tuum ingenium protulit. Non enim fas est, vt alicuius boni participes sint animi scelesti. Defode igitur terram, & aurum custodi ac muni ô miserrime. Non enim tuæ, sed penes te depositæ sunt opes. Etenim Phrygis Mydæ vitium imitatus, ditescis vt fame conficiaris, quasi laqueis ita auro strangulatus.

Agr. Cloazon Maconi.

AGrestia pyra misi hesterno die Macon Amasiæ. Illa trama confestim abiecit, ab opere lanario statim surrexit, & accepta munera porcis dedit, & legatum vt inauspicatum nuncium remisit. Ego verò sum in lachrymis. Formidabilis enim amor nos afficit iniuria, deformis puellę nos cogetis. Cæcum faciunt fortuna & amores, hi quidem dolores ac mœstitias, illa verò fœlicitatem temerè & sine caussa præstando.

Ama. Perdicca Rhodopæ.

CAnis inconditè & molestiam non delectationem adfers amantibus. Tragœdiam enim immisces parum delectabile carmen audientibus & amatores prę indignatione lachymãtur. Pudicitiam enim eos pro lasciuia tuæ cantiones eos docent. Non enim suauem ac blandam melodiam vsurpas. Parce igitur per deos nobis ægrè ferentibus. Non enim tibicina, sed luctricina spectatoribus esse videris. & cera nos omnes obturauerimus aures, si melodiam excerceas. Sirenas enim citiùs quàm lachrymantes Musas audierimus.

Eth. Antisthenes Pericli.

PHilippi filius Alexander nequaquam se prosperis successibus efferebat, sed ad philosophiã fortunæ flatus maximis cum laudibus reuocabat, non solitus inescari ac capi. Propterea cùm videret in belli inclinatione Darium cecidisse, chlamyde hostem contegebat, virtutis ac fortunę nobilitatem ostendens. Hinc subditus populus Alexandrum conuitiis afficiebat, & pietas regi in criminis loco habita est. Alexander itaque tanquã philosophus, metuebat fortunæ, vt apparet, incertitudinem. Qua de caussã cùm ei plurima secunda sub vnũ nunciarentur, aiebat ô Iuppiter. Misce bonis etiã aliquod infortunium. Adeò metuebat extremæ prosperitatis in fortuna successus prudentissime Alexander. Si igitur vicinã immutationibus naturam ignoras, nõ multò pòst experientiam videbis præceptorem,

&c co-

cognitionis habebis antiquiores disciplinas. Sin vltrò ac lubens cæcutis, grauiorem pœnam sortieris cùm delictorum, & cognitionis à te supplicia repetentur.

Agr. Astachyon Miloni.

AGrum à cicuta purgato. Meas enim apes perdidisti. Ne facessas per deos oro, negotiũ homini agricolæ. Nihil equidem quòd ad rẽ nostram pertinet, à fucis differs. Quidnam sine caussa succẽses vicino. Nisi à malitia destiteris omnium pessime tuam intemperantiam meis inscribam ianuis, & vicinis iniuriam ob oculos cõspiciendam dabo, vt omnes te quasi malum difficillimum fugiant ac declinent.

Ama. Telesilla Laidi.

NEque venas auri metallifabri inquirentes, neque puteorum fossores, qui terræ arcana in tenebris scrutantur, aquarum oculos quærẽtes videre, tantã in sua arte diligentiã ac curã adhibent, quãta ego totã ciuitatẽ scrutata sum, si possem Agesilaum alicubi cernere. Potum enim ei apparasse furiosam Leucippen audio. Et vehemens fulmen eos excepit. Atq; damnũ insolabiles adurit mihi lachrymas. Itaque Tragœdiæ adiutrix ero. Non enim orientẽ solẽ in posterum cõtemplabimur. Sic & Medea, & Phædra terribilior fiam.

Eth. Sosipater Axiocho.

FRatrem nuper te sepulchro mãdasse ferũt, & intolerabiliter hanc cladẽ & insolabiliter ferre. Et quomodo te virũ sapientiæ studiosum admirabor, qui tãtum ab affectione te vinci passus sis. Somnus enim quidã est, quæ apud nos celebratur mors, hoc quidẽ solito, & consueto lõgior, ad futurũ verò diẽ breuissimus. Exiguam peregrinationẽ mortui suscipiũt. Nõ diu separa[illegible] ab his criminibus. Suffer disiũctionem, expectatione futuræ coniunctionis, Ne tibi accidat quod animo plus æquo corporis amanti. Nam & Plotinus videbatur pudefieri, quòd esset in corpore. Adeò molestè philosophum habebat, hoc mortale integumentum. Hucusque mihi siste luctum. Terminos pone dolori, prudentia affectionem moderare. Medicus tibimetipsi sis. Habes in promptu medicamentum, nempe rationem. Nepenthes bile carẽs, omnium malorum obliuiosum. Non à meliori ad peius deducere solet, Faber opera. Mortalibus mortalia relinquamus. Fœdissimis enim maculis hîc regia vis animi notatur. Ego natiuitatem potiùs quàm mortem deplorandam censeam. Illa enim lachrymarum est initium. Hæc verò dolẽtium liberatio. Ignorantia nos egenos facit. Et mortem exhorrescimus, nõ quia mala, sed quòd hominibus non est nota. Qui enim notitiam non tenet, facillimè ad eam accusandam adducitur. Ne igitur similis Niobæ fias, ne tu quando videaris etiã in lapidem humanam naturam transmutare.

Am. Cecropis Dexicrati.

MAgnetẽ gẽmã amare ferrũ phibẽt & hoc viuere gẽmã asserunt, quòd cũ amato etiã coit.

μετ' οὐ πολὺ τὴν πεῖραν ὄψει διδάσκαλον. καὶ τῆς γνώσεως ἕξεις πρεσβύτερα τὰ μαθήματα. εἰ δὲ τυφλώττεις ἑκὼν, χαλεπωτέρας τῆς ποινῆς ἐπιτεύξῃ, πλημμελημάτων καὶ γνώσεως εἰσπραττόμενος δίκας.

Αγρ. Ἀσταχύων Μίλωνι.

ΤΟν ἀγρὸν τοῦ κωνείου ἐκκάθαρε. τὰς ἐμὰς γὰρ ἐλυμήνω μελίττας· μὴ πάρεχε πρὸς θεῶν πράγματα ἀνδρὶ γεωργῷ· οὐδὲν κηφήνων ἡμῖν διενήνοχας. τί δῆτα χαλεπαίνεις ἀλόγως τῷ γείτονι, εἰ μὴ τῆς κακίας ἀποσταίης παμπόνηρε, τὴν σὴν ἀκολασίαν ταῖς ἐμαῖς ἐπιγράψαι μιθύραις καὶ τοῖς γείτοσι τὴν ἀδικίαν ἐνδείξαιμι, ἵνα σε πάντες ὥσπερ τι κακὸν δυσάντητον ἀποφεύξαιντο.

Ερ. Τελέσιλλα Λαΐδι.

ΟΥτε φλέβας χρυσοῦ μεταλλουργοὶ ἀνιχνεύοντες οὔτε φρεωρύχοι τὰ τῆς γῆς ἐρεβοδιφῶντες ἀπόρρητα, ὀφθαλμοὺς ὑδάτων ἀναζητοῦντες θεάσασθαι, οὕτω περὶ τὴν ἑαυτῶν ἐσπουδάκασι τέχνην, ὡς ἐγὼ τὴν πόλιν ἐσκινδαλάβιζον ἅπασαν εἴπου τὸν Ἀγησίλαον ἦν μεθεάσασθαι. ποτὸν γὰρ αὐτῷ πεποιηκέναι, τὴν μαινάδα Λευκίππην ἀκήκοα. καὶ ῥαγδαῖος, σκηπτὸς ἡμῖν ἐπεδήμησε. καὶ τὸ πάθος ἀπαρηγόρητα φλεγμαίνει μοι δάκρυα. διὸ τῆς τραγῳδίας συνέριθος ἔσομαι. οὐ γὰρ ἀνίσχοντα λοιπὸν ἥλιον θεασόμεθα. οὕτω καὶ μηδείας καὶ φαίδρας φοβερωτέρα γενήσομαι.

Ηθ. Σωσίπατρος Ἀξιόχῳ.

ΤΟν ἀδελφὸν ἔναγχος σε θάψαι φασὶ καὶ λίαν ἐπὶ τῷ πάθει ἀπαρηγόρητα δυσφορεῖν. καὶ πῶς σε φιλόσοφον ἄνδρα θαυμάσαιμι, ἐπὶ τοσοῦτον ὑπὸ τοῦ πάθους ὑπερνικώμενον· ὕπνος γάρ τις ἐστὶν ὁ παρ' ἡμῖν θρυλλούμενος θάνατος. τοῦ μὲν συνήθους τούτου μακρότερος. πρὸς δὲ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν βραχύτατος. ἐπὶ μικρὰν ἀποδημίαν οἱ τεθνηκότες ἐστάλησαν. οὐκ ἐπὶ πολὺ τούτων ἡμῖν ὁ χωρισμός. καρτέρησον τὴν διάζευξιν, ἀναμένων αὖθις τὴν ἕνωσιν· μὴ πάθῃς τι φιλοσωμάτου ψυχῆς. ἐπεὶ καὶ πλωτῖνος ἐδόκει αἰσχυνομένῳ ὅτι ἐν σώματι εἴη. οὕτως ἐλύπει τὸν φιλόσοφον, τὸ θνητὸν τοῦτο περισκήνιον. στῆσόν μοι μέχρι τούτου τὸ δάκρυον· ὅρους νομοθέτει τῇ λύπῃ· φρονήσει τὸ πάθος θεράπευσον. ἰατρὸς γίνου σαυτοῦ. ἔχεις λόγον τὸ φάρμακον. νηπενθὲς ἄχολόν τε κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων, οὐκ ἐκ κρείττονος ἐπὶ τὸ χεῖρον μετάγει ποτὲ ὁ δημιουργὸς τὰ ποιήματα. τοῖς θνητοῖς τὰ θνητὰ καταλείψωμεν. μεγάλαις γὰρ κηλῖσιν ἐνθάδε τὸ βασιλικὸν τῆς ψυχῆς καταστίζεται. ἐγὼ τὴν γένεσιν ἢ τὸν θάνατον μᾶλλον δακρύσαιμι. τὸ μὲν γὰρ δακρύων ἀρχή· τὸ δὲ τῶν ἀνιώντων κατάλυσις. ἄγνοια περιδεεῖς ἡμᾶς ἀπεργάζεται. καὶ θάνατον εὐλαβούμεθα. οὐχ ὅτι κακὸν· ἀλλ' ὅτι τοῖς ἀνθρώποις ἠγνόηται. οὐ γάρ τις τὴν γνῶσιν ἀφῄρηται. τούτου κατηγορεῖ προχειρότατα. μὴ γίνοιο τοίνυν τῇ νιόβῃ ἐφάμιλλος. ἵνα μήπου δόξῃς καὐτὸς, λίθῳ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἀμείβεσθαι.

Ετ. Κεκροπὶς Δεξικράτει.

ΤΗν μαγνῆτιν λίθον ἐρᾶν τοῦ σιδήρου φασί. καὶ τοῦτο ζῶν ἱστοροῦσι τὸν λίθον, ὅσον τῷ ἐρωμένῳ καὶ σύνεστιν.

ὁπηνίκα γὰρ ἡ λίθος τοῦ ὁμοζύγου χωρίζηται, παραυτίκα νεκροῦται καὶ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν ἀποτίθεται. τοιαῦται παραπάθειαι Δεξίκρατες καὶ τοῖς ἀψύχοις ἐγγίνονται. ἐγὼ δέ τι ἂν πάθοιμι φίλτατε, ἐπὶ τοσοῦτον ἀπολιμπανομένη τῆς σῆς ἐνδημίας. οἶμαι τὸ φράσαι τοῦ παθεῖν χαλεπώτερον. οὕτω λυπήσαιμι τοὺς λυπήσαντας, καὶ βέλος γενοίμην τοῖς ἐρῶσι. σπινθὴρ ἀφροδίσιος θαλάττης φλογωδέστερος.

Αγρ. Θερίστρων Σπείρωνι.

Ἐπὶ τὴν αἴτνην τὸ σικελικὸν ὄρος ἀπαίρομεν. εἰπόντες χαίρειν τῇ ἀττικῇ. οὐ πώποτε γὰρ δυστυχεστέραν γῆν πρὸς ἐπίδοσιν καρπῶν ἑωράκαμεν. ἀντὶ πυρῶν, μυῤῥίνας· ἀντὶ κριθῶν, κιττὸν ἡμῖν ἀπεκύησε. καὶ ἡ ἅλως λιμοῦ μοι πεπλήρωται. διά τοι τοῦτο τῶν πρώτων μοι μὴ ἐκφυέντων σπερμάτων, οὐκ ἂν αὖθις τῇ ἀγνώμονι καταβάλλοιμι. οὐ δύναται γεωργὸς λιμὸν καὶ στρατιώτην ἔχειν πολέμιον. οὔτε δὲ πλωτῆρες οἷοί τε εἰσι πνεύμασιν ἅμα καὶ κεραυνοῖς ἀντιμάχεσθαι.

Ηθ. Ηρακλείδης Αντισθένει.

Οὔπω μοι τῆς ὀργῆς ὑφῆκας Ἀντίσθενες. ἀλλ' ἔτι χαλεπαίνεις ἡμῖν καὶ κρύπτεις τὴν ἀνίαν προσηνῶν ῥημάτων προσχήματι. ὥσπερ οἱ ἐν αἰθάλῃ σπινθῆρα πυρὸς ταμιεύοντες. ἐκκάθαρε λοιπὸν τῆς καρδίας τὴν λύμην· τοῦτο γὰρ οἱ ἡμέτεροι λόγοι πρεσβεύονται. εἰ δὲ μὴ καὶ θαλάσσης ἀπηνέστερος ἔσῃ. κατευνάζει γὰρ ἐκείνη τὸ ἄγριον· καὶ παρέχεται τοῖς πλωτῆρσιν ὄψιν φιλάνθρωπον ὁπηνίκα τῷ ἐλαίῳ φιλοφρονοῦνται ἄγαν τοῖς κύμασι χαλεπαίνουσαν.

Αγρ. Λαχάνων Πηγάνωνι.

Ἧκέ μοι πρὸς τοὔλαιον αὔριον· ἐνδημήσαιμι γὰρ τοῦ ἄστεος καὶ δαιτυμὼν ἔσομαι φίλτατε. νύμφαις γὰρ καὶ τῷ πανὶ τὰς ἀπαρχὰς τοῦ ποιμνίου ἀναθήσαιμι. εὐνοοῦσι γὰρ ἡμῖν ὀψέποτε οἱ θεοί· τὰ κισσύβια πεπλήρωταί μοι τοῦ γάλακτος. αἱ ἄρνες εὐγόνως τετόκασι. περισκιρτῶσιν αἱ αἶγες ἐπὶ ταῖς εὐτυχίαις ὥσπερ γηθόμεναι. πεπαύμεθα πενίᾳ μαχόμενοι δυσνουθετήτῳ θηρίῳ καὶ δυσκόλῳ. δίκην ἕλκους τοῖς κεκτημένοις ἐμπλέκεται· φιλοσύνηθές ἐστι κακόν. ῥαθυμοποιόν. κατηφές, πρὸς λύπην ἀπαρηγόρητον· πρὸς ἀνίαν ὀξύῤῥοπον. ἄγρυπνον. φιλομέριμνον· ἐπίμοχθον. κακῶν ἐφευρετικόν. ἄδοξον. εὐκαταφρόνητον. ἀνεπίφθονον· οὐ γάρ τις ἐθέλει τηλικούτῳ κακῷ συναντᾶν. οὐδ' εἰ τὴν ὀρέστου μανίαν νοσεῖν κατακριθείη. ῥίψαντες τοίνυν τὰ τῆς πενίας τῇ πενίᾳ, ἐφ' ἑτέραν μεταστησώμεθα λῆξιν μετὰ τῆς ψυχῆς ἀμείψαντες καὶ τὸ φρόνημα.

Ετ. Ροδίνη Καλλιόπῃ.

Ἐπὶ τῶν ἐραστῶν διασύρεις καὶ σκώπτεις ἡμᾶς τὸ καὶ τό. κεχαυνῶσθαί μοι τὸ σύντονον καὶ σφριγῶν τοῦ σώματος διαπαίζουσα. σὺ δὲ τὴν σὴν πανουργίαν κεκρύφθαι δοκεῖς. ἀτελεσφόρητα γὰρ τὰ κυοφορούμενα ἀποσπᾷς ὦ παμμιαρε. καὶ τὰς ἀμβλώσεις ἢ τοὺς τοκετοὺς αἱρετωτέρας πεποίησαι, δριμυτέροις φαρμάκοις τὰ ζωογονούμενα ἐν τῇ σῇ γαστρὶ περιπνίγουσα. καὶ τῆς φονικῆς μηδείας ἀπηνεστέρους ἀπεργάζῃ τοὺς φόνους παιδοκτόνον ἐκείνην ἐδίδαξεν ἀγνώμων ὁμόζυγος τὴν αἰνετὴν καὶ τῶν ἀγώνων τὴν σύμμαχον σὺ δὲ διὰ τὴν τοῦ κάλλους εὐπρέπειαν.

Cùm enim gemma à coniuge secernitur, repentè intermoritur & suam vim ac virtutem abiicit. Tales affectus Dexicrates in inanimatis etiam insunt. Ego verò quid patiar amicissime, quæ tamdiu à tua profectione deserar. Equidem verbis dicere arbitror difficilius quàm affectionem. Sic enim dolorem adferentes dolore afficiam, & iaculum fiam amantibus scintilla Venerea mari inflammatior.

Agr. Theristron Speironi.

AD Ætnam Siculum montem migramus valedicentes Atticæ. Non enim vnquam vidimus terram infortunatiorem ad frugum prouetum. Pro triticis myrrhinas, pro hordeis hederam nobis protulit, & area mihi plena famis est. Ob eam caussam cùm prima semina non enata sint, non equidem secundo in ingratam terram iecero. Non potest agricola famem & militem habere infestum, neque gubernatores nauium possunt turbinibus simul & fulminibus reluctari.

Eth. Heraclides Antistheni.

NOndum mihi iram remisisti Antisthenes, sed etiamnum indignaris nobis, & occultas molestiam blandæ orationis prætextu, quemadmodum qui in fuligine scintillam seruant. Expurga reliquā cordis perniciem. Hoc enim nostri sermones efficiunt. Sin minùs, etiam mari difficilior & implacatior eris. Sopit enim illud feritatē & nautis humanum ac benignum vultum præbet, cùm oleo litant, vehementer fluctibus indignantem.

Agr. Lachanon Paganoni.

VEni mihi cras ad oleum. In vrbem enim proficiscar & conuiuam agam amicissime. Nymphus enim & Pani gregis primitias sacrabo. Sunt enim serò tādem nobis beneuoli ac propitii dij. Vasa pastoralia mihi referta sunt lacte. Agni fœlicissimè in lucem sunt editi. Saliunt capræ quasi fœlicitate gaudentes. Desiimus cum egestate confluctari bestia implacabili & difficili. Ad vlceris modum eos qui habent inuadit. Malum est familiæ pigrum, triste, ad dolorem insolabile, ad molestiam flexibile vigilans, curarum amans, laboriosum, malorum artifex, inglorium, contemptum, inuidia vacans. Nemo enim in tātum malum cupit incidere, neque si Orestis furore laborare conuincatur. Abiecta igitur inopia per inopiam, ad alium finem transferamur, cum animo mutantes etiam sententiam.

Am. Rhodina Calliopæ.

APud amatores distrahis, & derides nos iam ob hanc, iam ob illam rem. Laxatam esse mihi cōtractionem & vigorē corporis illudens. Tu verò tuam versutiam occultasse videris, cùm immaturū fœtū detrahis scelestissima. Abortum enim quàm partum habes potiorem, & nascentem infantem asperioribus medicamentis in ventre suffocas, & homicida Medea multò crudeliores cædes patras. Liberorum interfectricem illam instituit perfidus coniunx laudatricem ac certaminum adiutricem. At tu propter formæ, atque elegantiæ decus,

innumerabiles clades efficis meretricula. Desine tandem sæuitiam & inhumanitatem cælare, & nostram pietatem ludibrio habere. Humanior apud nos est partus quàm abortus. Scias verò terram etiam tibi succensere: & pro filiorum cæde pœnas à non cunctante expetit.

Eth. Hephæstion Thaleti.

MEdica auis Pauo, Medorum etiã superbiam & arrogantiam sortita est, magnum quiddam & penè nimium de sua formæ pulchritudine sentiens. Ea re etiam fœmina inferior esse videtur. Pennas igitur velut comam erigit, & celeberrimam aspicientibus formositatem ostendit, & circularem figuram cõficit, & cœlestem ornatum refert, atque oculis pennarum astrorum ornamentum effingit. Et hoc est Medicarũ auium ingenium amans pulchritudinis: non enim suam elegantiam inuidentes pictoribus ostẽdunt. Tu verò tuis assides syngrammatis, & virtutes tuas occulis, atque labores inostẽsos relinquis, tantóq; commodo nos carentes negligis. Si igitur inuidia quædã est nos molestiis afficere, equidem conatus est à philosopho alienus, & à tua professione abhorrens. Sin metus in causa est quamobrem moram trahas, idem tibi accidit quod agricolæ qui multos sudores terræ mutuò dedit, & æstiuo tempore spicas non metit.

Agr. Poas Ampelio.

HVc age decrepite, simul lugeamus. Fluuius exilijt, & perniciosum nobis saltauit saltationis genus, per totum agrum inundauit, & fœtus recentes vitium formidabilis demersit. Illud verò maius est infortunium: non vult scelestus hinc abscedere; etenim gaudet in agello habitare, & in prædio nostro sibi lectum constituit, ac luctuosum est videre: nam pro vitibus pisces colimus infortunati, cùm fluuius vult piscamur; cùm vult esurimus, & magnum quoddam donum largiri videtur. Vtinam nubes æstate nequaquam precemur, imbrem nobis arescentibus largiantur: sic enim quæ possidemus ea nobis non adimerentur. Fluuius enim per se grauis est & molestus. Quòd si etiam imbres sint copiosi, violentior est igne, neque terminis hinnitum frenat.

Am. Galatea Thetidi.

LAudo tuam prudentiam, & summam rerum peritiam amo: etenim quasi è trypode Pythico futura mihi prædixisti, & acutiùs Lynceo profundiores & abstrusas res vidisti. Callimachus nos reliquit, auolauit in sublime elatus celerrimè satietatis alis. Fugit nos scelestissimus, & satietas ei potior cupiditate fuit. Tu verò me plurimis præmonebas. Iureiurandis ne fidem habeas Galatea. Nihil habent amatores promptiùs quàm iuramenta. Iuuenes enim amoribus dediti, voluptatibus ebrij, etiam bene consultandi facultatem auferunt, & faciunt, loquuntúrque quicquid amores iusserint. Non enim sponte concitata, aut voluntaria rerum cupiditate tenentur:

μυρίας συμφορὰς ἀπεργάζῃ πορνίδιον. παῦσαι δὴ ταύτην τὴν ἀπανθρωπίαν καλύπτουσα. καὶ τὴν ἡμετέραν εὐσέβειαν διαπαίζουσα. φιλανθρωπότερον παρ' ἡμῖν ὁ τοκετὸς τῆς ἀμβλώσεως. ἴσθι δὲ καὶ γῆν ἐπὶ σοὶ χαλεπαίνουσαν. καὶ παιδοκτονίας ποινὰς οὐ ῥαθυμοῦσαν εἰσπράττεσθαι.

Ηθ. Ηφαιστίων Θάλητι.

ΤΟ μηδικὸν ὄρνεον ὁ ταὼς καὶ τὴν μήδων τὴν ὑπεροψίαν κεκλήρωται μέγα τι καὶ ὑπέρογκον ἐπὶ τῷ κάλλει φρονῶν. τούτου καὶ τὴν θήλειαν ἡττᾶσθαι δοκεῖ· τὸ πτερὸν τοιγαροῦν οἷα δὴ κόμην ἀνίστησι. καὶ περιφανέστατόν τι τοῖς ὁρῶσι κάλλος παρέχεται. καὶ κυκλικὸν ἀπεργάζεται σχῆμα. καὶ τὸν οὐράνιον εἰκονίζεται κόσμον. καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ πτεροῦ τὴν τῶν ἄστρων διακόσμησιν ἀναπλάττεται. καὶ τοῦτο μὲν μηδικῶν ὀρνέων ἦθος φιλόκαλον. οὐ γὰρ βασκαίνουσι, τὴν ἑαυτῶν εὐκοσμίαν ζωγράφοις διδάσκοντες· σὺ δὲ τοῖς σοῖς ἐφέζῃ συγγράμμασι. καὶ τὰς σὰς ἀρετὰς ἐγκαλύπτεις· καὶ τοὺς πόνους ἀνεπιδείκτους ἐᾷς· τηλικαύτης ὠφελείας ἡμᾶς χηρεύοντας παρορῶν. εἰ μὲν οὖν βασκανία τίς ἐστιν ἡμᾶς τὸ λυποῦν, ἀφιλόσοφον τὸ ἐγχείρημα καὶ τῆς σῆς ἐπαγγελίας ἀλλότριον. εἰ δὲ ὄκνος τὴν ἀναβολὴν ταμιεύεται, ταυτόν τι πέπονθας ἀνδρὶ γεωργῷ πολλοὺς τοὺς ἱδρῶτας δεδανεικότι τῇ γῇ· καὶ θέρους ἀκμῇ μὴ δρεπομένῳ τοὺς στάχυας.

Αγρ. Πόας Αμπελίῳ.

ΔΕῦρο ξυναυλίαν γεράντιον κλαύσωμεν ὁ ποταμὸς ἀνεσκίρτησε καὶ κακὸν ἡμῖν ὠρχήσατο σκίρτημα. ὅλον τὸν ἀγρὸν ἐπεκλύσατο. καὶ τὰ νεογόνα τῶν ἀμπέλων ὁ φοβερὸς ἐπεβύθισε. τὸ δὲ μεῖζον δυστύχημα, οὐκ ἐθέλει ὁ μιαρὸς τῶν ἐντεῦθεν ἀπαίρειν· ἐμφιλοχωρεῖ γὰρ τῷ γηδίῳ καὶ κοίτην τὸν ἀγρὸν πεποίηται τὸν ἡμέτερον· καὶ δακρύων ἄξιόν ἐστιν ἰδεῖν. ἀντὶ γὰρ ἀμπέλων τοὺς ἰχθύας γεωργοῦμεν οἱ τάλανες. ὅταν ὁ ποταμὸς ἐθέλῃ, ἀγρεύομεν. ὅταν ἐθέλῃ λιμάττομεν· καὶ μέγα τί μοι δῶρον φιλοτιμεῖσθαι δοκεῖ εἴθε τῷ θέρει τὰς νεφέλας μηδαμῶς ἱκετεύομεν, ὄμβρον ἡμῖν αὐχμῶσι χαρίζεσθαι. οὕτω γὰρ ἅπερ κεκτήμεθα, οὐκ ἂν ἀφῃρήμεθα. ποταμὸς γὰρ καθ' ἑαυτὸν ἐπαχθής· εἰ δὲ καὶ ὄμβροι πλουτήσαιεν τοῦ πυρός ἐστιν ἀκρατέστερος. καὶ μέτροις οὐ χαλινοῖ τὰ φρυάγματα.

Ετ. Γαλάτεια Θέτιδι.

ΕΠαινῶ σου τὴν φρόνησιν καὶ τὸ λίαν ἐμπειρότατον ἄγαμαι· ὥσπερ γὰρ ἐκ τρίποδός τινος πυθικοῦ τὰ μέλλοντα διηγήσω μοι· καὶ τοῦ λυγκέως ὀξύτερον τὰ βαθύτερά τε καὶ ἀφανῆ τῶν πραγμάτων ἐσκόπησας. ὁ καλλίμαχος ἡμᾶς καταλέλοιπεν. ἀπέπτη μετεωριζόμενος ὀξυτάτῳ τοῦ κόρου πτερῷ· ἐδραπέτευσεν ἡμᾶς ὁ παμμίαρος καὶ γέγονεν ὁ κόρος αὐτῷ τῆς ἐπιθυμίας πρεσβύτερος. σὺ δέ μοι παρῄνεις πολλά. ὅρκοις μὴ πείθου γαλάτεια· ὅρκων τοῖς ἐρῶσιν οὐδὲν ἐστὶν εὐχερέστερον· ἐρωτικῶν γὰρ οἱ νέοι μεθύοντες ἡδονῶν, καὶ τὸ καλῶς ἀφαιροῦνται βουλεύεσθαι. καὶ πράττουσι καὶ φθέγγονται ὅσα νομοθετοῦσιν οἱ ἔρωτες. οὐ γὰρ αὐτοκίνητον ἔχουσι τὴν πραγμάτων τὴν ἔφεσιν·

ἀπιστία πίστεως ἔοικεν ἀσφαλέστερον. καὶ πρὸς ἀπάτην ὅρκος σοφιστής ἐστιν ἀξιόχρεως.

Ηθ. Θεμιστοκλῆς Χρυσίππῳ.

Ἐπειδὴ σωφροσύνη καὶ παρὰ τῷ μύθῳ τετίμηται, ἄγε δῆτα Χρύσιππε διαμυθολογήσωμαί σοι μῦθον οὐκ ἄσεμνον, ἀφίκοντο ποτὲ πρὸς τὸν Δία τὰ ὄρνεα καὶ Ὀλύμπιον ἐπρεσβεύοντο ἡγεμόνα· ἦν γὰρ ἀναρχία τοὺς ὄρνιθας τὸ λυποῦν καὶ μεγίστου τινὸς ἀγαθοῦ ἡγεμονίας ἐχήρευον. καὶ πολλὴν διὰ τοῦτο τὴν ἀκοσμίαν ἐκέκτηντο. ἐπένευσε τοίνυν ὁ Ζεὺς καὶ γέγονεν ἔργον τὸ βούλημα. καὶ δωρεῖται δῶρον τοῖς ἱκετεύουσι θαυμαστόν. βασιλέως γὰρ ἦν ἀξίωμα τὸ διδόμενον· προσέταττε δῆτα τοῖς ὄρνεσιν ἐπὶ λίμνας καὶ πηγὰς ἀφικέσθαι, καὶ τὸν ἑαυτῶν ἀποσμήξασθαι ῥύπον. καὶ τοῖς ὕδασι τὴν βάσανον τῆς ἡγεμονίας ἐπίστευσεν. ἦν γὰρ εὐπρέπεια παρὰ τῷ Διὶ τὸ τιμώμενον. ἐλούσαντο δῆτα οἱ ὄρνιθες. εἶτα πρὸς τὸν Δία παλινδρομοῦσιν εὐθύς. καὶ τὴν ἑαυτοῦ ἕκαστος εὐπρέπειαν ἐνεδείκνυτο. ὁ δὲ κολοιὸς τὴν οἰκείαν δεδιὼς ἀμορφίαν, τὴν τῆς φύσεως δημιουργίαν ἐνόθευσεν, ἀλλοτρίῳ κόσμῳ τὴν ἑαυτοῦ καλλωπίζων εὐπρέπειαν. ἀλλ' ἤλεγξε τὴν ἀμορφίαν ἡ γλαῦξ· καὶ τὸν ἐπίπλαστον κόσμον ἐδείκνυε. τὸ γὰρ οἰκεῖον ἐπιγνοῦσα πτερὸν, ὡς ἴδιον ἀφείλετο. καὶ τοῖς ἄλλοις ὀρνέοις ἐδίδου παράδειγμα, ἕκαστον ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἴδιον. καὶ γέγονεν αὖθις ὁ κολοιὸς κολοιός. ὁ μῦθος ὦ Χρύσιππε τὴν ἀλήθειαν καθάπερ ὕπαρ φθέγγεται πολλὴν σωφροσύνην ἡμῖν διηγούμενος. οὕτω γὰρ καὶ οἱ ἄνθρωποι οὐδὲν τῶν τῇδε κεκτήμεθα ἴδιον. ἀλλὰ ζῶντες μὲν πρὸς ὀλίγον ἐπιπλάστῳ σεμνυνόμεθα κόσμῳ· τεθνηκότες δὲ ἀφῃρήμεθα ἅπερ οὐκ ἔστιν ἡμέτερα. ὑπερόρα τοίνυν χρημάτων καὶ σώματος. ἀθανάτου δὲ πράγματος ἐπιμελοῦ τῆς ψυχῆς· τὸ μὲν γὰρ ἀΐδιον καὶ ἀθάνατον. τὰ δὲ θνητὰ καὶ πρὸς ὀλίγον ἐστὶν ἡμέτερα.

Αγρ. Μυρωνίδης Μοσχίωνι.

Τὸν ἀροτῆρα βοῦν κεχάρηκα τῷ Τυκανίᾳ. οὐ γὰρ ἦν αὐτῷ τῶν ζευγῶν τὸ ἕτερον. ἐπηγγείλατο δὲ καὶ ὁ Τυκανίας τὸν ἑαυτοῦ μοι ταῦρον παρέξεσθαι. βοὸς γὰρ ἐλειπόμην κἀγώ· ὁ γὰρ θαυμαστός μοι ταῦρος ἀπολώλει, ὁπότε ὁ χαλεπὸς ἐκεῖνος λοιμὸς τοῖς θρέμμασιν ἐνεδήμησεν. ὁ δὲ καλὸς Τυκανίας τὰς συνθήκας διέλυσε· καὶ μέχρις οὗ ὁ σκοπὸς αὐτῷ διηνύετο, στέργειν ἐδόκει τὰ δόξαντα· ἐγὼ δὲ τὴν τύραννον ἀντλὴν θρηνῶ. οὐ γὰρ ἀροτῆρας βόας κεκτήμεθα. ὁ δὲ καιρὸς τῶν ἀρότρων ἤδη που καὶ παρῴχηκε. δικαστήριον τοίνυν τῷ Τυκανίᾳ ὁπλίσομαι καὶ δικαστὰς ἅπαν τὸ χωρίον προστήσομαι· καὶ τῆς ἀπάτης ἐκείνης δίκας ὑφέξει. καὶ κακίας πείσομεν τοὺς ἀκολάστους ἀπέχεσθαι, ἑνὸς ἀνθρώπου φθορὰν σωφροσύνης διδάσκαλον ἔχοντες.

Ερ. Ἐράσμιος Λυσιστράτῳ.

Παίζουσι τοὺς ἀνθρώπους οἱ ἔρωτες· δουλαγωγοῦσι τοὺς ὑπὸ σελήνην παῖδες ὑπόπτεροι. ἵνα τι καὶ τοῖς ζωγράφοις πειθώμεθα. εἴθε γὰρ ἦν τὸν πολέμιον ὁρᾶν. οὕτω γὰρ βάλλοντες ἐβάλλοντο καὶ οἱ ἔρωτες. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο ἠδικήμεθα πλέον, ὅτι καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠγνοήσαμεν ὁποῖοι τὴν φύσιν ὄντες τυγχάνουσιν. οἵῳ γὰρ ἀλογίστῳ πάθει συμπέπλεγμαι.

perfidia tutior apparet fide, & ad dolum sacramentum interpositum dignissimus est machinator.

Eth. Themistocles Chrysippo.

QVoniam temperátia etiam in fabulis celebrata est age Chrysippe, fabulam tibi non expertem grauitatis explicem. Accidit aliquando, vt aues Iouem adirent & Olympium ducem peterent. Hoc enim auibus molestum erat, quòd sine magistratibus confusè viuerent, & maximo bono ductu carerent, quamobrem plurimi inter eas nascebantur tumultus. Annuit igitur Iuppiter, & voluntas in opus producta est. Et supplicantibus donat egregium donum. Regiam enim dignitatem largiebatur. Mandauit itaque auibus vt ad paludes ac fontes abirent, & sordes suas abluerent, atque aquis explorationem ductus credidit. Erat enim elegátia apud Iouem in precio. Ita lauabant aues. Deinde confestim ad Iouem recurrunt, & suam pulchritudinem quælibet ostendebat. Graculus verò suam deformitatem metuens, naturæ fabricationem adulterauit, alieno ornatu suam elegantiam decorans. At redarguit deformitatem noctua, & affictitium ornatum ob oculos protulit. Cùm enim suas pennas agnosceret, quasi ad se pertinentes auferebat, & reliquis auibus exemplum prodebat, vt quilibet suas auferret. Sic rursus factus est, Graculus Graculus. Fabula Chrysippe veritatem, quasi sermone excedit, magnámq; nobis temperantiã narrat obseruandam. Sic enim etiam homines, nihil hîc possident suum, sed viuentes quidem paulisper affictitio gloriamur ornamento. Mortui verò amittimus ea quæ non sunt nostra. Sperne igitur pecunias & corpus. Animus autẽ tibi curæ sit, qui est immortalis. Quod enim sempiternum est, idem & immortale. Mortalia verò exiguo tempore sunt nostra.

Agr. Myronides Moschoni.

BOuem aratorium Tycaniæ concessi. Deerat enim ei ad iugum alter. Promisit autem vicissim Tycanias se taurum suum mihi præbiturum. Nam & ego bouem desiderabam. Egregius enim taurus mihi periit, cùm grauis illa pestis in armentis grassaretur. At præclarus Tycanias conuenta non seruauit, & quousque scopus ei perficiebatur, manere in sententia videbatur. Ego verò Tyrannicam sentinam lugeo. Non enim boues aratorios habemus, cùm tempus aratris destinatum iam penè præterierit. Iudiciũ igitur Tycanię parabo, & iudices totum locum ad patrocinium assumam & fraudis dabis pœnas, atq; sceleratis persuadebimus, vt à malitia abstineant, vnius hominis perniciem, temperantiæ dantes magistram.

Am. Erasmius Lysistrato.

ILludunt hominibus amores, & in seruitutem redigunt; eos qui sub Luna sunt, filij alati, vt etiam pictoribus fidem aliquam habeamus. Vtinam enim videre hostem liceret. Sic enim iaculantes iaculis conficerentur amores. Sed hoc ipso plùs iniuriæ patimur, quòd ignorauimus hostes, cuiusmodi natura præditi essent. Quali enim affectui ab ratione abhorrenti sum implicatus.

Melanip-

Melampepen Diodori prolem miſerè depereo, ne in ſomno quidem vnquam mulierculam conſpicatus, ſed duntaxat audiens ab aliquo, eam mirabiliter & excellenter canere. Et animo ſum læſus, cùm nullam oculis vim aut iniuriam ſenſerim, quod ſolet accidere Lyſiſtrate. Nunc verò mihi ſunt oculi & aures. Tantùm vis amorum potuit. Siue igitur eſt furia, ſpectaculum ignoro, ſiue quædã eſt imaginatio, quod dictum eſt, neſcio. Non enim ſufficit vnus teſtis ad veritatem confirmandam. Attamen animo dolorem percipio, & quam non vidi eius amore teneor, ac Panico furore mihi correptus videor. Etiam illud non ſub oculos cadebat quod deſiderabatur, & opinio ſola deſideratorum habuit ſubſtantiam.

Eth. Euriadis Cimoni.

PRomittis multa, & pauca præſtas, atque linguá habes actione ſublimiorem. At ſi verborum concinnitas apud te in admiratione eſt, pictores tua lingua præſtantiores ſunt, qui ea fingunt & exprimunt in tabulis, quæ natura efficere non poteſt. Sin ex promiſſionibus voluptatem capere audientes putas, parumper quidem exhilaras. Non autem multò pòſt grauiorem moleſtiam faceſſis, ſi quidẽ & inſomnia pulcherrima non tantam nobis dormientibus voluptatem afferunt, quantam vigilantibus triſtitiam. Quare conſentientia cùm lingua facta habeas, ne amicis etiam mentiendo reddaris inuiſus & inimicis vituperandi materiam præbeas, veritatem non colendo.

Agr. Tettigon Ortygoni.

QVid nunc miſerrime veſtitum mutaſti, & perdices euolare ſiuiſti. Vinum tibi hoc malum peperit, vino etiam Cyclopis oculum emiſſe Vlyſſem aiunt, Itaque Tettigon niſi collegeris aues, vnà tecum me præcipitem feram. Nam & filiam effrenatè viuere graue eſt, & ſepulchrum pro patre filium ſibi vendicare prorſus non eſt tolerandum.

Am. Thetis Anaxarcho.

NOn potes Thetidem ſimul & Galateam amare. Neque enim pugnat deſiderium. Nã amores non diuiduntur, ſed neq; duplicem amorem attuleris. Quemadmodum enim terra duobus ſolib. calefieri non poteſt. Sic vnus animus, duos ignes amatorios non ſuſtinet.

Eth. Socrates Platoni.

INiuriam quidem nemo patitur. At omnes iniuriis afficiunt ſponte quilibet ſemetipſum. Virtutis enim & malitiæ ſumus imperatores. Eripuit tibi Leonides prædium. Hoc eſt extraneum neq; tuum animum vlla pernicie affecit. Damnum tibi dedit Philippus & annulum furatur. Nullam iniuriam tu accepiſti. Quod enim acceſſorium eſt, non eſt noſtrum. Filium tuum Barbari vita priuarunt. Nihil incommodi paſſus es. Non enim ſempiternum filiũ habuiſti. Nuper cùm non haberes, tibi natus eſt, & rurſum non eſt, quoniam quidẽ non erat, ſed natus erat. An non igitur inferunt iniuriam, non accipiũt homines. Et Homericum Cyclopem admiror. Neminem enim ſe lædere per iniuriam aiebat, & erat paſtori negationis loco veritatis affirmatio.

μελανίππης διοδώρου ἀπόγονον ἐκτόπως ποθῶ μὴ δὲ ὄναρ ποτὲ τὸ γύναιον θεασάμενος. ἀλλὰ μόνον ἀκούσας ὑπό τινος, ᾄδειν αὐτὴν θαυμαστῶς. καὶ βέβλημαι τὴν ψυχὴν μηδὲν ἐκ τῶν ὀφθαλμῶν ἀδικούμενος. ὅπερ εἰώθειν πάσχειν λυσίστρατε. νυνὶ γὰρ γεγόνασί μοι ὀφθαλμοὶ καὶ τὰ ὦτα. τοσαῦτα ἡ φύσις ἐρώτων δεδύνηται. εἴτε οὖν ἐριννύς ἐστι τὴν θεωρίαν ἠγνόηκα. εἴτε φαντασία, τίς ἐστι τὸ λεχθὲν, οὐκ ἐπίσταμαι. οὐ γὰρ εἷς μάρτυς ἀξιόχρεως πρὸς ἀλήθειαν. ἀλγῶ δὲ ὅμως τὴν ψυχὴν καὶ τῆς οὐχ ὁρωμένης ἐρῶ καὶ πανικῆς μετειληφέναι μανίας δοκῶ. κἀκεῖνο ἀθέατον ἦν τὸ ποθούμενον. καὶ δόκησις μόνη τῶν ποθουμένων εἶχε τὴν ὕπαρξιν.

Ηθ. Εὐριάδης Κίμωνι.

ΕΠαγγέλλῃ πολλὰ καὶ πράττεις ὀλίγα. καὶ τὴν γλῶτταν ἔχεις ὑψηλοτέραν τῆς πράξεως· ἀλλ' εἰ μὲν ῥημάτων κομψότης τεθαύμασαι παρὰ σοὶ, οἱ ζωγράφοι τῆς σῆς δυνατώτεροι γλώττης τοσαῦτα πλαστουργοῦντες τοῖς πίναξιν ὅσα πράττειν ἡ φύσις οὐ δύναται. εἰ δὲ καὶ χαίρειν δοκεῖς ὑποσχέσεσι τοὺς ἀκούοντας, μετ' ὀλίγον μὲν εὐφραίνεις· ἀνιᾷς δὲ μετ' οὐ πολὺ χαλεπώτερον. ἐπεὶ καὶ τῶν ἐνυπνίων τὰ κάλλιστα, οὐ τοσοῦτον ἡμᾶς εὐφραίνει καθεύδοντας, ὅσον ἐγρηγορότας ἐλύπησαν. αἱ γὰρ ἐλπίδες μετὰ τοῦ ὕπνου συναπίπταιται. σύμφωνα δὴ τῇ γλώττῃ τὰ πράγματα κέκτησο. ἵνα μὴ καὶ φίλοις ἀπεχθήσῃ ψευδόμενος, καὶ τοῖς ἐχθροῖς ὑπόθεσιν ψόγου ποιήσῃς ὡς ἀληθείας ὑπάρχων ἀμέτοχος.

Αγρ. Τεττίγων Ορτύγωνι.

ΤΙ δῆτα τρισάθλιε τὴν ἐσθῆτα διήλλαξας. καὶ τοὺς πέρδικας ἐξεπέτασας. οἶνός σοι γέγονε τὸ κακόν. οἴνῳ καὶ τὸν κύκλωπος ὀφθαλμὸν ὠνήσασθαι τὸν ὀδυσσέα φασί. διὸ εἰ μὴ συναθροίσῃς τεττίγων τοὺς ὄρνιθας, σὺν σοὶ κατακρημνίσαιμι ἐμαυτόν. καὶ παῖδα γὰρ ἀκόλαστον ζῆν χαλεπόν. καὶ τάφον πρὸ τοῦ πατρὸς υἱὸν σφετερίσασθαι καὶ λίαν ἐστὶ δυσφορώτατον.

Ερ. Θέτις Αναξάρχῳ.

ΟΥ δύνασαι θέτιδος καὶ γαλατείας ἐρᾶν. οὔτε γὰρ μάχεται πόθος. οἱ γὰρ ἔρωτες οὐ μερίζονται, ἀλλ' οὔτε διπλοῦν ἀνενέγκοις τὸν ἔρωτα. ὡς γὰρ ἡ γῆ δύο ἡλίοις οὐ δύναται θάλπεσθαι, οὕτω μία ψυχὴ, δυάδος πυρσῶν ἐρωτικῶν οὐκ ἀνέχεται.

Ηθ. Σωκράτης Πλάτωνι.

ΑΔικεῖται μὲν οὐδείς, ἀδικοῦσι δὲ πάντες αὐτομάτως ἕκαστος ἑαυτὸν ἀδικῶν. ἀρετῆς γὰρ καὶ κακίας ἐσμὲν αὐτοκράτορες. ἀφεῖλε τόσον λεωνίδης τὸ χωρίον· τοῦτο τῶν ἐκτός· καὶ τὴν σὴν ψυχὴν οὐδὲν ἐλυμήνατο. ἐζημίωσε φίλιππος καὶ τὸν δακτύλιον σφετερίζεται. οὐδὲν ἠδίκησαι αὐτός· τὸ γὰρ ἐπίκτητον οὐχ ἡμέτερον. τὸν σὸν υἱὸν ἀνεῖλον οἱ βάρβαροι· οὐ πέπονθάς τι δεινόν. οὐ γὰρ ἀΐδιον τὸν παῖδα ἐκέκτησο· ἔναγχος σοι μὴ κεκτημένῳ προσγέγονε· καὶ πάλιν οὐκ ἔστιν. ἐπείπερ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐγένετο. οὐκοῦν ἀδικοῦσιν οὐκ ἀδικοῦνται οἱ ἄνθρωποι. καὶ τὸν ὁμηρικὸν τεθαύμακα κύκλωπα. οὐδένα γὰρ βλάπτειν ἀδικούμενον ἔφασκε καὶ ἦν τῷ ποιμένι ἀπόφασις ἡ τῆς ἀληθείας κατάφασις.

Ἀγρ. Μαράθων Πηγάσωνι.

Τοὺς πολιτικοὺς κλύδωνας ἐκφυγὼν καὶ τοὺς ἀπαραιτήτους θορύβους τοῦ ἄστεος, ἐμισθωσάμην τὸν ἀγρὸν τουτονί. καὶ μεταβολὴν ψυχῆς ἐδόκουν εὑρεῖν. ἀλλὰ μείζοσι κακοῖς ἐμβεβλήμεθα. ποτὲ γὰρ τὴν ἐρυσίβην ἔχω πολέμιον. ποτὲ τὰς ἀκρίδας. ἄλλοτε καὶ τὴν χάλαζαν. ἡ δὲ πάχνη λυμαίνεται τοὺς καρποὺς ὡς ἀπαραίτητος τύραννος. καὶ τοὺς ἱδρῶτας ὁ τάλας τοῖς ἀνέμοις χαρίζομαι· οἴμοι ὁ δύστηνος ποῖ τράπωμαι. ὅταν τῶν γεωργικῶν πόνων μνησθῶμεν, τὰ τοῦ ἄστεος ἀσπαζόμεθα. ὅταν τὸν πολιτικὸν τάραχον ἀσπαστώμεθα, τῆς ἀγροικίας ἐρῶ. καὶ τοῦ παρόντος ἐστὶ τὸ μὴ παρὸν εὐτυχέστερον. μία τῶν λυπηρῶν ἀνάδυσίς ἐστιν ὁ θάνατος, εἴτε φυσικός ἐστιν, εἴτε πάλιν αὐθαίρετος. οὐκοῦν ἀγχόνη μοι τὸ φάρμακον βδελύττεται. αἰωρεῖν γὰρ τὸν θάνατον τοὺς δυστυχοῦντας ἠλίθιον.

Ἐτ. Περικλῆς Ἀσπασίᾳ.

Εἰ δῶρα ζητεῖς, οὐ ποθεῖς. ἀδωροδόκητοι γὰρ οἱ ἔρωτες. καὶ τοὺς ποθοῦντας τοιούτους διδάσκουσιν. εἰ μὲν οὖν ἐρᾷς, τὸ διδόναι μᾶλλον ἢ τὸ λαβεῖν οἰκειότερον. εἰ δὲ χρημάτων ὀρέγῃ καὶ δι᾽ εὐπορίαν τὸ ποθεῖν ἀναπέπλασαι, τὴν γνώμην ἡ γλῶσσα διήλεγξε πωλοῦσα χρυσοῦ τὰς ἡδονὰς τῷ ἐθέλοντι.

Ηθ. Διογένης Δημονίκῳ.

Τὸ τεχνιτὸν γύναιον τὸ διγλυὲς ἡμιάνδριον. τὸ παρὰ τῇ φύσει καὶ μηδὲν ἐντελές, ὑβριστέον. Λυδὸς εὐνοῦχος. ἅπαντα γὰρ τὰ τοῦ σώματος μέλη γλώττας ἔχειν ἀσχήμονας ἐπαγγέλλονται. ἐγὼ δὲ κατὰ τὸν ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα τῶν ἐκείνου βελῶν οὐκ αἰσθάνομαι. ἀδρανὲς γὰρ πλήττειν τὸ γυναικεῖον φῦλον τοὺς ἥρωας. ἵνα τί σοι καὶ σοβαρώτερον ἀποφθέγξωμαι τὸν Διομήδη μιμούμενος. ὑλακτεῖν δῆτα καὶ μεμηνέναι τοῖς εὐνούχοις ἐστὶν ἁρμόδιον. τῆς τῶν χειρῶν γὰρ ἐστερημένοι δυνάμεως, ἅπαντα διὰ τῆς γλώττης πράττειν ἐθέλουσιν. οἱ δὲ φίλοι πολλὴν εὐήθειαν κατηγοροῦσιν ἡμῶν. ἐπειδὴ τὸν ὑβριστὴν οὐ ποινὰς ἠμειψάμεθα· οὔπω γὰρ καὶ ὄνος ἐλάκτισεν, οὐκ ἂν δικαστήριον αὐτῷ συγκροτήσαιμεν. τοῦτο δέ τοι καὶ τῷ Σωφρονίσκου Σωκράτει καλῶς διηγόρευται.

Ἀγρ. Πραμίδης Κορύδωνι.

Αὔριον ἔσομαι δαιτυμών. ἅπαντα πρὸς τὸν γάμον μοι παρεσκεύασαι. ἔτνος. ἐρέβινθος. ἰσχάδες πολλαί. καὶ γλεῦκος καὶ μελιτοῦττα. καὶ πόπανα. αὐτὸς δὲ κόμιζε τὴν ἔντεχνον σύριγγα. τὰς ὑπερύμνους μελῳδίας ᾀσόμενος. οἶσθα γὰρ ποιμενικῆς μουσουργίας ἐπιστήμων Κορύδων. τὴν γὰρ παστάδα βεβούλημαι πρὸς ἡδονὴν κινεῖν ἀφροδίσιον τοῖς ὑπὸ τῆς σάλπιγγος θελγομένην ἠχήμασιν.

Ἐτ. Λέανδρος Πυλάδῃ.

Λίαν ἡμῖν οἱ ἔρωτες ἀπεχθάνονται. ἐγὼ μὲν ἐρῶ. ἡ δὲ ποθουμένη μισεῖ. καὶ τί δράσαιμι ἂν ὁ τρισάθλιος οὐκ ἰσόρροπον ἔχουσιν οἱ ἔρωτες πλάστιγγα. ἄνισα τοῖς ἀνθρώποις ζυγοστατοῦσι τὰ δάκρυα. εἰ μὲν οὖν ἀδικοῦσι, θεοὶ μὴ κεκλήσθωσαν· εἰ δὲ τὴν προσηγορίαν οὐ ψεύδονται, ὀρθῶς δικαζέτωσαν. καὶ τὰς ἀλγηδόνας ἐμοὶ κατὰ τὸ δίκαιον μεριζέτωσαν.

Agr. Marathon Pagasoni.

Ciuiles tempestates fugiens, & immutabiles in vrbe motus, rus hoc precio conduxi, & mutationem animi putabam me assequuturum, sed in maiora mala coniecti sumus. Modò enim frumenti putredinem hostem habeo, modò locustas. Aliàs etiam grandinem. Pruina fruges perdit ac vastat, vt inexorabilis Tyrannus, & sudores meos infœlix ventis largior. Heu misero quo me vertam. Cùm agrestium laborum nobis in mentem venit, res vrbanas diligimus, si ad ciuiles tumultus nos conferamus, res rusticas amo. Et semper quod non præsto est præsente fortunatiùs apparet. Vna dolorum declinatio mors est, siue naturalis, siue sponte conscita. Itaque laqueus mihi remedium est. Odio est mihi vita. Miseros enim mortem producere stultum est.

Ama. Pericles Aspasiæ.

SI munera quæris, non amas. Incorrupti sunt enim amores, & amantes tales efficiunt. Si igitur amas dare tibi quàm accipere promptiùs est. Si pecunias cupis, & propter opes amare te fingis, animū lingua prodidit, vendens auro cum qui velit voluptates.

Eth. Diogenes Demonico.

VErsuta muliercula, duplicis ingenij semiuirago à natura nihil habens perfectum, plectenda est, Lydus eunuchus. Nam omnia membra corporis, linguas habere turpes profitentur. Ego verò secundùm Homericum Vlyssem eius tela non sentio. Nihil enim proficit gens muliebris, si Heroes terrere velit. Cur tibi etiam superbiùs loquar Diomedem imitatus. Latrare sic & furere Eunuchis conuenit. Nam manuum viribus priuati, per linguá omnia volunt efficere. Amici verò magnam stultitiam in nobis reprehendunt, quòd non ab iniurioso pœnas repetimus. Sic enim & Asinum si calcitret, non equidem in iudicium vocabimus. Hoc verò rectè etiam à Socrate filio Sophronisci disputatū est.

Agr. Pramides Corydoni.

CRas agam conuiuam. Omnia mihi sunt ad nuptias instructa paratáque. Faba, cicer, nuces multæ & mustum, & placenta mellea atque popana. Tu verò fistulam artificiosam adfer Hymnicas melodias canemus. Es etiam pastoralis musicæ peritus ô Corydon. Thalamum enim ad voluptatem Veneream excitabo, tubę concentibus oblectatam.

Am. Leander Pyladæ.

ADmodum infesti sunt nobis amores. Ego quidem amo. At illa quám amo, me odio prosequitur, & quid faciá miserrimus. Non habent amores æquabilem trutinā. Impares mortalibus lachrymas ponderant. Si igitur faciunt iniuriam, dij ne vocentur. Sin appellationem non fallunt, rectè & ex æquo iudicent. Et mihi dolores ad iustitiæ iurisque normam partiantur.

Eth. Diogenes Ariſtarcho.

PErterruit Macedoniam Alexander, Bucephalo equo vectus, Equũ aiunt frenis nō obedire, neque, ſolitis manuũ palpationibus leniri. Etenim mãſuetũ ac ferum eſt animal, & quidem furore nō erat equus, ſed inacceſſus, & his qui inciderent, magno cum detrimento obuiam ibat. Cùm ſeſſorem Alexandrum ſortitus eſſet, immanitatem quaſi manſuetudine temperauit, perimitans feritatem modeſtia. Et erat videre moderatum qui antè fuerat effrenis. Non enim fas erat repugnare Alexandro. Sis igitur Ariſtarche tu quoq; fortunæ obediēs. Non enim Alexandro, ſed fortunæ Bucephalus obperauit.

Agr. Pœmnion Arnoni.

OVium vbera præ nimia lactis copia diſrũpi volunt. Et neſciọ quomodo vaſis deſtituimur. Quamobrem da tu vaſa. Ego tibi lac præbebo, magna dona pro exiguo beneficio rependens.

Am. Chriſogone Terpandro.

NE me accuſes conuitiorum & iniuriæ. Amantes enim ſuauitatem atque oblectationes adferunt, & plagis atque cicatricibus perſæpe formoſi efficiuntur. Sin indignè fers iniuriam, ne roſas quidem decerpes cùm ſpinam metuas.

Eth. Leonides Periandro.

REueritus eſt etiam Priamum Achilles petentem. Et hoſtium canos Pelides honorificè habuit. Atque reddit patri mortuum filium infœliciſſimo dono Priamum afficiēs. Et huius quidem audaciam admiror, illius verò humanitatem laudo. Eſto tu mihi quoque Æacides, & canorum lachrymas miſerare, filiumque vnum mihi dona. Nam & nos in miſeriis verſamur quemadmodũ Priamus. Non enim te hoſtem pro filio lachrymis obſecrarem, non atramento epiſtolæ exarantes literas. At ſi etiam tu tuæ humanitatis la dem aſſequi ſtudes, anteuertat munus petitionem. Quòd ſi, ratio apud te non regnet, ſed ira atque dolor dignitatem ſortita ſint, parumper quidem lætabere, magis verò dolebis, cùm inſani furoris maximæ etiam pœnæ à te exigentur.

Agr. Calamon Speironi.

SI Colonus eſſe vis, à ciuilibus tumultibus abſiſte. Sin oratoribus & iudiciis atque ſuggeſtibus operam impendis, abiecto ligone, pēnam & Chartas accipe atque ad coruos hinc faceſſe ſenex. Non enim Sycophantas, neque qui viri iudices crebriùs loquantur, agricolarum Reſpublica tolerat.

Am. Rhodopleia Hypſipylæ.

CVm Peiræum heri noctu peragrarem, tuum amatorem cum Chryſippa conſpexi, & adoleſcens facē tenebat, & deducebat eos auus Habrotonus. Cùm autē comitē præcedentē alloquerer, iuſſit tuus amator, vt tenebris res lateret. Quare neque

Ηθ. Διογένης Ἀριστάρχῳ.

ΚΑτέπληττε τὴν μακεδονίαν Ἀλέξανδρος, τῷ βουκεφάλῳ ἐποχούμενος ἵππῳ. τὸν δὲ ἵππον χαλινῷ ἱστοροῦσι μὴ πείθεσθαι. μήτε δὲ χειροήθεσι κολακείαις μαλάττεσθαι. καὶ γὰρ ἀτιθάσευτον τὸ ζῶον καὶ τῷ θυμῷ τὸ ἵππος εἶναι ἀφῄρητο. καὶ κακόν τι ἀπρόσιτον ἦν. καὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι λίαν δυσάντητον. ὅτε τοίνυν ἐπιβάτην Ἀλέξανδρον ἐκληρώσατο, τὴν ἀπήνειαν ὥσπερ πρᾳότητι συνεκέρασεν, ἀμειβόμενος τῇ κατηφείᾳ τὸ φρύαγμα. καὶ ἦν ἰδεῖν σώφρονα τὸν ἀκόλαστον. οὐ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ θέμις ἦν ἀντιμάχεσθαι. ἔσο τοίνυν ἀρίσταρχε καὶ σὺ τῆς τύχης ὑπήκοος. οὐ γὰρ Ἀλεξάνδρῳ, ἀλλὰ τῇ τύχῃ ὁ βουκέφαλος ἐπείθετο.

Αγρ. Ποιμνίων Ἀρνῶνι.

ΤΑ τῶν προβάτων οὔθατα ὑπὸ τοῦ γάλακτος μέλλει μοι διαρρήγνυσθαι. καὶ κισσυβίων οὐκ οἶδα πῶς ἠπορήμεθα. διὸ δίδου μὲν αὐτὸς τὰ κισσύβια. ἐγὼ δέ σοι γάλα παρέξομαι μεγάλοις δώροις μικρὰς ἀμειβόμενος χάριτας.

Ετ. Χρυσογόνη Τερπάνδρῳ.

ΜΗ μέμφου λοιδορουμένην τε καὶ ὑβρίζουσαν. οἱ γὰρ ποθοῦντες γλυκείας καὶ τὰς τέρψεις προσφέρονται. καὶ πληγαῖς δὲ καὶ μώλωψι πολλάκις ὡραΐζονται. εἰ δὲ δυσανασχετεῖς ὑβριζόμενος, οὐδὲ ῥόδον τρυγήσεις τὴν ἄκανθαν εὐλαβούμενος.

Ηθ. Λεωνίδης Περιάνδρῳ.

ΗΔέσθη τὸν πρίαμον ὁ τῆς θέτιδος πρεσβευόμενον. καὶ πολιὰν γὰρ ἐχθρῶν ὁ τοῦ πηλέως ᾐσχύνετο. καὶ δίδωσι τῷ πατρὶ τεθνηκότα τὸν παῖδα, δυστυχεστάτῳ φιλοτιμούμενος δώρῳ τὸν πρίαμον. τοῦ μὲν τὴν τόλμαν τεθαύμακα. τοῦ δὲ τὴν φιλανθρωπίαν ἐπῄνεσα. γίνου μοι καὶ αὐτὸς αἰακίδης. καὶ πολιὰς ἐλέησον δάκρυα, τὸν παῖδά μοι ζῶντα δωρούμενος. δυστυχοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς ὥσπερ καὶ ὁ πρίαμος. οὐ γὰρ ἂν ὄντα σε πολέμιον ὑπὲρ παιδὸς ἐπρεσβεύσαμεν δακρύοις οὐ μέλανι τὰ τῆς ἐπιστολῆς ἐγχαράξαντες γράμματα. ἀλλ' εἰ μὲν τῆς σῆς καὶ σὺ φιλανθρωπίας ἐρᾷς ἐπιδείξασθαι, προφθανέτω τὸ δῶρον τὴν αἴτησιν. εἰ δὲ μὴ λόγος παρὰ σοὶ βασιλεύοι, ἀλλὰ θυμός τε καὶ λύπη τὰ πρεσβεῖα κεκλήρωται, πρὸς ὀλίγον μὲν εὐφρανθήσῃ. λυπηθήσῃ δὲ μειζόνως ἀφιλοσόφου θυμοῦ μεγάλας καὶ τὰς ποινὰς εἰσπραττόμενος.

Αγρ. Καλάμων Σπείρωνι.

ΕΙ γεωργὸς εἶναι βεβούλησαι, τῶν πολιτικῶν θορύβων ἀφίστασο. εἰ δὲ ῥήτορες παρὰ σοὶ καὶ δικαστήρια καὶ βήματα περισπούδαστα, τὴν δίκελλαν ἀφεὶς καλαμῖδα καὶ χάρτας ἀράμενος ἐς κόρακας χώρει γερόντιον. οὐ γὰρ συκοφάντας ἄνδρας. καὶ τὸ, ἄνδρες δικασταὶ φθεγγομένους πυκνότερον, ἡ τῶν γεωργῶν πολιτεία προσίεται.

Ετ. Ῥοδόπλεια Ὑψιπύλῃ.

ΤΟν πειραιᾶ χθὲς τῇ νυκτὶ περιεπόλουν. καὶ τὸν σὸν ἐραστὴν μετὰ τῆς χρυσίππης ἑώρακα καὶ μειράκιον ἐδᾳδούχει. καὶ προπομπὸς ἡ φιλία, γραῦς ὑπῆρχεν ἀβρότονον. ὅτε δὲ τὴν προαγωγὸν προσεῖπον, ἐνεκελεύετο ὁ σὸς ἐραστής, ἵνα τῷ σκότῳ τὸ πραττόμενον διαλάθοι. οὐκοῦν μήτε

ὀμνύοντι μήτε κολακεύοντι πείθου· γλώττης γὰρ σόφισμα δεινόν ἐστιν ἑκάτερον.

Ηθ. Σωκράτης. Κλέωνι.

Ὅταν οἱ λύκοι μεγάλης περιτύχωσι θήρας καὶ τῷ κόρῳ φιλοσοφήσωσιν, ὥσπερ ἐγκράτειαν ἀρνῶν ἔχουσι· τὸ ἦθος καὶ τὸ ἄγριον πρὸς φιλάνθρωπον μεταβάλλουσι. καὶ θαυμαστήν τινα δικαιοσύνην ὁ κόρος ἐκδιδάσκει τοὺς λύκους· μετὰ τῶν προβάτων συνέμονται. καὶ γεραίρουσιν ἄχρις ἂν αὐτοῖς ἡ γαστὴρ ἀναπνεύσειεν. ἀλλὰ σὺ καὶ τῶν λύκων τὸν τρόπον ἀναιδέστερον κέκτησαι. καὶ μᾶλλον πλεονεκτικώτερον τὸ ἀκόλαστον ἔχεις, ὅταν ὁ χρυσὸς ὑπερανακλύζῃ τῶν σῶν θησαυρῶν ὥσπερ οἱ μέθυσοι. διψῶσι γὰρ ὅταν κορεσθῶσι τοῦ οἴνου. καὶ σοφίζονται τῇ μέθῃ, μέθης ἐπίτασιν. διὰ γὰρ τὴν ἐς ἄκρον εὐεξίαν πρὸς τὴν ἐναντίαν διάθεσιν μεταπίπτουσι περιγανέντος τοῦ οἴνου τοὺς οἰνόφλυγας καὶ ἐκκάοντος. ἄπαγε τῆς ἀκολάστου μέθης ἀκόλαστε· ἵνα μὴ πρὸς τὴν ἐναντίαν ῥοπὴν μεταχθῇς, ἀφαιρούμενος τῆς τύχης ἅπερ καὶ δέδωκε. τοιαύταις γὰρ τοὺς ἀχαρίστους ποιναῖς σωφρονίζεται.

Αγρ. Μίνθη Ῥίζωνι.

Ὁ Ποταμὸς Χρύσιππος τοῦ χωρίου τοῦ ἡμετέρου μοῖραν ἐσύλησε καὶ τῷ σῷ ἀγρῷ προσεκύρωσε. μωρόν τι ποιῶν καὶ ἠλίθιον, ἀλλότριον ἐπαγγέλλεται. ἀλλ᾽ εἰ μὲν δικαστηρίου φόρτον ἐπὶ τοῖς ὤμοις φέρειν οὐχ οἷός τε εἶ, δῶρα ποταμῶν μὴ προσίεσο. εἰ δὲ τῶν ἀλλοτρίων ἐρᾷς, μετ᾽ οὐ πολὺ δακρύσεις τῶν ἰδίων στερούμενος.

Ερ. Μήδεια. Ἰάσονι.

Οὐδὲν τοῖς ἀνθρώποις περισπούδαστον οὕτως οὔτε δὲ προσκορέστερον ἐρωτικῆς καθέστηκε σχέσεως. ποῦ σοι τῶν δακρύων τὰ ῥεῖθρα ἃ τοῖς ἡμετέροις ποσὶν ἐπεκύμαινε. ποῦ σοι διέπτησαν τὰ μυρία γένη τῶν λόγων ἐκείνων τῶν τε ῥημάτων τὸ ὑφειμένον τε καὶ χαμαίζηλον. οἶμαι μήτε τοὺς δανειζομένους τοιούτοις πρὸς τοὺς δανειστὰς κεχρῆσθαι τοῖς ῥήμασι, μήτε τραυματίαν τὸν τῶν πολεμίων ἁλόντα χερσίν. ἡ συντόνος ἀγρυπνία παρῴχηκε. τὰ ἑωθινὰ καταλέλοιπας ᾄσματα. παρῶσω τὰς μυρίας πρεσβείας, τὰς σπονδάς, τοὺς ὅρκους, ἃς διὰ τῶν προσαγωγῶν γυναίων ἐπείσω μοι. πρὸς ἑτέραν ἄφνω παρθένον ὠλίσθησας· ὥσπερ οἱ καθεύδοντες ἀμέσως ἀφ᾽ ἑτέρας πρὸς ἑτέραν ἐνυπνίων ὑπόθεσιν μεταβαίνοντες. ἐπαινῶ τοὺς ζωγράφους. ὑποπτέρους γὰρ τοὺς ἔρωτας ἀναγράφουσι. καὶ τέχνῃ διαμορφοῦσι τὰ πράγματα. καὶ τοῖς πλάσμασι τὴν ἀλήθειαν τερατεύονται.

Ηθ. Παρμενίδης Χρυσοσθένει.

Τὸ μὲν ἐγρηγορέναι διὰ παντὸς, ἀθανάτου φύσεως ἴδιον. ὑπνοῦν δὲ μετρίως, τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐστιν ὡς ἔοικε καὶ ἀνθρώπινον. τὸ δὲ πέρα καθεύδειν τοῦ πρέποντος, τοῖς τεθνηκόσι μᾶλλον ἤπερ τοῖς ζῶσιν ἁρμόδιον. τὰς πλείστας Χρυσόσθενες τῆς σῆς ζωῆς μοίρας ἀφῄρησαι. ἀεὶ γὰρ καθεύδεις, καὶ τῆς ἐνθάδε μεταβέβηκας λήξεως, οἷά τις Ὀδυσσεύς, τῆς καθ᾽ ἡμᾶς οἰκουμένης ἔξω πλανώμενος. ὠκεανῷ τινι τῷ ὕπνῳ χρώμενος. καὶ μήτε ἀνίσχοντα μήτε δυόμενον προσβλέπων τὸν ἥλιον.

iuranti neque blandienti fidem habe. Nam vtrinq; est egregia linguæ delusio.

Eth. Socrates Cleoni.

CVm lupi magnam prædā adepti sunt, & satietate philosophantur quasi temperantiam quādam ab ouibus habent, ingenium ferū ad mansuetudinem conuertunt, & egregiam quandam Iustitiam lupos docet saturitas. Cum ouibus vnà pascuntur & honorant eas donec ipsis venter respirauerit. At tu impudētiori quàm lupi ingenio præditus es, & multò effrenatiùs & cupidius te geris, cùm aurum abundat in thesauris tuis, non aliter quàm temulenti. Sitiunt enim cùm ad satietatem vsq; vino sunt impleti, & ebrietatis vim ebrietate pellūt. Nam è summa optimáque valetudine, in contrariam incidunt, exhilarante vino temulentos & exurente. Relinque intemperantem illam temulētiam intemperans, ne in contrariam inclinationem traducaris, spoliatus omnibus etiam quæ fortuna largita est. His enim pœnis ingratos castigat ac sapientes reddit.

Agr. Mintha Rhizoni.

FLuuius Chrysippus agri nostri bonam partē abduxit, & tuo ruri adiunxit. Stolidè faciens & insipiēter, alienum promittit: sed si iudiciorum onus ferre humeris non potes, ne fluminis dona admittas. Sin aliena concupiscis, non multò pòst, etiam tuis priuatus lugebis.

Am. Medea Iasoni.

NIhil ab hominibus ita colitur, neq; verò quicquam satietati propinquius est quàm amatorius affectus. Vbi tibi lachrymarum flucta, quę nostris pedibus alluebant. Quò tibi auolarunt infinita genera sermonum illorum verborúmq; submissio & supplicatio. Equidem opinor, neque eos qui pecunia mutuò sumunt eiusmodi verbis vti apud creditores, neq; vulneratū, si manibus hostium sit captus. Illa diligens vigilia præterijt. Matutinas cantiones reliquisti. Deseruisti innumerabiles petitiones, fœdera, iuramenta, quæ mihi per internuncias fœminas detulisti. Ad aliam repentè virginem decidisti quemadmodum dormientes immediatè ab alia somniorum materia ad aliam transgrediū-tur. Laudo pictores. Alatos enim pingunt amores & arte rem exprimunt, & figmentis portendunt veritatem.

Eth. Parmenides Chrysostheni.

PErpetuò vigilare, immortalitatis est proprium. Dormire verò mediocriter, nostrûm est, vt opinor, & humanum. At vltra dormire, quàm satis est, mortuis potiùs quàm viuentibus conuenit. Plurimis tuæ vitæ partibus ô Chrysosthenes priuaris: semper enim dormis, & his esse desiisti, velut Vlysses quispiam extra nostrum orbem oberrans, oceano quodam somno vsus, & neque orientem, neque occidentem solem aspiciens.

Agr. Da-

Agr. Daphnon Aegeiro.

FIci tuæ ad meum agrum radices protulerũt, neque volunt ampliùs esse tuæ potestatis, atque à tuo iure abstractę, mihi fructum fœtúmque donát. Mea enim opera transierunt, Atq; hæc lex est agricolis, & legibus quæ iam senuerunt, morem gere senex. Quod si consuetudine, quæ nobis est, vis contradicere, velut nouum te recentem legislatorem è rusticis conciliis te eijcimus & è nostris finibus te exterminamus, quasi alienum.

Am. Pyrrhias Philonidæ.

SI amas, ne deformitatem in Amasia repræhendas. Nõ enim potest nõ cęcutire animus amore captus, quoniam inuicta est amantium affectio. Sin non amas, quid lachrymaris & ingemiscis, atque tibimetipsi spontaneam tempestatem accersis. Iniuriam igitur facis vtroque modo, nunc vt amator cõcupiscens, nunc vt inimicus execrans ac detestans.

Eth. Damascus Antigono.

SI non habet Socrates vitæ pignora, ne præficiatur tuo filio pædagogus. Pignora autem vitæ intelligantur liberi. Quem enim natura docuit esse patrem, hunc etiam pueros educare atq; instituere credibile est, cùm experientia didicerit generationis affectum & amoris in liberos dolorem.

Agr. Cepias Corianno.

QVæso te Corianne, meridiano tempore tuam operam accõmodare mihi velis. Spinis enim rus meum circumsepiam. Nam peruersos habemus viatores. Non possum eadem opera cum animantibus brutis & hominibus contendere. Lepus vites. Bruchus olera perdit. Quid iam de talpis loquar? Periculosum enim agricolæ malum est, & hostis penè inexpugnatus. Quare me adiuua, & in laboribus mihi sis adiumento, atque ego te rursus eiusmodi rebus iuuabo. Sic enim etiã formicæ se mutuò iuuando molestiam fallunt, & maximos labores peragunt.

Ama. Antheia Brioni.

HOccine est vetus amicus. Hoc Rhetor peritus? Neq; prior scribis, neque posterius ad scripta respondes. Atqui amantis erat, & eius qui ea facultate præditus esset, loqui. Testificor enim vobis id cognosci epistolas mittẽdo. Cur igitur id facis? Respondeo per literas nisi etiam hac in re me multabis. Sed hîc tibi mihíq; pariter iniuriam facis. Tibi ipsi, crimẽ in te collatũ nõ purgans, Mihi vero quòd ne accusationem quidem meam dignam putas cõtra quam defensionem pares.

Placidiano.

IAm tibi cupienti scripsi, & epistolam cum voluptate acceptam esse ab eo qui attulerat percepi. A te nihil. Quoniam enim non respondisti, deliberas scribere ne velis an non etiam. Postquam verò qui nunc petit ab iisdem à quib. prior petebat, rursus tibi scribo. Accusatorias verò literas non mittam.

Eutocio.

PEr teipsum, & veterem consuetudinem nostram, non videor impudens esse qui scribá homini, qui ne nouisse quidem me vult, literas? Sed adhuc sperans vos animum mutaturos, etiam in præsentia scripsi. Quòd si nunc iterum nihil profecero, sciam me impudentem videri. Cùm autem Modestus maximas de te laudes vulgo prædicet, necessarium duxi, etiam per ipsum quasi per epistolam vobiscum loqui.

Leontio.

GEssi quendam vsque ad præsens tempus, eúmque iustum aduersus te dolorem. Caussam verò ignoras. Quòd si nescis, redigam in memoriam. Meis agricolis auxilio fuisti, cùm iniuria me premerent. Ad empto igitur dolore rursus in gratiam reduxisti. Amabo autem eò ampliùs ego te, si tibi meæ res curæ fuerint, non eorum, qui mihi iniuriam inferunt.

Demophilo.

IMpera fœliciter. Fœliciter autem ages, si bonum ac iustũ te gesseris. Quoniá etiam numen bonos amat. Memoriam autem amicorum, præter cætera firmissimam ac stabilissimam habeto. Sed earum rerum quæ in obliuionem abstrahunt, duplicem admonitionem dedi, his quibus adhortatus sum, & eum qui dat, & id quod datur.

Arabiano.

EPistola quidem à me scripta est. Beneficium autem non peto solus, sed multi hoc negotium vnà mecum suscipiunt. Videbis igitur, vt neque epistolam petentibus prętermittamus, neque qui petierunt à vobis per me repulsam patiantur.

Ammonio.

VIrum æquum & ipsa facie testimonium prę se ferentem, lectorem Vlpianum, tua celsitudo beneficiis prosequatur, & propter vos quidé, vt rectè ritéque præeuntes, propter me, vt existimanté posse me id quod peto à vobis impetrare. Beneficij autem caussa est, vt à contentioso aduersario, & ad lædendos homines propenso eum liberes.

Anthemio

Anthemio.

NOn desinam scribere, donec vterque renunciemus, ego quidem literis, tu verò molestiis quas ex his percipis, vt exactè discam an me de his quæ petiui, spem oporteat conseruare aut potiùs abiicere.

Nilo.

CVm nobiscum esses, molestia nos afficiebas. Nunc peregrinans, iniurias. Nam consuetudinis voluptate nos priuas. Atuero scriptis etiam grauiorem te præbuisti. Spei enim iucunditatem sustulisti, vt non possis dicere, quando nobis non molestiam attuleris.

Calliopio.

MAiori dolore me afficis, cùm non scribis, quàm commodo ex quo nos iuuisti. Itaque si bonis potiri amicis silentiũ imponit, videor magis amare tarditatem quàm festinationem debere, si optimi discipuli velint, quia non statim gratificãtur, crebriùs litteras mittere. Hoc igitur ô doctissime facere ne cesses. Neq; hoc mihi adime, quo minùs fructibus meis fruar epistolis scilicet vestris. Quid autem de me faciendum sit committo Deo & vobis, ne videar insolens esse, si de iisdem identidem loquar.

Seuero.

NEque pater vnquam possis liberos de se progenatos odio habere, & eruditionis ac morum præceptor videtur præstantior esse patre. Nam ille cum voluptate operã dat progignendis liberis. Hic verò artis consilio, bonos efficit. Persiste igitur bonũ animũ habere neque dubitã de meo in te amore, quoniã artis pater est melior, neq; diffidere vnquam depræhendaris, num quis etiam fuerit. Nã & qui natura sunt patres, aliquãdo solent liberos ad iram commoue[re], at non etiã inuicẽ belligerantur.

Philoxeno.

OPto tibi salutem amicorum optimè & Rhetorum. Sic enim ego de te semper tum, vota facio, tum expecto. Et te quidem amicorũ memoriã retinere, & omnia nostra caussa velle, sunt qui cõtinuò huc nuncient. At his adiice quod deest, & fac vt semper à vobis literæ adferantur.

Eustathio.

QVi scripsit epistolam, ego sum amicus vester; Qui perfert, amicus meus. Efficiatur verò per me etiam tuus. Et hinc etiam, cuiusmodi sim, intellige, qui amicos amicis commendem. Quamobrẽ autem veniat, & quemadmodum ea conficienda sint, caussas ipse recensebit, Alterius autem vos ei adiutores este, & plurimũ amãtes & satis prudẽtes.

Ioanni.

SEmper meam ad vos epistolam metus præcedit. Eum curat ac tollit mansuetudo quæ in vobis est. Scribo igitur spe in vos inflixa, quemadmodum gubernatores, qui ad dirigentem stellam intentos oculos habent. Quandoquidem igitur vos etiam ita splendetis, sic quoque benefacere ne cessetis.

Ἀνθεμίῳ.

ΟΥ παύσομαι γράφων ἕως ἂν ἀπείπωμεν, ἐγὼ μὲν γράφων, αὐτὸς δὲ ἐνοχλούμενος, ὅπως ἂν καὶ μάθω βεβαίως εἰ δεῖ με περὶ ὧν ἐδεήθην τὴν ἐλπίδα τηρεῖν, ἢ μᾶλλον ἀποβαλεῖν.

Νείλῳ.

ΣΥνὼν μὲν ἐλύπεις. ἀποδημῶν δὲ νῦν ἀδικεῖς. τῆς γὰρ ἐν τῇ συνουσίᾳ τερπνῶν ἀποστερεῖς. ἀλλὰ μὴν καὶ γράφων ἐγένου βαρύτερος. τὸ γὰρ ἡδὺ τῆς ἐλπίδος ἀνῄρηκας. ὥστε οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν, πότε ἡμᾶς οὐκ ἠνίασας.

Καλλιοπίῳ.

ΜΕῖζόν με λυπεῖς, ὧν ὠφέλησας οὐ γράφων ἐξ ὅτου ὠφέλησας. ὥστ' εἰ τὸ τυχεῖν ἀγαθῶν τοὺς ποθουμένους παρασκευάζει σιγᾶν, κινδυνεύω μᾶλλον ἀγαπᾶν τὴν βραδυτῆτα τοῦ τάχους, εἰ μέλλοιεν γνησιώτατοι φοιτηταί, διότι μὴ ταχὺ χαρίζονται, συχνότερον ἐπιστέλλειν. τοῦτο μὲν οὖν ὦ μουσικώτατε μὴ παύσῃ ποιῶν. μηδὲ ἀφαιροῦ με τοῖς ἐμοῖς καρποῖς ἐντυγχάνειν, ὑμετέραις ἐπιστολαῖς. ἃ δὲ ὑπὲρ ἐμοῦ πρακτέον, ἀφίημι τῷ θεῷ καὶ ὑμῖν. ὡς ἂν μὴ δοκοίην ἀπειρόκαλος εἶναι. περὶ τῶν αὐτῶν πλειστάκις διαλεγόμενος.

Σεβήρῳ.

ΟΥτε πατὴρ οἷός τε εἴη μισῆσαι τοὺς ἐξ αὐτοῦ φύντας, οὐδέ ποτε, καὶ παιδευτὴς ἀμείνων ἔοικεν εἶναι πατρός. ὁ μὲν γὰρ ἐν ἡδονῆς τύχῃ παιδοποιεῖται. ὁ δὲ ἐν προαιρέσει τέχνης, ἀγαθοὺς εἶναι παρασκευάζει. μένε οὖν θαρρῶν ὡς ἀγαπῶσε κατὰ τὸν ἀμείνω πατέρα τὸν τῆς τέχνης. καὶ μηδέ ποτε μικροψυχίας ἁλῷς. εἴ τις ἄρα καὶ γέγονεν. ἐπεὶ καὶ πατέρες οἱ τῆς φύσεως, ἐνίοτε παραλυποῦσι τοὺς παῖδας, ἀλλ' οὐκέτι καὶ πολεμοῦσιν ἀλλήλοις.

Φιλοξένῳ.

ΕΥ πράττε φίλων ἄριστε καὶ ῥητόρων. οὕτω γὰρ ἐγὼ διατελῶ περὶ σοῦ, τὰ μὲν εὐχόμενος, τὰ δὲ προσδοκῶν. καὶ σὺ μὲν ὅτι μέμνησαι φίλων καὶ σπουδάζεις ὑπὲρ ἡμῶν, εἰσὶν οἱ δεῦρο ταῦτα συνεχῶς ἀπαγγέλλοντες. προστίθει δὲ τούτοις τὸ λειπόμενον καὶ δίδου συνεχῶς ὑμετέραις ἐντυγχάνειν ἐπιστολαῖς.

Εὐσταθίῳ.

Ο Γράφων ἐγὼ τὴν ἐπιστολὴν, φίλος ὑμῖν. ὁ κομίζων φίλος ἐμοί. γένοιτο τοίνυν καὶ σοὶ δι' ἐμέ. καὶ γνῶθι κἀν ταῦθα, ποδαπός τις εἰμί. φίλους εἰσάγων τοῖς φίλοις. ἐφ' οἷς δὲ ἥκει καὶ ὅπως αὐτὰ χρὴ διαθεῖναι, τὰς μὲν αἰτίας αὐτὸς διηγήσεται. πρὸς δὲ τὸ δεύτερον ὑμεῖς ὑφηγήσασθε καὶ φιλοῦντες ἄγαν καὶ φρονοῦντες ἱκανῶς.

Ἰωάννῃ.

ΑΕὶ μὲν φόβος ἡγεῖταί μοι τῆς πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῆς. θεραπεύει δὲ αὐτὴν ἡ πρᾳότης ἡ παρ' ὑμῖν. γράφω τοιγαροῦν τῆς εἰς ὑμᾶς ἐλπίδος ἀντεχόμενος, ὥσπερ οἱ κυβερνῆται βλέποντες εἰς τὸν ἀπευθύνοντα τὸν ἀστέρα. ἐπεὶ οὖν καὶ ὑμεῖς οὕτω καταλάμπετε, μείνατε καὶ οὕτως εὐεργετοῦντες.

Εὐσταθίῳ Κοιαίστορι.

Καὶ προθυμία καὶ προσδοκία, οὐ μικρὰ παρ' ἡμῖν. πρῶτον μὲν ἰδεῖν ὑμᾶς. ἔπειτα δὲ καὶ εἰπεῖν εἰς ὑμᾶς. ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον ἐν ὑμῖν. τὸ δὲ δεύτερον ἐν τῇ πόλει κἀμοί. μᾶλλον δὲ καὶ τοῦτο ἐν ὑμῖν. οὐ γὰρ δὴ μικρὸν κώλυμα εἰς πανήγυριν, πόλις ἀθυμοῦσα. καὶ παιδευταὶ μετριάζειν οὐκ ἀνεχόμενοι.

Ἐλισσαίῳ.

Μία πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολή. παρὰ σοῦ παρ' ἐμοῦ δὲ εἴτις ὑμῖν ἀποδέδωκεν, αὕτη τετάρτη. πρᾶττε τοίνυν καλῶς καὶ μέμνησο τῶν φίλων. κἄν τί σε δεξιὸν περιστῇ, γράφε πρὸς ἐρῶντα μαθεῖν.

Πλακιδιανῷ.

Ὁ πρότερον πιστεύσας σοι δι' ἐμέ, νῦν ἐμὲ μέμφεται διὰ σέ. λῦσον οὖν τὸ χρέος. ἵνα μὴ κἀγώ σοι μέμψωμαι δι' ἐκεῖνον.

Σαλβιανῷ.

Τὰς ἐπιστολὰς οἱ τὴν ἀρχὴν εὑρόντες, δοκῶ μοι διὰ πρόσρησιν εὑρεῖν. πραγμάτων δὲ ἴσως ἐγγινομένων, παρηκολούθηκέ τι καὶ νεώτερον ὑπὲρ αὐτῶν ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς διαλέγεσθαι. οὐκοῦν εἰ μὲν ἐμπέσοι πράγματα καὶ μακρολογεῖν ἀνάγκη. τούτων δὲ ἀπόντων πῶς ἄν τις χαρίσαιτό σοι μακροτέρας ὁμιλίας ἐρῶν. καλῶ γὰρ ὁμιλίαν καὶ τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν. οὐδὲν πολὺ συνουσιῶν διαφέρουσαν.

Ἱερίῳ.

Εἶτα ὦ σοφώτατοι τῶν ἐν τῇ γῇ, χρήματα μὲν αἰτήσας ἔλαβον ἂν ῥᾳδίως. ἐπιστολὴν δὲ ὑμετέραν ἰδεῖν, πολλάκις μὲν εὐξάμενος, πολλάκις δὲ ἱκετεύσας, ἀνάξιος εἶναι τοῦ τυχεῖν ὑποπτεύομαι; καίτοι φιλῶ μὲν ὡς ὀλίγοι, τιμῶ δὲ ὑπὲρ τοὺς ὀλίγους.

Ἡσυχίῳ.

Ἐγὼ καὶ σοῦ κήδομαι καὶ Τιμοθέου. σοῦ μὲν ὡς μὴ ἀδικοίης. Τιμοθέου δὲ ὡς μὴ ἀδικοῖτο. εἰ δὲ καὶ σοὶ δοκεῖ μετὰ Πλάτωνος τὸ ἀδικεῖν τοῦ ἀδικεῖσθαι μεῖζον εἶναι κακόν, ἔοικα σοὶ μᾶλλον ἢ τούτῳ χαρίζεσθαι, δεόμενος ὑπὲρ αὐτοῦ πραττομένου δίκας ὑπὲρ ὧν οὐκ ἐξήμαρτε.

Σεργίῳ.

Πολλῆς ἐνέπλησέ με φροντίδος κομίσας τις περὶ ὑμῶν ἀπαγγελίαν ἐπαχθῆ. καίτοι τὰ βελτίω προσεδεχόμην ἀκούειν πέμψον οὖν θᾶττον ἐπιστολὴν περιμένον τί μοι συνδιατεθῆναι τοῖς γραφομένοις.

Λεωνίδᾳ.

Ἔρρωσο. τοῦτο γὰρ ἐγὼ καὶ συνεύχομαί σοι. καὶ ἀκοῦσαι ποθῶ περὶ σοῦ. κἂν ὅτι τοῦτό ἐστι παρ' ὑμῖν ἐπιστείλῃς, οὐ μικρὰν ἔχειν δωρεὰν ἡγοῦμαι παρὰ τῆς τύχης.

Καλλιοπίῳ.

Τοῖς σοῖς ἀπαντῶν ἀεὶ καὶ ὅπως ἔχεις ἐρωτῶ καὶ εἴτε δέονται μὴ σιγῶν ἀπαιτῶ. λεγόντων δὲ ἀμφότερα, σὲ μὲν ὑγιαίνειν, αὐτοὺς δὲ χρήζειν οὐδενός, χαίρων ἐγὼ δικαίως ἀπέρχομαι.

Eustathio Quæstori.

ET studiũ & expectatio apud nos haud exigua, primùm quidem vos videndi, deinde etiam ad vos loquendi. Sed primùm in vobis situm est. Alterum in vrbe atque me, immò etiam hoc in vobis. Non enim vulgare impedimentum ad vniuersales conuentus, ciuitas mœrore depressa & ludi magistri iuuare nolentes.

Elissæo.

VNa ad nos à vobis epistola data est. A me verò, si quis vobis reddidit, hæc est quarta. Bene igitur vale, & amicorum memor esto, ac si quid tibi prosperum acciderit, perscribas ad amantem vt sciat.

Placidiano.

QVi priùs tibi credidit mea caussa, nũc tua caussa me accusat. Solue igitur debitum, ne & ego te illius caussa accusem.

Saluiano.

QVi literas à principio inuenerunt, appellandi caussa ac salutandi mihi videntur inuenisse. Rebus autem fortefortuna intercedentibus, factum est deinceps, vt ad nouum etiam vsum illis adhiberetur, déque iisdem homines per epistolas dissererent. Itaque si res incidant, opus est longis verbis. His autem deficientibus, quo longiora colloquia quispiam amanti tibi largiatur? Voco enim colloquium, etiã literis compræhẽsum sermonem, cùm non multùm à consuetudine præsentia differat.

Hierio.

ITa-ne ô sapientissimi mortalium, facilè acceperim, si vel pecunias petam. Vestram autem epistolam videre cùm sæpè optarim, sæpè rogarim, indignus qui impetrẽ esse videor? Atqui amo vt pauci, colo verò etiam plus quàm pauci.

Hesychio.

EGo & tui & Timothei curam gero. Tui ne inferas iniuriam, Timothei, ne iniuriã accipiat. Quòd si etiam cum Platone putas. Iniuriam auferre grauius malum quàm accipere, equidẽ tibi magis quàm illi gratificari videor, cùm pro illo rogem ne pœnas dependat, cùm nihil peccarit.

Sergio.

MAgnam sollicitudinem attulit mihi quidam grauem nuncium de vobis apportans. Atqui meliora me auditurum sperabam. Quare fac vt celeriter epistolam ad me mittas, qui ad scripta sum animi affectionem applicaturus.

Leonidæ.

VAle. Hoc enim & ego tibi precor & de te audire cupio. Atq; si id vobis suppeditari scripseris, non leue munus à fortuna puto habere.

Calliopio.

QVoties in tuos incido, & quomodo tecum agatur, interrogo, & num qua re opus habeãt, requiro. Dicentibus autem vtrunq; te quidem optimè valere, se verò nullius indigere, iure gaudens ac lætus ego discedo.

Sergio.

VEhementer tuas literas exosculatus sum, & philosophantes & adhortantes. Sic autem statue nihil esse, neq; temporibus, neque vtilitate fortius.

Moternio.

ETiam pauca tuæ celsitudini scribens, quòd amo & memor sum vestrûm, ostẽdo. At tu quoque me imitatus, ostẽdes idem quemadmodũ ego.

Ægyptio.

SCio superbas & insolentes meretrices ita facere solere, & quibuis amatorib. imperare velle. Sed illæ norunt etiam obedire cùm iubent. Tu verò Laidem Corinthiam, promptè quidem iubendo, imitaris, vix autem obediendo.

Ioanni.

VIni Gnidij magna copia vos aiunt abundare, vt etiam in foro venum exponatis. Nos autẽ, qui Syrum incolimus, aliis vitibus vtimur. Vestras autem beatas prædicamus, tantò fœliciùs, quanto magis necessario. Mittite igitur mihi cados qui ad annum sufficiant, aut precium accepturi, aut beneficium aliud pro beneficio repetituri.

Abramio Episcopo.

OPortebat eos qui ad viri virtutem scripturi essent, & temporis longitudinẽ quærere, & verborum dignam facultatem inuenire. Peccatum est enim non tolerandum, eiusmodi res suscipere, quibus & temeritas arguitur, & virtus humilitate verborum iniuriã patitur. Hoc igitur nobis & moram iniecit, & crimen in opinione positum attulit. Amicorum enim memoriam abiecisse videbamur quòd ne literis quidem ipsis nos videndos præberemus. Cognita igitur caussa si perpendas amicitiã, non planè instabilem meum animum putabis. Etenim ne tu quidem ipse, vt opinor, omnino meum consilium improbabis, quod exiguæ tantùm securitatis curam habet. Quamobrem ora pro nobis. Hoc enim & mihi optatum atque salutare, & tibi commodum atque iustum.

Dionysio Episcopo.

ACcepi tuam epistolam bona valetudine prælitus, rescribo autem tibi ægrotus. Laboro enim illo consueto morbo, in quo insunt pedũ dolores intolerabiles, & ex eo quod dormire nõ possum, existentia mala & amor mortis. Ad hæc vestris precibus est opus. Precibus autem dico solitis, placandi Dei caussa. Nam ego sæpenumero iam cùm publicè tum priuatim frustrà precatus sum. Adeò sunt peccata grauia & multa. Quòd si quid à vobis inuentum est quod possit, etiam si non omnes in vniuersum labores tollere, at saltem partem adimere, mitte quàm celerrimè, & amici corpori fer auxilium.

Eusebio.

ET equos præstantissimos ferunt, cùm in certamen venerint, ad extremum cursu meliores esse quàm à principio, & præclarus Aquilinus multò nunc est in laboribus alacrior & studiosior quàm antea, & summa contentione eo incumbit, vt nullum eruditionis genus ignoret,

Σεργίῳ.

ΣΦόδρα μὲν σου περιεπτυξάμην τὰ γράμματα φιλοσοφοῦντα καὶ παραινοῦντα. γίνωσκε δὲ ὡς οὐδὲν οὔτε τοῦ καιροῦ, οὔτε τοῦ συμφέροντος ἰσχυρότερον.

Μοτερνίῳ.

ΚΑὶ βραχέα τῷ μεγέθει σου γράφων, ὅτι φιλῶ καὶ μέμνημαι δείκνυμι. ποιῶν δὲ καὶ αὐτὸς ὥσπερ ἐγὼ, τοῦτο δείξεις ὅπερ ἐγώ.

Αἰγυπτίῳ.

ΟἸδα καὶ τὰς ὑπερηφάνους τῶν ἑταιρῶν οὕτω ποιούσας καὶ πάντα ἐπιτάττειν βουλομένας τοῖς ἐρασταῖς. ἀλλ᾽ ἐκεῖναι μὲν ἴσασι καὶ θεραπεύειν ὅταν κελεύωσι. σὺ δὲ λαΐδα τινὰ κορινθίαν ἀπομιμῇ, κελεύων μὲν ἑτοίμως, ὑπακούων δὲ οὐδὲ μόλις.

Ιωάννῃ.

ΤΟν οἶνον τὸν κνίδιον φασὶν οὕτω πολὺν ἔχειν ὑμᾶς, ὥστε καὶ ἐπ᾽ ἀγορᾶς αὐτὸν διατίθεσθαι. ἡμεῖς δὲ οἱ τὴν σύρον οἰκοῦντες, ἄλλαις μὲν εὐτυχοῦμεν ἀμπέλοις. τὰς δὲ παρ᾽ ὑμῖν μακαρίζομεν, οὕτως εὐδαιμονέστερον, ὅτι καὶ ἀναγκαιότερον. πέμψατε οὖν μοι κεράμοις ἀρκοῦντας εἰς ἔτος. ἢ ληψόμενοι τὴν τιμὴν ἢ χάριν ἀντὶ χάριτος ἀπαιτήσοντες.

Αβραμίῳ ἐπισκόπῳ.

ΕΔει πρὸς ἀνδρὸς ἀρετὴν τοὺς μέλλοντας γράφειν, καὶ χρόνου μῆκος ἐπιζητεῖν, καὶ δύναμιν λόγων ἀξίαν εὑρεῖν. ἁμάρτημα γὰρ οὐ φορητὸν, τοιούτοις πράγμασιν ἐγχειρεῖν. ἀφ᾽ ὧν καὶ τὰ τῆς προπετείας ἐλέγχεται, καὶ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐκ τῆς μικρολογίας ὑβρίζεται. τοῦτο τοίνυν ἡμῖν καὶ τὴν ἀναβολὴν πεποίηκε, καὶ τὸ δοκοῦν ἔγκλημα περιέθηκε. φίλων γὰρ ἐδόξαμεν ἀμνημονεῖν πρὸς αὐτοὺς μηδὲ γράμμασι φανέντες. γνοὺς τοίνυν τὴν αἰτίαν καὶ σκοπῶν τὴν φιλίαν, μὴ παντελῶς τὴν ἐμὴν ἀβέβαιον νομίσῃς διάνοιαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ αὐτὸς οἶμαι, τὴν τοιαύτην κακίζειν ἐπείγῃ προαίρεσιν, ἥτις μικρᾶς γοῦν ἀσφαλείας πεφρόντικεν. εὔχου τοίνυν περὶ ἡμῶν. τοῦτο γὰρ κἀμοὶ ποθεινὸν καὶ σωτήριον. καὶ σοὶ προσφιλὲς ἅμα καὶ νόμιμον.

Διονυσίῳ Επισκόπῳ.

ΕΛαβόν σου τὴν ἐπιστολὴν ὑγιαίνων. ἀντεπιστέλλω δέ σοι νοσῶν. νοσῶ δὲ ἐκεῖνα τὰ εἰωθότα. ἐν οἷς ἀλγήματά τε οὐ φορητὰ τῶν ποδῶν, καὶ τὰ ἀπὸ τοῦ μὴ εἶναι καθεύδειν κακά. καὶ τὸ ἐρᾶν θανάτου. πρὸς ταῦτα εὐχῶν δεῖ τῶν ὑμετέρων. εὐχῶν δὲ λέγω τῶν ἐθάδων. τοῦ δυσωπεῖν τὸν θεόν: ὡς ἐγὼ πολλάκις ἤδη καὶ τὰ κοινὰ καὶ τὰ ἴδια μάτην εὐξάμην. τοιοῦτόν ἐστιν ἁμαρτίαι βαρεῖαί τε καὶ πολλαί. εἰ δέ τι παρ᾽ ὑμῖν εὕρηται τοιοῦτον ὃ δύναιτο ἂν εἰ καὶ μὴ τὸ πᾶν ἀνελεῖν τῶν πόνων, ἀλλ᾽ ἀφαιρεῖν μέρος, πέμπε τάχιστα, καὶ βοήθει φίλου σώματι.

Ευσεβίῳ.

ΚΑὶ τῶν ἵππων λέγουσι τοὺς ἀρίστους, ἐπειδὰν εἰς ἀγῶνα ἔλθωσιν, εἶναι τὰ τελευταῖα βελτίους ἢ τὰ πρῶτα τῶν δρόμων. καὶ ὁ καλὸς Ακυλῖνος, φιλοτιμότερός ἐστιν ἐν τοῖς πόνοις νῦν μᾶλλον, ἢ πάλαι. καὶ προθυμεῖται μὲν οὐδὲν εἶδος ἀγνοῆσαι παι-

δείας. τοὺς δὲ περὶ αὐτοῦ παλαιοὺς ἐκείνους ἐπιδεῖξαι μικρούς. αἱ τοιαῦται δὲ τῶν νέων ἐπιθυμίαι, βίβλων ἐπιδέονται πλήθους. τοῦτο δὲ οὐκ ἂν γένοιτο, εἰ μὴ παρείη χρυσός.

& veteres suas laudes nouis & maioribus obscuret. Eiusmodi iuuenum cupiditates, opus habent librorum multitudine. Hoc verò non potest fieri, nisi præstò sit, aurum.

Ἰουλιανῷ.

Ἐπεδήμησέ τις ἡμῖν ἐκ τῆς ὑμετέρας. καὶ τὸν υἱὸν ἐπαγόμενος ἐπὶ λόγους. ἐγὼ δὲ ἰδὼν ἄνδρα λίαν εὐτερῆ καὶ ὡς ἂν τύχῃ τοῖς ἀπάταις ἀγόμενον, ἠρώτων τί τοὔνομα εἴη τῷ ξένῳ. τῶν παρόντων δέ τις εἰδέναι δοκῶν, Μακάριος ἔφησεν. ἐγὼ δὲ ὡς ἤκουσα τὸ, Μακάριος, πάνυ γε ἔφην, εἴπερ οὐκ ἐπεδήμησεν.

Iuliano.

Diuersatus est quidam apud nos de vestris ciuibus & filium ad bonas literas ac disciplinas adduxit. Ego verò cùm viderem hominem admodum esse simplicem, & quibusuis fraudibus expositum, rogabam quodnam esset hospiti nomē. Tum Quidam ex præsentibus qui scire videbatur Macarius, inquit, beatus. At ego cùm audissem Macarius, planè inquam si non peregrinaretur.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐπέστειλά σοι γαμοῦντι. καὶ συγγνώμην ἔχω μετὰ τὸν γάμον σιγῶντι. οὐδὲ γάρ ἐστιν ὡς ἔοικεν οὐδενὶ παῤῥησία, δεδεμένῳ γυναικείαις ἀπάταις.

Eidem.

Scripsi tibi nuptias agenti. Et quidem veniam tibi do tacenti post nuptias. Neq; enim est vlli, vt videtur, libertas loquendi, qui mulieris illecebris vinctus tenetur.

Ῥούφῳ Σχολαστικῷ.

Λόγος ἐστὶ παλαιός. μὴ ῥᾳδίως κίλικας ἀληθεύειν. καὶ δέδοικα μὴ κιλικίαν ἰδὼν, ἐκοινώνησας αὐτῇ καὶ τῶν τρόπων. ποῦ γὰρ τὰ γράμματα. ποῦ δὲ τὸ συνεχῶς ἐπιστέλλειν. ἢ οὐχ αὕτη μὲν ἦν ἡ ὑπόσχεσις, μεμένηκε δὲ λόγος ὑπόσχεσις. ἐμὲ μὲν λυπεῖσθαι ποιῶν. σὲ δὲ κίλικα δεικνύων.

Rupho Scholastico.

Vetus dictum est. Cilices non facilè dicere verùm. Et sanè metuo ne conspecta Cilissa, in morum etiam communionem cum ea veneris. Vbi enim literæ? Vbi frequēs & crebra literarū missio? Aut nō fuit illa promissio, sed mansit sermo tātùm promissio, mihi quidē adferens mœrorem, te verò Cilicem efficiens.

ΛΥΣΙΔΟΣ ΠΥΘΑΓΟΡΕΙΟΥ

LYSIDIS PYTHAGORICI.

Ἐπιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον.

Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, οὐδέποκα διασκεδαθήσεσθαι τὸ ἄθροισμα τῶν ὁμιλητῶν, ἐς τὸν ἐμαυτοῦ θυμὸν ἐβαλόμαν. ἐπεὶ δὲ παρ᾽ ἐλπίδας ὥσπερ ἀπὸ ναὸς μεγάλας φορτίδος ἐν ἐρήμῳ πελάγει λυθείσας, ἄλλος ἄλλοσε φορεύμενοι διεσπάρημεν, ὅσιον κἀμὲ μνᾶσθαι τῶν τήνου θείων καὶ σεμνῶν παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιεῖσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ, τοῖς μηδ᾽ ὄναρ τὰς ψυχὰς κεκαθαρμένοις. οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα. οὐδὲ γὰρ βεβάλοις τὰ ταῖν ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια διηγεῖσθαι. κατ᾽ ἰσότητα δὲ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες ἀμφότεροι οἱ ταῦτα πράξαντες. καλὸν δὲ ἀναλογίζεσθαι ὅσον χρόνου μᾶκος διαγάγομες ἐκμεξήσαντες, ἅπερ ὑπομένοι σπίλους τοὺς ἐν τοῖς στάθεσιν ἦμεν ἐγκεκολαμμένοις. ἕως πέντε διελθόντων ἐτέων, ἐγενόμεθα δεκτικοὶ τῶν τήνου λόγων. καθάπερ γὰρ οἱ βαφεῖς προεκκαθάραντες ἔστυψαν τὰ βάψιμα τῶν ἱματίων, ὅπως ἀνέκπλυτον τὰν βαφὰν ἀναπίωντι, καὶ μηδέποκα γενησομέναν ἐξίταλον, τὸν αὐτὸν ὁ δαιμόνιος τρόπον ἀνὴρ, παρεσκεύαζε τοὺς φιλοσοφίας ἐρασθέντας, ὅπως μὴ διαψευσθῇ περί τινα τῶν ἐλπιζομένων ἐσεῖσθαι καλῶν κἀγαθῶν.

Epistola ad Hipparchum.

Postquam ex hominum cōsortio Pythagoras decessit, nunquam in animum induxi vt discipulorum cōgregationem dispersum iri putarē. Quoniam verò præter spem, quasi à naui magna Phortide in deserto pelago abstracta, alius aliò delati disgregati sunt, sanctum est etiam me diuinorum & grauissimorum eius præceptorū memorem esse, neque communicare sapientiæ bona, his qui ne in somnio quidem animis mūdati sunt ac purgati. Non enim fas est quibusuis porrigere, quæ tantis laboribus comparata sunt, neque enim prophanis duarum Eleusiniarum Dearum mysteria commemorare. Æquè verò sunt iniusti & impij, vtrique qui hæc faciunt. Par est autem animo reputare, quàm longum tempus emetientes consumpserimus, abiiciendis maculis, quæ in pectoribus nostris insederant, donec quinque præteritis annis, capaces eius disputationum ac sermonum euaderemus. Quemadmodū enim tinctores ea vestimenta quæ tincturam accipere debent stringendo expurgant vt inelutam tincturam imbibant, & quæ nunquam eximi possit, ad eundem modum vir diuinus, præparabat eos qui amore philosophiæ tenerentur, ne falleretur ab his, quos bonos honestósque futuros esse spem habuisset.

Non enim adulterinam eruditionem tractabat, ne-
que laqueos quibus sophistarum vulgus adolescē-
tes implicat, nihil boni aut veri docentes, sed diui-
narum humanarúmque rerum scientiam tenebat.
Illi verò in prætextum adhibentes eius doctrinam,
multa & mirabilia faciunt irretitis non ritè ac te-
merè adolescentibus. Quæ caussa est quamobrem
difficiles & impudentes efficiant suos auditores. In-
culcant enim moribus confusis & turbidis, Theo-
remata & orationes liberas. Quemadmodum, si
quis in profundum puteum cœno ac luto plenum,
infundat puram, & dilucidam aquam, & cœnū per-
turbat, & aquam ad nihilum redigit, eadem etiam
ratio est eorum, qui sic docent & docentur. Densi
enim ac profundi cespites circa mentem & cor eo-
rum qui non purè initiantur, innati sunt, quę omnē
modestiam & mansuetudinem ac rationem obscu-
rant, in conspectu quidem & foris auctam: subeunt
autem hunc cumulum, omnis generis malitiæ, ex-
crescentes, & impedientes, neque sinentes prospi-
cere rationem. Nominabo autem primùm matres
earum, recensens intemperantiā & auaritiam. Am-
bæ verò sunt fœcundissimæ. Ex Intemperantia igi-
tur progerminant scelera, & temulentiæ ac perdi-
tiones, & abhorrentes à natura voluptates, atque
impetus quidam vehementiores, ad mortē & præ-
cipitia impellentes. Iam enim quibusdam vim ad-
hibuerunt libidines, vt neque à matribus, neque à
filiabus abstinerent, & violantes legem, patrem, ci-
uitatem atque regem, & educentes cubitos quasi
captiuos ad extremum exitium vim & violentiam
rapiunt. Ex Auaritia progignuntur rapinæ, parrici-
dia, sacrilegia, venenorum sparsiones & quæcunq;
sunt his affinia. Oportet igitur primùm Syluas in
quibus hi affectus nutriuntur, igni, ferro, & omnib.
instrumentis expurgare, & rationē ab his affectib.
vindicare, ac tum demum boni aliquid miscere
atque tradere. Quæ didicisti quidem Hipparche
summo studio, at non executus es ô præclare, post-
quam Siculas lautitias degustasti à quibus vinci ac
superari non oportebat. Multi verò dicunt, te pu
blicè etiam philosophari, quod Pythagoras recusa-
uit, qui Damæ suæ filiæ propositis monumentis ac
præceptis, vetuit cuiquam extra familiam tradē-
re. Illa verò cùm multis pecuniis sermones posset
vendere, noluit. Sed egestatem & parentis imperiū
iudicauit auro potius & antiquius esse. Aiunt au-
tem Damo morientem Bastiliæ suæ filiæ hoc idē
præceptum. At nos cùm simus viri, non rectè nos
erga illum gerimus, sed conuentorum sumus trans-
gressores. Si igitur mutatus fueris, lætabor: sin mi-
nùs, obiisti mihi.

Epistola Amasidis regis Aegypti ad Polycratem Principem Sami amicum suum Omnia prospera & secunda.

AMasis Policrati sic dicit. Iucundum est audire amicum & hospitem bene agere. Mihi

οὐ γὰρ κιβδήλοις ἐνεπορεύετο λόγοις. οὐδὲ πάγας αἷς πολλοὶ τῶν σοφιστῶν τοὺς νέους ἐμπλέκοντι. ποτ' οὐδὲν χρήγυον σχολάζοντες. ἀλλὰ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἦν ἐπιστάμων. οἱ δὲ πρόσχημα ποιησάμενοι τὰν τήνου διδασκαλίαν, πολλὰ καὶ δεινὰ δρῶντι σαγηνεύοντες οὐ κατὰ κόσμον, οὐδ' ὡς ἔτυχε τὼς νέως. τοιγαροῦν χαλεπούς τε καὶ προπαλεῖς ἀπεργάζονται τοὺς ἀκούοντας. ἐγκιρνάντι γὰρ ἤθεσι τεταραγμένοις τὰ καὶ θολεροῖς θεωρήματα καὶ λόγους ἐλευθέριους. καθάπερ γὰρ εἴ τις εἰς φρέαρ βαθὺ βορβόρου πλῆρες ἐγχέας καθαρὸν καὶ διειδὲς ὕδωρ, τόν τε βόρβορον ἐτάραξε καὶ τὸ ὕδωρ ἠφάνισεν, ὁ αὐτὸς δὲ τρόπος τῶν ἐπὶ διδασκόντων τε καὶ διδασκομένων. πυκναὶ γὰρ καὶ βαθεῖαι λόχμαι περὶ τὰς φρένας καὶ τὴν καρδίαν ἐμπεφύκαντι τῶν μὴ καθαρῶς ὀργιασθέντων, πᾶν τὸ ἅμερον καὶ πρᾶον καὶ λογιστικὸν ἐπισκιάζουσαι περιφανῆ μὲν αὐξηθέν. ἐγκαταδεδύκαντι δὲ τῷ δάσει τούτῳ παντοῖαι κακότητες ἐκβοσκόμεναι καὶ κωλύουσαι καὶ μηδαμῶς ἐῶσαι προκύψαι τὸν λόγον. ὀνομάξαιμι δὲ πρᾶτον ἐπελθὼν αὐτῶν τὰς ματέρας, ἀκρασίαν τε καὶ πλεονεξίαν. ἄμφω δὲ πολύγονοι πεφύκαντι. τᾶς μὲν οὖν ἀκρασίας ἐξεβλάστησαν ἄθεσμοι καὶ μέθαι καὶ φθοραί. καὶ παρὰ φύσιν ἡδοναί. καὶ σφοδραί τινες ὁρμαὶ μέχρι θανάτων καὶ κρημνῶν ἐκδιώκουσαι. ἤδη γάρ τινας ἠνάγκασαν ἐπιθυμίαι, μήτε ματέρων μήτε θυγατέρων ἀποσχέσθαι. καὶ δὴ παρεωσάμεναι νόμον καὶ πατέρα καὶ πόλιν καὶ τύραννον, ἐκπεριαγαγοῦσαι τὼς ἀγκῶνας, ὡς αἰχμαλώτους ἐπὶ τὸν ἔσχατον ὄλεθρον μετὰ βίας ἄγουσαι κατέστασαν. Τᾶς δὲ πλεονεξίας ἐκπεφύκαντι, ἁρπαγαί τε καὶ πατροκτονίαι ἱεροσυλίαι, φαρμακεῖαι, καὶ ὅσα τούτων ἀδελφά. δεῖ οὖν τό γε πρᾶτον τὰς ὕλας, ἐν αἷς διαιτῶνται ταῦτα τὰ πάθη, πυρὶ καὶ σιδάρῳ καὶ πάσαις μηχαναῖς ἐκκαθάραντα, καὶ ῥυσάμενον τὸν λογισμὸν ἐλεύθερον τῶν τοσούτων παθέων, τηνίκα φυτεύοντά τι χρηστὸν αὐτῷ παραδιδόμεν. Ἅπερ ἐμάθες μὲν ἵππαρχε μετὰ σπουδᾶς, οὐκ ἐτήρησας δὲ ὦ δαιμόνιε γευσάμενος σικελικᾶς πολυτελείας. ἇς οὐ χρῆν τὸ γενέσθαι δεύτερον. λέγοντι δὲ πολλοί σε καὶ δαμοσίᾳ φιλοσοφέν. ὅπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας. ὅς γε Δαμοῖ τᾷ αὐτοῦ θυγατρὶ τὰ ὑπομνάματα παρακαταθέμενος, ἐπέσκαψε μηδενὶ τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας παραδιδόμεν. ἁ δὲ δυναμένα πολλῶν χρημάτων ἀποδόσθαι τὼς λόγως, οὐκ ἐβουλήθη. πενίαν δὲ καὶ τὰς τῶ πατρὸς ἐπισκάψιας ἐνόμιζε χρυσοῦ τιμιωτέρας ἦμεν. φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμὼ θνάσκοντι Βιστάλιᾳ τῇ ἑαυτᾶς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν. ἄμμες δὲ ἄνδρες ἐόντες, οὐ γνησίως αὐτῷ ποτιφερόμεθα. ἀλλὰ παραβάται τᾶν ὁμολογιᾶν γινοίμεθα. εἰ μὲν οὖν μεταβάλοιο, χαρήσομαι. εἰ δὲ μή, τέθνακάς μοι.

Ἐπιστολὴ Ἀμάσιδος βασιλέως αἰγύπτου πρὸς Πολυκράτην ἄρχοντα σάμου φίλον αὐτοῦ τὰ πάντα εὐτυχοῦντα.

ΑΜασις Πολυκράτει ὧδε λέγει. ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα.

ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ μεγάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι τὸ θεῖον ἐπισταμένῳ, ὡς ἐστι φθονερόν, καίτοι γε βούλομαι καὶ αὐτὸς ἔγωγε, οὓς κήδομαι, τὸ μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων, τὸ δὲ προσπταίειν. καὶ οὕτω διαφέρειν τὸν αἰῶνα ἐναλλὰξ πρήσσων ἢ εὐτυχέειν τὰ πάντα. οὐδένα γάρ κω λόγῳ οἶδα ἀκούσας ὅστις ἐς τέλος οὐ κακῶς ἐτελεύτησε πρόρριζος, εὐτυχέων τὰ πάντα. σὺ νῦν ἐμοὶ πειθόμενος ποίησον πρὸς τὰς εὐτυχίας τοιάδε. φροντίσας τὸ ἂν εὕροις ἐόν τοι πλείστου ἄξιον, καὶ ἐπ' ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀλγήσεις, τοῦτο ἀπόβαλε οὕτως ὅκως μηκέτι ἥξει ἐς ἀνθρώπους. ἤν τε μὴ ἐναλλὰξ ἤδη τὸ ἀπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι τοι αὖται σὺν πάθαισι προσπίπτωσι, τρόπῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο.

verò tui magni ſucceſſus non placent, qui numen probè noui, quàm ſit inuidioſum. Et quodámodo ipſe, volo, quibus bene cupio, eos in ſuis rebus partim fauente, partim ſiniſtra fortuna vti, & ſic mutatis vicibus æuum tranſigere, non in omnibus fortunatos eſſe. Neminem enim me audire memini, qui diuerſus non malè vitam finierit, priori omniũ ſeculo, fœliciter peracto. Tu mihi nunc morem gere, & aduerſus ſecundam fortunam ita te compara, & operam da vt ſi quid nactus erit precioſiſſimum, & cuius pernicies magnum animo tuo dolorem allatura ſit, & hoc abiice ita, vt nõ ampliùs in hominum manus aut cõſpectũ veniat. & ſi nõ iã viciſſim exinde fœlicitates ad eiuſmodi damnũ reciderint, rationi à me propoſitæ morem gere.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΜΟΥΣΩΝΙΟΥ.

EPISTOLA MVSONII.

Παγκρατίδῃ.

Καὶ ἐκ τῶν ἀπαγγελλομένων ἡμῖν περὶ σοῦ, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς ἐπέστειλας τοῖς υἱοῖς σου, τεκμαιρόμενος μὴ τὰ αὐτὰ τοῖς λαώδεσιν, ἀλλ' ἅπερ οἰκεῖόν ἐστι σὲ φρονεῖν περὶ φιλοσοφίας, προεθυμήθην κατὰ μὲν τὸ παρόν, συνησθῆναί σοι ἐπ' αὐτοῖς. εἰς δὲ τὸ ἔπιον, συνεύξασθαι, μὴ ἐφ' ἕτερόν τι αὐτοὺς ἀποκλῖναι. τηροῦντας δὲ ἣν ἔχουσι νῦν πρόθεσιν ἄχρι τέλους φιλοσοφῆσαι. ἵν' αὐτοί τε εὖ ἀπαλλάττωσι καὶ σὲ ἀνθ' ὧν ἐκ σοῦ ἔπαθον, ἀμείψασθαι δυνηθῶσι. δυεῖν γὰρ ὡς καθόλου εἰπεῖν οὐσῶν αἰτιῶν, παρ' ἃς ἄνθρωποι εὐτάκτως καὶ ὁδῷ ζῶσιν, ἐμπειρίας τε καὶ ἐγκρατείας πῶς, ἂν δυναίμεθα ἢ πρὸς ἑαυτοὺς ἢ πρὸς ἑτέρους ποιεῖν τὰ δέοντα ὑπ' ἀγνείας ἅμα καὶ ἀκρασίας κατεχόμενοι. ἡ μὲν οὖν τούτων ἀπόλυσις, ἀναγκαίως πάνυ ἔοικε παρ' ἡμῶν ἀπαιτεῖσθαι. πρὸς γὰρ τὸ τεταγμένως καὶ εὐσχημόνως ζῆν γεγόναμεν, τοῦ λόγου εἰς τοῦτο ἡμῖν καθάπερ ἐπισκόπου καὶ ἄρχοντος ὑπὸ τῆς φύσεως διδομένου. ἀπολυθῆναι μέντοι ἀγνοίας καὶ ἀκρασίας οὐχ οἷόν τε ἡμᾶς ἄνευ τοῦ ἐπιτρέψαι αὐτοὺς τῇ διὰ τοῦ λόγου ἰατρείᾳ. Προσελθοῦσα γὰρ αὕτη καὶ τὸ προεστηκὸς ἐν ἡμῖν ἐκ τῆς παρὰ φύσιν εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἀεὶ τρέπουσα, τὰς μὲν μοχθηρὰς τῶν κρίσεων ἐκ τῆς διαστροφῆς ἐγγενομένας, ἐκκόπτειν καὶ ἐξάγειν ἐκ τῆς ψυχῆς αἰεὶ πειρᾶται, τὰς δ' ὑγιεῖς καὶ ἀκολούθους τῇ φύσει ἀντεισάγειν. ἢ ἀσθενούσας ἀνακτᾶσθαι. ἰσχὺν δὲ αὗται καὶ εὐστάθειαν προσλαβοῦσαι, ὡς χρὴ ἡμᾶς ἐν ἅπασι τοῖς κατὰ τὸν βίον ὁδηγοῦσιν ὥστε καὶ ὁρᾶν ἀεὶ τὰ ἐπιβάλλοντα ἡμῖν, καὶ σύμφωνα οἷς ἐδοκιμάσαμεν πράττειν. τοιαῦτα δὲ οὐκ ἐπαγγελλομένης μόνον, ἀλλὰ καὶ παρεχούσης τῆς κατὰ τὴν ψυχὴν ἰατρείας, τίνα ἄν τις δικαιότερον ἐπὶ τὸ βοηθεῖν τοῖς σοῖς παισὶν ἢ σὲ καλέσειεν. ἢ οὐκ εὐδαιμονεῖν μὲν αὐτοὺς προαιρῇ πατὴρ ὤν, ἑτοίμως δ' ἔχεις πᾶν ὁποιοῦν ὑποστῆναι, ἵνα αὐτοὺς ὁρᾷς ἐν ἀγαθοῖς ὄντας, ἢ οὐκ ἐπὶ ταῦτα καὶ ἐγέννησας αὐτοὺς καὶ ἀνέθρεψας; οὐ τοιαῦτα δὲ διηνεκῶς σὺ περὶ αὐτῶν εὔχῃ τοῖς θεοῖς; ἀρετῆς δὲ καὶ εὐσχημοσύνης βίου

Pancratidæ.

ET ex his quæ ad nos de te hominum ſermone perferuntur, & ex literis quas ipſe tuis filiis mittis, coniecturam faciens non idem quod vulgus, ſed quod par eſt te de philoſophia ſentire, in præſentia quidem gratulari tibi ob eam cauſſam ſtatui, in poſterum verò ſimul vota facere, ne ad aliud quippiam illi deflectant, ſed hoc propoſitum quod nunc habent, conſeruantes ad finẽ vſque philoſophentur, vt & ipſi bene diſcedãt, & pro tuis in ſe collatis beneficiis gratiã tibi referre poſſint. Cùm enim duæ ſint in vniuerſum cauſſæ, quibus homines rectè & via quadam vitam inſtituũt, peritia & temperãtia, quomodo poſſimus, aut erga noſmetipſos, aut erga alios officiũ facere, inſcitia ſimul & intemperantia præditi. Harum igitur liberatio, neceſſariò videtur à nobis requiri. Nam ad modeſtè ac ritè viuendum nati ſumus, ratione nobis ad hoc nobis quaſi Epiſcopa ac principe à natura data. Inſcitia verò & intemperantia nos poſſumus liberari, niſi rationis medicinæ & curationi nos committamus. Hæc enim procedens & quod primum eſt in nobis à diſſonantia naturali, ad naturam ſemper conuertens, praua iudicia, & ex peruerſitate inſita, reſecare & euellere ſemper ex animo conatur, contrà verò ſana & cum natura conſentientia introducere, aut imbecilla recreare. Hæc verò poſtquam robur & conſtantiam acceperunt, in omni vita nobis officij viam præmonſtrant, vt etiam videamus ſemper quid fieri oporteat, & his quæ comprobauimus conſentanea faciamus. Hæc cùm non ſolùm promittat, ſed etiam præſtet animi medicina, eccuius auxilium, aliquis iuſtius tuis liberis implorauerit quàm tuum, aut non cupis eis bene conſultum, pater cùm ſis, & ad quiduis ſubeundũ paratus es, vt eos in bonorũ numero cõſpicias: aut nõ ad hæc & genuiſti ipſos & educaſti, non autem idcirco cõtinẽter pro iis vota diis immortalibus facis. Virtutem autem & vitæ honeſtatem

colens

colens, non velis tuos liberos videre temperãtes in cibo ac potu & continentes sub ventre, vt ad procreationem sobolis tantummodo cùm opportunũ est, generatiuis partibus vtantur, & exiguo somno ad requiescendum contentos, vestibus inornatis & non fucatis, sed puris & ad tegendum ea quæ natura tecta esse vult, aptis indutos. Vultum autem & gressum eorum pudore ac prudentia notatum, vt nemo audeat in eorum cõspectu, aut facere, aut dicere aliquid indecorum. Atque inpromptu eis esse, cùm velint & opus sit, cùm toto corpore, tum qualibet eius parte, ad eam rem cuius caussa nata est, vti? Non autem velis eos speculantes diuina & humana erga deos pietate ac sanctitate modestè se gerere, erga homines iustitia & sanctimonia? & patriam parentibus anteferre, quod etiam ipsi volent parentes si sapiant. Et parentes familiaribus & cognatis, atque inter ipsos potes primum honorem habere patri, expostulare aut conqueri de ipsis vtrunque nefarium ducere. Gratiam autem referre pro officiis præstitis, grato & memori animo necessarium putare, quod hoc modo duntaxat possint rependere vetera beneficia nouis numulata. Item promptos esse ad eos propugnandos & pro ipsis si necessitas postulet, mortem adeundam. Nõ nunquam etiam indignationẽ, nõ verba solùm, sed etiam plagas & vulnera, quamuis ab ira, non ratione proficiscantur, placato animo excipere, neque sibi tunc, sed magis parentibus metuere, ne ipsi ex ira in malum aliquod incidant. Quid verò non sustineas, vt audire de ipsis posses, quòd eandem hanc domum per omnem vitam habituri essent seipsis verò & suis in commune relatis concorditer ætatẽ agere, vt & studiis & remissionibus iisdem vterẽtur. Aut hæc omnia illis inesse velis, morte verò & laborib. atq; opinione non velis superiores esse, quib. obstrictũ vulgus, quocũq; ipsorũ robore peruenerint quasi abiectũ aliquod, & vile mancipiũ, agitur fertúrque. Quod verò natura vulgus est, facilius est prioribus, nostro verò tempore, peruersitate quam sequitur, euasit difficilius. Non optaris ipsis hoc inesse, vt omnia metiantur argento, atque se potiùs, parentes & liberos, quàm pecunias prodere. Sed possessionibus ac facultatibus tantùm operam dare, quam cùm necessitas exigit, ad suos suorúmque familiarium vsus. Thesauros verò & auaritiam quæ modum excedit, contemnere, quibus priuatim & communiter ad multa nefariáque scelera impelluntur. Sed hæc quidem optanda. Non autem æquè optandum, vt ipsi imperium gerere, & iudicia secundum leges, & iustitia gubernare possint? Atque consentientes tum sibiipsis, tum sibi mutuò, & in iis quæ faciunt, & in iis quæ loquuntur, vitam agant, quæ semper eruditionem & sapientiam amplectatur, atque rationem mente & optima sentiendo cõfirmet, & si tempus postulet in opus producat. Et illa primas teneat, cùm volunt propugnare sacra, patriam, parentes, amicos, veritatem, leges & vt breuiter dicam, eos qui iniuriam patiuntur. Neque enim, neque quenquam alium arbitror modo sana

αὐτὶ ποιούμενος, οὐκ ἂν ἐθελήσαις ὁρᾶν τοὺς ἑαυτοῦ παῖδας, εὐτάκτους μὲν ἐν ἐδωδαῖς καὶ πόσεσι, κρατοῦντας δὲ τῶν ὑπὸ τὴν γαστέρα ὡς πρὸς σπορὰν μόνον τέκνων, ὅταν εὔκαιρον ᾖ, τοῖς γεννητικοῖς μέρεσι χρῆσθαι, καὶ ὀλίγῳ μὲν ὕπνῳ πρὸς ἀνάπαυσιν ἀρκουμένους, ἐσθῆτι δὲ ἀπεριέργῳ καὶ μὴ ἐψευσμένῃ, ἀλλὰ καθαρᾷ, καὶ πρὸς τὸ ἐκ τῆς φύσεως εἰς τὸ σκέπειν ἀπαιτούμενον ἡρμοσμένῃ ἠμφιεσμένους. βλέμμα δὲ εἶναι καὶ βάδισμα αὐτῶν αἰδοῖ καὶ φρονήσει κεχαρακτηρισμένον, ὡς μὴ ἄν τινα θαρσῆσαι ἐπ' αὐτῶν ἢ ποιῆσαί τι ἢ εἰπεῖν ἄκοσμον. ἐν ἑτοίμῳ δὲ εἶναι αὐτοῖς ὁπότε βουληθεῖεν καὶ δεήσειεν ὅλῳ τε τῷ σώματι καὶ παντὶ μέρει αὐτοῦ εἰς ὃ πέφυκε χρῆσθαι; οὐκ ἂν δὲ ἐθελήσαις αὐτοὺς ἐπεσκεμμένους τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα, πρὸς μὲν θεοὺς εὐσεβείᾳ καὶ ὁσιότητι κοσμεῖσθαι, πρὸς ἀνθρώπους δὲ δικαιοσύνῃ καὶ ὁσιότητι; καὶ πατρίδα μὲν γονέων προτιμᾶν καὶ αὐτῶν τοῦτο βουλομένων τῶν γονέων εἴπερ σωφρονοῖεν; γονεῖς δὲ τῶν οἰκείων καὶ συγγενῶν, αὐτῶν δὲ τῶν γονέων τῷ πατρὶ τὸ πρεσβεῖον ἀπονέμοντας, τὸ μὲν αἰτεῖν ἢ μέμφεσθαι θατέρου αὐτῶν ἀσεβὲς ἡγεῖσθαι. τὸ δὲ ἀμείβεσθαι ὑπὲρ τῶν προηγησαμένων εὐχαρίστῳ καὶ μνημονευούσῃ διαθέσει ἀναγκαῖον. ὡς ἂν μόνως οὕτως ἐκτίνειν δυναμένοις παλαιὰς χάριτας ἐπὶ νέαις δανεισθείσας. ἑτοίμως δ' ἔχοντας ὑπερμαχεῖν αὐτῶν καὶ δι' αὐτοὺς εἰ δεήσειεν ἀποθνήσκειν. ὁπότε δὲ χαλεπήνειαν μὴ ῥήματα μόνον, ἀλλὰ καὶ πληγὰς καὶ τραύματα ἀπ' ὀργῆς οὐ διαθέσεως φερόμενα, πρᾴως ἐνδέχεσθαι. οὐχ ὑπὲρ ἑαυτῶν τότε, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν γονέων εὐλαβῶς ἔχοντας, μὴ ἐκ τοῦ διατίθεσθαι αὐτοί τι κακὸν πάθωσι. τί δ' οὐκ ἂν ὑπομείναις ὥστε πεισθῆναι περὶ αὐτῶν, ὅτι τὸν αὐτὸν μὲν οἰκήσουσι διὰ βίου οἶκον. ἑαυτοὺς δὲ καὶ τὰ ἑαυτῶν ἐν κοινῷ θέμενοι διατελέσουσιν ὁμονοοῦντες, ὡς καὶ σπουδαῖς καὶ ἀνέσεσι τῶν αὐτῶν χρῆσθαι. ἢ ταῦτα μὲν ἐθελήσαις ἂν αὐτοῖς ὑπάρξαι· θανάτου δὲ καὶ πόνου καὶ δόξης οὐκ ἂν βούλοιο αὐτοὺς ὑπεράνω εἶναι; οἷος ὁ πολὺς καταδεδουλωμένος ὅποι ἂν ἀπίῃ τῷ δι' αὐτῶν κατισχύοντι, ὥσπερ τι ἄτιμον ἀνδράποδον ἄγεταί τε καὶ φέρεται. τὸ δὲ τῇ φύσει μὲν πολὺ, ῥᾳδιώτερον τῶν προτέρων. ἐν δὲ τοῖς καθ' ἡμᾶς χρόνοις, ὑπὸ τῆς ἐπὶ τοσαῦτα κατεχούσης διαστροφῆς γεγονὸς δυσχερέστερον, οὐκ ἂν εὔξαιο αὐτοῖς ὑπάρξαι, ὥστε μὴ ἀργυρίῳ αὐτοὺς πάντα μετρεῖν καὶ αὐτοὺς μᾶλλον καὶ γονεῖς καὶ τέκνα ἢ χρήματα προΐεσθαι. ἀλλὰ κτήσεως μὲν ἀντιποιεῖσθαι ἐφ' ὅσον ἀναγκαῖον, διὰ τὰς εἰς αὐτοὺς καὶ τοὺς οἰκείους αὐτῶν χρείας. θησαυρισμοῦ δὲ καὶ τοῦ πλείονος παρὰ τὸ ἀρκοῦν ὑπερφρονεῖν. ὑφ' ὧν ἰδίᾳ τε καὶ κοινῇ εἰς κακὰ ἐπάλληλα καὶ ἀνήκεστα ἄνθρωποι ἐκτρέπονται. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εὐκτά. οὐκ ἐπίσης δ' εὐκτὸν τὸ ἄρχειν αὐτοὺς καὶ δικάζειν δύνασθαι κατὰ νόμους καὶ τὸ δίκαιον; καὶ τὸ συμφωνοῦντας ἑαυτοῖς τε καὶ ἀλλήλοις καὶ ἐν οἷς πράττουσι καὶ ἐν οἷς λέγουσι, τὸν μὲν βίον ἔχειν ἀεὶ προαιρησόμενον τοὺς λόγους. τὸν δὲ λόγον νῷ καὶ τῷ φρονεῖν τὰ ἄριστα βεβαιούμενον. καὶ εἰς προφορὰν ὅταν ᾖ καιρὸς ἐκτεινόμενον. καὶ τὸν δ' ἡγεῖσθαι, ἐπειδὰν ὑπερμαχεῖν μέλλωσιν ἱερῶν, πατρίδος, γονέων φίλων, ἀληθείας, νόμων, καὶ συλλαβόντι εἰπεῖν τῶν ἀδικουμένων. οὔτε γὰρ σὲ οὔτε ἕτερόν τινα οἴομαι, εἴπερ εὖ

φρονοίη, ὡς πολιτικὸν δοκιμάζειν λόγον τὸν μὴ εἰς ταῦτα, ἀλλ᾽ εἰς τἀναντία ἐντεινόμενον. εἰ τοίνυν καὶ εὐκτὰ ταῦτα καὶ αἱρετά, πῶς οὐ καὶ τὸ φιλοσοφεῖν θείη ἄν τις καὶ εὐκτὸν καὶ αἱρετόν. δι᾽ οὗ μόνου περιγίνεται ταῦτα. φιλοσοφεῖ μὲν γὰρ ὁ τῆς ἐκκαθάρσεως τοῦ λόγου ἐπιμελούμενος. καὶ ἐπιτηδεύων λόγον ὀρθόν. ὁ δὲ ἐπιμελούμενος λόγου, ἑαυτοῦ τε ἅμα ἐπιμελεῖται, καὶ πατρίδος καὶ πατρὸς καὶ ἀδελφῶν, καὶ φίλων, καὶ συλλαβόντι εἰπεῖν πάντων. θεωρητὰς γὰρ ἡ φύσις κόσμου καὶ τῶν ἐν αὐτῷ κατασκευάσασα, διὰ τοῦ μεταδοῦναι ἡμῖν λόγου, κοινοῦ μὲν ὄντος πρὸς τούτους, ἰδίου δὲ παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα, ἀξιοῖ ἡμᾶς τοὺς μὲν θεοὺς καθάπερ τινὰς ἀρίστους καὶ πρώτους ἡγεμόνας καὶ κοινοὺς εὐεργέτας τε ἡμῶν καὶ γονεῖς ζηλοῦντας καὶ ἀμείβεσθαι, διὰ τῆς πρὸς αὐτοὺς εὐπειθείας. ἀνθρώπων δὲ καὶ κατὰ τὸ κοινὸν καὶ κατὰ τὰς ἰδιαίτερον γινομένας ἐπιπλοκὰς καὶ κηδεμονικῶς καὶ εὐποιητικῶς προΐστασθαι. Ἐπειδὰν δὲ νόμῳ καὶ δίκῃ συγκεράσωμεν τὰ ἀνθρώπινα καὶ τὰ θεῖα φησὶν ἄκρως μὲν κατὰ φύσιν ἡμᾶς διατεθήσεσθαι ἅτε τελείους γεγονότας. καὶ ἐπὶ τὰ ἀνωτάτω προελθόντας νόμον καὶ δίκην, οἵαν καὶ τὰ θεῖα οἰακίζεταί τε καὶ μακάρια γίγνεται. τοιούτους δ᾽ ὄντας διά τε τοῦ λόγου καὶ τοῦ κατ᾽ αὐτὸν σχηματιζομένου ἤθους ὀρθότητα καὶ βιώσεσθαι εὐδαιμόνως καὶ καταστρέψειν τὸν βίον εὐδαιμόνως. ὥσπερ τι δρᾶμα εὖ συντεταγμένον ἀπ᾽ ἀρχῆς μέχρι τέλους ἀστείως ὑποκρινομένοις καὶ ἀπαρτίσαντας. Θαρρῶν οὖν ὦ Παγκρατίδη μὴ ἐπίτρεπε μόνον, ἀλλὰ καὶ παρακάλει τοὺς παῖδας φιλοσοφεῖν. καὶ πασῶν ἁρμοδιωτάτην παρρησίαν παρασκεύαζε. ἐξέσται γάρ σοι τοιαῦτα προελομένῳ, καὶ πρὸς τοὺς ἐξ αἵματος ὑμῖν δικαίοις οὖσι λέγειν, ὅτι οὐ τέκνα μόνον εἰς τὸ γένος, ἀλλὰ καὶ τοιάδε τέκνα εἰσήγαγες. καὶ πρὸς τὴν πατρίδα ὅτι οὐχ οἵους ἔτυχε μόνον ἀνθρώπους αὐτῇ, ἀλλὰ καὶ οἵους δεῖ πολίτας παρέστησας. εἰ δὲ θαρρήσετε κοινῇ καὶ πρὸς τὴν ἑαυτοῦ τε καὶ ἀλλήλων θεραπείαν, ὡς ἄξιόν ἐστι διαναστῆναι ταῖς ψυχαῖς, εὐθὺς μὲν ἐν τῇ ἀγωνοθεσίᾳ τοῦ θεοῦ συμφιλοσοφήσετε ἀλλήλοις, οὐ μόνον τὰ νομιζόμενα παρασκευάζοντες αὐτῇ, ἅπερ ἐκ βαλαντίου ψιλοῦ γίγνεται, ἀλλὰ καὶ οὗ ἕνεκεν νενόμισται ἀκολουθοῦντες τῇ ἱερᾷ καὶ ἀρχαίᾳ παραδόσει. ὅπερ ἐκ μόνης τῆς εὐσεβοῦς καὶ φιλοσόφου περιγίνεται διαθέσεως. καὶ ἀπὸ τῆς ἐν τῷ ἀγῶνι εὐταξίας ἐπὶ τὸν κοινὸν ὑμῖν τε καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἀγῶνα ἐξαπτήσεσθε οὐδὲν μὲν τῶν κατὰ φύσιν ἀφαιρησόμενον. μόνα δὲ τὰ λύπης καὶ θορύβου αἴτια ἡμῶν περιαιρήσοντα. ἐν ᾧ ἀγῶνι ἡττηθῆναι μὲν ἀνάγκη τὸν ἀπαράσκευον. ἡττηθέντα δὲ ἐκπεσεῖν χρὴ εἰς δουλείαν καὶ κακοδαιμονίαν, ἣν οὐδ᾽ ἐξομόσασθαί τινι ἡμῶν συγκεχώρηται. κρατούμεθα γὰρ ἐν αὐτῇ, ὑπό τε τῶν ἀϊδίων καὶ τῶν τῆς φύσεως καὶ ὑπὸ τῶν θέσει νόμων, εὐτακτεῖν ἑκάστῳ καὶ ζῆν δικαίως ἅμα καὶ ὁσίως προσταττόντων. Ταῦτα οἶμαί σε ὡς παρὰ πατρὸς παίδων πατέρα προσδεξάμενον, αὐτόν τε ἀμείνων ἔσεσθαι καὶ τοῖς υἱοῖς εἰς τὰ ἄριστα συλλήψεσθαι. ἀσπάζομαί σε καὶ διὰ τἄλλα καὶ διὰ τὴν εἰς ἡμᾶς εὔνοιαν. ἴσθι ὑπ᾽ ἐμοῦ στεργόμενος. τοιούτων δὲ καὶ ἑτέρων φιλοσοφοῦντες εὐπορήσετε φίλων.

ΤΕΛΟΣ.

mente ſit, qui ad regendas, Reſpublicas aptam rationem probaturum, quæ non ad hæc, ſed ad cõtraria tendat. Si igitur & optanda ſunt hæc & expetenda, quid obſtet quo minùs etiam philoſophãdi rationem & optandam & expetẽdam exiſtimemus, qua ſola hæc comparãtur. Philoſophatur enim qui purgandæ rationis curam gerit, & rectæ rationi ſtudet. Qui verò rationis curam gerit, & ſuipſius curã habet & patriæ & patris atque fratris, amicorum, & vt ſummatim dicam, omnium. Etenim natura mundi & eorum quæ in hoc inſunt ad ſe conſiderandam nos reſpiciens, eo quod nobis impertit, rationẽ, cum ipſis quidem communem, propria verò à reliquis animalibus, vult vt deos quidem tanquam optimos quoſdam & primarios duces atque communes noſtrûm, tum benefactores, tum parentes amemus, & retribuamus ipſis obedientiam, hominibus verò & communiter, & in arctioribus coniunctionibus cũ cura & virtute præſimus. Poſtquam verò legibus & iudiciis miſcuerimus diuina atque humana, extremò ac ſummè ſecundum naturam viuamus, tanquã perfecti iam facti & ad ſuprema progreſſi, legem & iudicium, quale & numina adminiſtrant & beata ſunt. Ita verò pro rationis & formatorum ſecundũ illam morum rectitudinẽ, & vitam agamus fœliciter, & vitã cũ mortẽ cõmutem⁹, fœliciter, quaſi drama quoddã egregiè & rectè cõpoſitũ ab initio vſq; ad finem pulchrè ludentes atq; abſoluẽtes. Proinde bono & confidenti animo, non ſolùm ô Pancratida permitte, verùm etiã adhortare tuos filios ad Philoſophiã amplectendam, & omniũ conuenientiſſimã loquẽdi libertatẽ para. Si n. hęc inſtitueris & approbaris, licebit tibi & ad eos qui vos cognatione attingunt, dicere, te non ſolùm liberos in genus, ſed etiã tales liberos induxiſſe, & ad patriã te nõ ſolũ qualeſcunque homines ei, ſed etiam iuſtos & moderatos ciues ei præbuiſſe. Quòd ſi confidetis communiter, & cùm ad ſui quiſque, tum ad mutuam inuicem curam animos excitabitis, ſtatim quidẽ in faciendis ludis Dei mutuò philoſophiam tractabitis, non tantùm hæc iuſta eis tribuentes, quæ ex tenui marſupio ſumuntur, verùm etiã quam ob cauſſam inſtituti ſunt, ſanctum & vetuſtum inſtitutum ſequentes, quòd ſola pia & philoſophica mentis affectione præſtari poteſt. Et ab ea moderatione atq; modeſtia quæ in ludis ſpectatur, ad commune vobis & omnibus certamen conuertemini, quod nihil quidem naturæ detrahit aut repugnat, ſolis verò dolorum & perturbationũ cauſſas aufert, in quo certamine, vinci quidem & occumbere neceſſe eſt imparatum, victum autẽ oportet excidere in ſeruitutem & infœlicitatem, quam ne abiurare quidẽ vlli noſtrûm conceſſum eſt. Vincimur enim in ea, ab ſempiternis, & naturæ atque latis legibus, quæ vnicuique ſuum negotium agere, & viuere iuſtè ac ſanctè mandant. Hęc arbitror te quaſi à patre liberorum patrem accipientem & ipſum melius habiturum, & ad optima quæque liberis auxilio futurũ. Saluto te cùm aliis de cauſſis, tum propter tuam in nos beneuolentiam. Scias te à me diligi. Eiuſmodi verò etiam alios plurimos amicos habebitis, ſi philoſophiæ operam dederitis.

FINIS.

